




WIDENER
HN F7I1




Ad litteram Ad litteram Ad litteram
Sine glossa Sine glossa Sine glossa
S. S EVANGELIUM D. N. J. C.
REGULA MINORUM FF HÆC EST
CANEDI
Altissimus revelavit mihi quod deberem vivere secundum formam St. Evangelii
(Test. S. P. Francisci.)

ANALECTA
ORDINIS MINORUM CAPUCCINORUM

IN LUCEM EDITA IUSSU

RMI. P. BERNARDI AB ANDERMATT

FRATRUM MINORUM SANCTI FRANCISCI CAPUCCINORUM


MINISTRI GENERALIS

Interroga patrem tuum et annuntiabit tibi, majores tuos et dicent tibi.
(Deut. 32. 7.)

Volumen I.



ROMAE
EX TYPOGRAPHIA « EDITRICE-INDUSTRIALE »
1884.


HARVARD COLLEGE
OCT 5 1920
LIBRARY

ANALECTA ORDINIS MINORUM CAPUCCINORUM.

Ad Omnes Ordinis Fratres.

Pastoralis sollicitudo et perdulcissima dilectio, qua vos omnes prosequimur, animum et cor Nostrum movent ad omnia, quae Ordinis decorem, regularis observantiae zelum, fraternam charitatem et vestram utilitatem respiciunt, pro viribus promovenda et procuranda.

Scientes autem, quod in votis fuit novissimi Generalis Capituli, ut quam primum fieri posset, instituatur et typis mandetur mensuale folium, in quo praecipua Sanctae Sedis et Ordinis Nostri acta scitu magis necessaria, successive, breviter et authentice notentur, sub Superiorum Generalium directione et auctoritate.

Memores aliunde, quod ab ipsis Ordinis primordiis, seu *ex prisca consuetudine receptum est*, teste Ioanne de Noto (an. 1626) *quod ad ipsius* (*Proc. Gen.*) *officium pertinet*, « Bullas Pontificias, ac Decreta quæ « passim a Romana Curia erumpunt, primo Generali Ministro, dein « cunctis Ordinis Provincialibus Ministris tempestive manifestare, ut « si quae in his ab Ecclesia recepta « sunt, mature a Nostris servari « queant ». Hinc, Capitulum Generale XXXI, an. 1637 celebratum, decreverat, quod « Procurator Gene« ralis transmittere debet Provin« cialibus Decreta emanata, sive a « Summo Pontifice, sive a Sacris Con« gregationibus Romae, ut ista ob« serventur in toto Ordine. »

Considerantes insuper, quoniam cum, temporum malitia, multiplicatis necessitatibus, multiplicentur etiam ordinationes et declarationes, non pauca quasi necessario ignorari debent, nisi per aliquod medium obvium, facile et frequens ea omnia fratribus nota fiant, quae disciplinam ecclesiatico-regularem et Tertium Ordinem respiciunt, vel etiam quae uniformitatem, fraternitatem, charitatem et Ordinis traditiones defendere, conservare ac promovere possunt.

Volentes denique, quod Ordinis Nostri acta ita publici, seu potius fraterni juris fiant, ut sint veluti salutiferi fontes uberioris communicationis cum Majoribus Superioribus, universales fraternitatis praecones, novum dilectionis fulcimentum, solamen et levamen in tot tantisque persecutionibus, communis denique omnium Minorum Capuccinorum aedificatio, juxta illud Leonis XIII in

Epist. ad Min. Gen. Minorum, occasione editionis folii « *Acta Ordinis Minorum*: « Peculiari prorsus « laude dignum putavimus, Dilecte « Fili, consilium quo horum Acto« rum collectio atque editio suscep« ta est; ex ea nempe fit, ut gra« via et utilia documenta, ea prae« sertim quae ab hac Sancta Sede « dimanant, per singulas Ordinis « vestri Provincias ad commodita« tem potissimum Sacerdotum reli« giosae vestrae familiae propagen« tur, atque ea sacra vincula inter « Vos magis magisque obstringan« tur, quae universum Ordinem cum « suo Praeside conjungunt. »

Quapropter, in Nostra Definitoria Congregatione, habita die 29 Octobris 1884, de unanimi Definitorum consensu sancita est *mensualis typographica editio Analectorum Ordinis Minorum Capuccinorum* facienda et ordinanda sub Nostra auctoritate et approbatione, necnon Revmi P. Francisci Xaverii ab Ilmimonasterio Definitoris Generalis directione, auspicante B. M. Immaculata Ordinis Nostri Regina specialissima primariaque Patrona, atque Seraphico Patre Nostro S. Francisco benedicente ac protegente.

Ad meliorem autem « Analectorum» dispositionem, stabiliorem methodum, majoremque Fratrum utilitatem, sequentia servanda ordinamus.

1.° Res et materia Analectorum octo titulis complectuntur.

I. Decreta et Acta S. Sedis seu Romano - Franciscalia, ut Bullae, Constitutiones et Litterae Encyclicae Romani Pontificis, decreta et resolutiones SS. Congregationum Ordinem nostrum quomodocumque concernentia, vel sacerdotibus nostris scitu necessaria. Unde, iuxta superius dicta, P. Procurator Generalis facilius et successive manifestabit P. Directori «Analectorum» ea omnia S. Sedis novissima Decreta et Acta, quae Ordinem aliqualiter respiciunt, imo et ipsa Apostolica Decreta, quae, etsi non recentiora, tamen in memoriam revocari opportunum esse existimaverit.

II. Litterae Circulares P. Ministri Generalis, Ordinationes, Decisiones et Alia, quae Superiores Generales omnibus fratribus duxerint notificanda. Hic etiam aliquoties, P. Generali probante, in mentem revocari poterunt quaedam antiquae resolutiones et decreta adhuc vigentia, quorum lectio perutilis et opportuna judicabitur.

III. Fragmenta ascetico-scientifico-seraphica, ex antiquis praecipue auctoribus, tamquam ex domesticis scientiarum fodinis, ad studium et aestimationem nostrorum scriptorum promovendum, extracta.

IV. Monumenta antiqua ex Ordinis Archiviis principaliter collecta, et necessariis adnotationibus exornata.

V. Relationes Missionum nostrarum, scilicet Missionum status, necessitates et spirituales et temporales, Missionariorum nomina, labores, et salutares fructus. Litterae Missionariorum, si expediens videatur, referentur.

VI. Miscellanea Seraphica ad eruditionem et aedificationem omnium fratrum et Tertii Ordinis utilitatem specialiter conscribenda.

VII. Bibliographia Seraphico-Capuccina. Enumerentur successive omnia fratrum nostrorum opera, designando tempus, locum, et formam editionis, nec non bibliopolam et pretium. Hinc, omnes scriptores Ordinis unum saltem editi operis exemplar ad Curiam Generalitiam transmittere non omittant.

VIII. Necrologia Fratrum, pietate, dignitate vel scientia conspicuorum. Attamen, semel in anno, notentur nomina omnium fratrum, qui e vivis cesserunt per totum praeteriti anni curriculum. Ad hoc, PP. Provinciales curent, ut Romam mittatur *Ordo*, *Dietarium* seu *Kalendarium* respectivae Provinciae, ubi nomina defunctorum inscribi solent.

2.° Modus editionis Analectorum sex conditionibus regulatur:

I. « Analecta » mittantur ad omnes Provinciales atque Apostolicos Praefectos nec non ad omnia Ordinis coenobia, hospitia et Missionum loca. Provinciales certiorem faciant P. Archivistam de numero conventuum et hospitiorum in respectiva Provincia, ipsumque Analectorum fasciculum in Archiviis adservabunt.

II. Nullum exigatur pretium ratione folii ad respectiva coenobia transmissi. Expensae autem a Curia Generalitia solventur ex spontaneis retributionibus a Superioribus localibus et provincialibus ad hunc finem hinc inde oblatis.

III. Associationes personales admittuntur ad annum, cum onere quinque Missarum pro Italia et sex pro aliis locis juxta nostras intentiones celebrandarum.

IV. « Analecta » destinantur ad solos fratres. Unde, non facile tradantur legenda saecularibus.

V. Epistolae « Analecta » concernentes ad P. Generalem et ad PP. Definitores Generales vel ad PP. Secretarios et P. Archivistam utriusque Curiae Generalitiae mitti poterunt, si de *litterariis* rebus agatur; ad solum P. Archivistam Generalem, si de *materiali administratione*, ut de expeditionibus, associationibus, librorum procurationibus, etc. tractetur.

VI. Rejiciantur omnia scripta, in quibus quaestiones polemicae, bibliographico-criticae et a folio Ordinis authentico alienae tractentur. Relationibus Missionum et antiquis quibusdam monumentis exceptis, documenta omnia ad « *Analecta* » destinata latine scribantur.

Omnibus qui in « Analectorum » editione de Nostra voluntate occupantur, concedimus sanctae obedientiae meritum, et folii propagatoribus et lectoribus paternam Nostram benedictionem.

Datum e Coenobio Nostro Imm. Conc.
Romae, die 1 Nov. 1884.

Loc. † Sig.

Fr. Bernardus ab Andermatt,
Min. Generalis FF. MM. Capuccinorum.

ACTA CAPITULI GENERALIS LXV.

SUMMARIUM. I. **Ante Capitulum** - Definitoria deliberatio de Capitulo celebrando — Apostolica venia Capitulum convocandi — Custodes deficientes eliguntur — Litterae convocatoriae ad Capitulum Generale LXV celebrandum — Speciales litterae obedientiales ad Vocales mittuntur — Commissarius Generalis Hyberniae constituitur Vocalis — II. **Durante Capitulo** - Capitulum celebratur sub marianis auspiciis — Capitulares Romam perveniunt — Elenchus Vocalium — Emus. Card. Protector singulos audit Capitulares — Solemnis Capituli celebratio et Superiorum Generalium electio — Scrutinii tabella — « Te Deum » — Smus. D. N. Leo PP. XIII electiones ad duodecennium confirmat — Audientia Pontificia toti Capitulo concessa — Continuatio et finis sessionum Capitularium — III. **Post Capitulum.** - Emus. Card. Praefectus S. Congr. de Prop. Superiores ad promovendas Missiones adhortatur — Vocales ad proprias provincias redeunt — Exitus Capituli toti Ordini nuntiatur — Tribulationes et tristitiae — Consolationes et gaudia.

§ I. Ante Capitulum.

Deus et Pater totius consolationis, cujus providentia omnia gubernantur, cujus misericordia diligentibus eum omnia cooperantur in bonum, contra humanae prudentiae expectationem, infaustissimis nostris diebus, quibus religiosa civilisque res ubique terrarum maximis perturbationibus agitatur, propter singularem erga Ordinem nostrum charitatem et dilectionem, novum spiraculum vitae inspirare voluit in omnes Capulatorum familiae alumnos, per mirabilem Comitiorum Generalium convocationem, celebrationem et exitum.

Et re quidem vera, venerandus Rmus. P. Ægidius a Cortona novissimus Minister Generalis et PP. sui Definitorii considerantes, quod ab anno 1853, Comitiis Generalibus ob civiles perturbationes suspensis, Provinciarum Praesules et Custodes haud potuerunt simul convenire ad tractandum de rebus Ordinis gravioribus magno cum regularis observantiae, fraternae charitatis et unitatis nocumento; recogitantes aliunde quoniam, instantibus quotidie periculosis temporibus, religiosi status propugnacula praeparari debent et efficaciora contra humanam infirmitatem remedia comparari; matura deliberatione egerunt de medio et modo Generalia Ordinis Comitia adunandi, non tantum ad novos Superiores eligendos, sed etiam ad universum Ordinem opportunis et prudentibus decisionibus et ordinationibus relevandum et tutandum.

Quapropter, Rmus. P. Ægidius a Cortona, facto verbo cum Emo. Cardinale Ferrieri S. Congr. Ep. et Reg. Praefecto, de unanimi PP. Definitorum Generalium consensu, die IX Novembris prolapsi anni, a Smo. Dno. Nro. Leone PP. XIII humilibus instantiis postulavit Apostolicum Indultum ad Capitulum Generale LXV canonice convocandum et celebrandum praesidente Emo. Cardinale Ordinis Protectore. Causae vero Capituli celebrandi sequentes numerabantur in supplici venerandi P. Generalis libello ex integro infra transcripto: 1.ª terminus duodecennii Generalatus (1) et valetudinis mala conditio; 2.ª ardentissimum totius Ordinis desiderium simul conferendi de rebus majoris momenti, speciatim de abusibus, de dispersis, de condendis legibus hodiernis necessitatibus (salvis Ordinis substantialibus) accommodatis, de gloria divina promovenda per renovationem vitae seraphicae et vocationum augmentum; 3.º moralis certitudo de pacifica Capituli celebratione, Deo donante, vocales variis in locis collocando et privatas congregationes restringendo. Preces Rmi. P. Min. Generalis benigne acceptae fuere et optimum responsum obtinuere, ut patet ex sequenti authentico documento:

(1) Rmus. P. Franciscus a Villafranca Ordinem gubernavit per biennium, a 10 Ian. 1879 ad 20 April. 1881, cum titulo Commissarii Generalis, ex decreto S. Congr. EE. et RR. dato occasione infirmitatis Rmi. P. Ægidii a Cortona, qui tandem Ordinis gubernaculum reassumpsit post mortem Rmi. P. Commissarii Generalis, de speciali Leonis XIII mandato.

Bmo. Padre

Il P. Egidio da Cortona Ministro Generale di tutto l'Ordine dei FF. Minori Cappuccini di S. Francesco, prostrato umilmente ai Piedi della S.V. La supplica, anche a nome di tutto il suo Definitorio, di accordargli per sovrana degnazione le opportune e necessarie facoltà di convocare il LXV Capitolo Generale da celebrarsi in Roma ai 9 di Maggio dell'anno 1884, sotto la presidenza dell'Emo. Protettore dell'Ordine, Sig. Cardinale Monaco La Valletta Vicario di V. S. non ostante le contrarie disposizioni, che per la tristezza dei tempi furono prese e date dalla S. M. di Papa Pio IX.

Le ragioni, Beatissimo Padre, che a un tale atto così solenne, muovono l'oratore, sono:

I. L'essere egli al termine del suo dodicennio di Generalato, e il non sentirvisi forze bastevoli per proseguire, a cagione della sua avanzata età, e degli abituali incommodi della sua cagionevole salute.

II. Il vivissimo bisogno, e l'ardentissimo desiderio espresso da tutto l'Ordine d'intendersi e deliberare insieme intorno agli affari più vitali del medesimo Ordine, ed in specie A) per eliminare efficacemente tutti quegli abusi che nelle cinquanta e più Provincie, in cui è diviso, si fossero introdotti contro la purità della Serafica regola: B) per impedire possibilmente ulteriori rovine prodotte dalla legge di soppressione, dove non fossero riparati; C) per adottare sapienti e forti ordinamenti i quali con la sanzione della S. Sede, ma senza alterare punto le essenziali leggi della Regola, e delle Costituzioni, fossero più conformi ai tempi già di troppo mutati, e ben diversi da quelli in cui ebbe vita l'umile Istituto dei Cappuccini: D) per imprimere a tutto il corpo della religione un movimento di nuova vita, o un nuovo slancio, tanto che rifiorisse in ogni parte la regolare osservanza, si fomentassero nuove vocazioni, e venisse sempre più ampliato il regno di Dio sulla terra con il maggior trionfo di N. S. Gesù Cristo.

III. La morale certezza, non iscompagnata da una fermissima confidenza in Dio, del non esservi pericolo, almeno prossimo, che sia per essere perturbata la celebrazione del Capitolo, essendo state già prese le opportune determinazioni, sia per l'onesto collocamento di tutti i Vocali in diverse Case, come ancora per il luogo, dove questi ultimi potrebbero senza timore adunarsi, *nel nostro Convento di S. Lorenzo fuori le mura* (1) restringendo però al minimo possibile le loro private riunioni.

Che etc.

Vigore specialium facultatum a SSmo. Dno. Nro. concessarum Sacra Congregatio Emorum. et Rmorum S. R. E. Cardinalium negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita, attentis expositis, benigne annuit precibus P. Ministri Generalis Ordinis Oratoris pro petita facultate cogendi Capitulum Generale in omnibus juxta preces. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Romae, 14 Novembris 1883.

I. Card. Ferrieri *Praef.*
(*L. S.*) **I. Masotti** *Secrius.*

Apostolica venia ad Comitia Generalia celebranda rite obtenta, postulatum fuit novum Indultum ad Custodes Generales in Provinciis Helvetiae et Thusciae deficientes constituendos nec non ad Custodem Provincialem Lucensem inter vocales Capituli Generalis adnumerandum. Smus. autem Dom. Noster Leo PP. XIII benigne annuit *pro hac vice tantum,* ut constat ex adjunctis precibus et Rescripto:

Emo. Principe.

Fr. Egidio da Cortona Ministro Generale dei Minori Cappuccini espone come se-

(1) Postremo Cap. Gen. celebratum fuit in Collegio Missionum.

ACTA CAPITULI GENERALIS LXV.

SUMMARIUM. I. **Ante Capitulum** - Definitoria deliberatio de Capitulo celebrando — Apostolica venia Capitulum convocandi — Custodes deficientes eliguntur — Litterae convocatoriae ad Capitulum Generale LXV celebrandum — Speciales litterae obedientiales ad Vocales mittuntur — Commissarius Generalis Hyberniae constituitur Vocalis — II. **Durante Capitulo** - Capitulum celebratur sub marianis auspiciis — Capitulares Romam perveniunt — Elenchus Vocalium — Emus. Card. Protector singulos audit Capitulares — Solemnis Capituli celebratio et Superiorum Generalium electio — Scrutinii tabella — « Te Deum » — Smus. D. N. Leo PP. XIII electiones ad duodecennium confirmat — Audientia Pontificia toti Capitulo concessa — Continuatio et finis sessionum Capitularium — III. **Post Capitulum.** - Emus. Card. Praefectus S. Congr. de Prop. Superiores ad promovendas Missiones adhortatur — Vocales ad proprias provincias redeunt — Exitus Capituli toti Ordini nuntiatur — Tribulationes et tristitiae — Consolationes et gaudia.

§ I. Ante Capitulum.

Deus et Pater totius consolationis, cujus providentia omnia gubernantur, cujus misericordia diligentibus eum omnia cooperantur in bonum, contra humanae prudentiae expectationem, infaustissimis nostris diebus, quibus religiosa civilisque res ubique terrarum maximis perturbationibus agitatur, propter singularem erga Ordinem nostrum charitatem et dilectionem, novum spiraculum vitae inspirare voluit in omnes Capulatorum familiae alumnos, per mirabilem Comitiorum Generalium convocationem, celebrationem et exitum.

Et re quidem vera, venerandus Rmus. P. Ægidius a Cortona novissimus Minister Generalis et PP. sui Definitorii considerantes, quod ab anno 1853, Comitiis Generalibus ob civiles perturbationes suspensis, Provinciarum Praesules et Custodes haud potuerunt simul convenire ad tractandum de rebus Ordinis gravioribus magno cum regularis observantiae, fraternae charitatis et unitatis nocumento; recogitantes aliunde quoniam, instantibus quotidie periculosis temporibus, religiosi status propugnacula praeparari debent et efficaciora contra humanam infirmitatem remedia comparari; matura deliberatione egerunt de medio et modo Generalia Ordinis Comitia adunandi, non tantum ad novos Superiores eligendos, sed etiam ad universum Ordinem opportunis et prudentibus decisionibus et ordinationibus relevandum et tutandum.

Quapropter, Rmus. P. Ægidius a Cortona, facto verbo cum Emo. Cardinale Ferrieri S. Congr. Ep. et Reg. Praefecto, de unanimi PP. Definitorum Generalium consensu, die IX Novembris prolapsi anni, a Smo. Dno. Nro. Leone PP. XIII humilibus instantiis postulavit Apostolicum Indultum ad Capitulum Generale LXV canonice convocandum et celebrandum praesidente Emo. Cardinale Ordinis Protectore. Causae vero Capituli celebrandi sequentes numerabantur in supplici venerandi P. Generalis libello ex integro infra transcripto: 1.ª terminus duodecennii Generalatus (1) et valetudinis mala conditio; 2.ª ardentissimum totius Ordinis desiderium simul conferendi de rebus majoris momenti, speciatim de abusibus, de dispersis, de condendis legibus hodiernis necessitatibus (salvis Ordinis substantialibus) accommodatis, de gloria divina promovenda per renovationem vitae seraphicae et vocationum augmentum; 3.º moralis certitudo de pacifica Capituli celebratione, Deo donante, vocales variis in locis collocando et privatas congregationes restringendo. Preces Rmi. P. Min. Generalis benigne acceptae fuere et optimum responsum obtinuere, ut patet ex sequenti authentico documento:

(1) Rmus. P. Franciscus a Villafranca Ordinem gubernavit per biennium, a 10 Ian. 1879 ad 20 April. 1881, cum titulo Commissarii Generalis, ex decreto S. Congr. EE. et RR. dato occasione infirmitatis Rmi. P. Ægidii a Cortona, qui tandem Ordinis gubernaculum reassumpsit post mortem Rmi. P. Commissarii Generalis, de speciali Leonis XIII mandato.

Bmo. Padre

Il P. Egidio da Cortona Ministro Generale di tutto l'Ordine dei FF. Minori Cappuccini di S. Francesco, prostrato umilmente ai Piedi della S.V. La supplica, anche a nome di tutto il suo Definitorio, di accordargli per sovrana degnazione le opportune e necessarie facoltà di convocare il LXV Capitolo Generale da celebrarsi in Roma ai 9 di Maggio dell'anno 1884, sotto la presidenza dell'Emo. Protettore dell'Ordine, Sig. Cardinale Monaco La Valletta Vicario di V. S. non ostante le contrarie disposizioni, che per la tristezza dei tempi furono prese e date dalla S. M. di Papa Pio IX.

Le ragioni, Beatissimo Padre, che a un tale atto così solenne, muovono l'oratore, sono:

I. L'essere egli al termine del suo dodicennio di Generalato, e il non sentirvisi forze bastevoli per proseguire, a cagione della sua avanzata età, e degli abituali incommodi della sua cagionevole salute.

II. Il vivissimo bisogno, e l'ardentissimo desiderio espresso da tutto l'Ordine d'intendersi e deliberare insieme intorno agli affari più vitali del medesimo Ordine, ed in specie A) per eliminare efficacemente tutti quegli abusi che nelle cinquanta e più Provincie, in cui è diviso, si fossero introdotti contro la purità della Serafica regola: B) per impedire possibilmente ulteriori rovine prodotte dalla legge di soppressione, dove non fossero riparati; C) per adottare sapienti e forti ordinamenti i quali con la sanzione della S. Sede, ma senza alterare punto le essenziali leggi della Regola, e delle Costituzioni, fossero più conformi ai tempi già di troppo mutati, e ben diversi da quelli in cui ebbe vita l'umile Istituto dei Cappuccini: D) per imprimere a tutto il corpo della religione un movimento di nuova vita, o un nuovo slancio, tanto che rifiorisse in ogni parte la regolare osservanza, si fomentassero nuove vocazioni, e venisse sempre più ampliato il regno di Dio sulla terra con il maggior trionfo di N. S. Gesù Cristo.

III. La morale certezza, non iscompagnata da una fermissima confidenza in Dio, del non esservi pericolo, almeno prossimo, che sia per essere perturbata la celebrazione del Capitolo, essendo state già prese le opportune determizioni, sia per l'onesto collocamento di tutti i Vocali in diverse Case, come ancora per il luogo, dove questi ultimi potrebbero senza timore adunarsi, *nel nostro Convento di S. Lorenzo fuori le mura* (1) restringendo però al minimo possibile le loro private riunioni.

Che etc.

Vigore specialium facultatum a SSmo. Dno. Nro. concessarum Sacra Congregatio Emorum. et Rmorum S. R. E. Cardinalium negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita, attentis expositis, benigne annuit precibus P. Ministri Generalis Ordinis Oratoris pro petita facultate cogendi Capitulum Generale in omnibus juxta preces. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Romae, 14 Novembris 1883.

I. Card. Ferrieri *Praef.*
(L. S.) **I. Masotti** *Secrius.*

Apostolica venia ad Comitia Generalia celebranda rite obtenta, postulatum fuit novum Indultum ad Custodes Generales in Provinciis Helvetiae et Thusciae deficientes constituendos nec non ad Custodem Provincialem Lucensem inter vocales Capituli Generalis adnumerandum. Smus. autem Dom. Noster Leo PP. XIII benigne annuit *pro hac vice tantum,* ut constat ex adjunctis precibus et Rescripto:

Emo. Principe.

Fr. Egidio da Cortona Ministro Generale dei Minori Cappuccini espone come se-

(1) Postremo Cap. Gen. celebratum fuit in Collegio Missionum.

condo le istruzioni avute a viva voce da V. Emnza. Rma, comunicava al suo Definitorio, se convenisse o no di nominare i Custodi generali che mancherebbero per intervenire al prossimo Capitolo Generale, a norma delle Costituzioni dell'Ordine, a togliere ogni equivoco, l'esponente mise a partito la proposta, e fu accettata a maggioranza di voti. Ora secondo questa proposta si dovrebbero nominare due Custodi per la Provincia di Svizzera, e uno per quella di Toscana, ma si dovrebbe inoltre autorizzare il Custode Provinciale di Lucca ad intervenire al Capitolo come Vocale, perchè di per sè non vi avrebbe diritto, secondo le memorie ritrovate negli Archivii dell'Ordine,

Il modo tenuto nei due Capitoli Generali celebrati in questo secolo — 1847-1853 — per la nomina dei suddetti Custodi e per l'autorizzazione dei Custodi Provinciali ad intervenire al Capitolo uno è diverso dall'altro. Imperocchè nel primo, il Vicario Generale P. Andrea d'Arezzo, domandò e ottenne dalla S. Congregazione dei VV. e RR. (rimettendo il Rescritto in data 3 aprile 1846 al Cardinale Protettore) 1.° che gli attuali Custodi Provinciali potessero concorrere al Capitolo come Vocali. 2.° che i Provinciali con il loro Definitorio, ed insieme con gli ex Provinciali elegessero riuniti a voti secreti due Custodi Generali nelle Provincie dove questi non fossero stati capitolarmente eletti. — Nel secondo invece, il Rmo P. Generale che cessava, Venanzio da Torino, domandò in persona dal S. Padre Pio IX di fel. mem. e ottenne, *vivae vocis oraculo* (1852) la facoltà di nominare esso stesso i Custodi Generali dove mancassero, dopo proposta dei soggetti più idonei da parte dei Provinciali, e di far nominare altresì un Custode Generale nelle quattro Custodie che allora esistevano.

Stando così le cose, l'Esponente rimette all'alta saggezza dell'Emnza Vra. Rma, o di autorizzare i Provinciali a riunirsi in Definitorio con gli ex-Provinciali, ed attuali Definitori, secondo il primo modo od eleggere essi stessi i Custodi Generale, che non nominarono in Capitoli (così nella Svizzera) o che mancarono per morte (così in Toscana) ovvero di autorizzare il Definitorio dell'Esponente a nominarli ed eleggerli esso stesso, dopo che gli fosse stata fatta la proposta dei soggetti più capaci dai Rispettivi Provinciali con i loro Definitori o consultati o riuniti: l'esponente poi prega l'Emnza Vra Rma. a conferire il dirittò di intervenire al Capitolo Generale come vocale al solo Custode Provinciale che rimane della Custodia di Lucca.

Che etc.

Ex Audientia SSmi. habita a me infrascripto Cardinali Praefecto S. Congregationis Episcoporum et Regularium die 14 Novembris 1883, Sanctitas Sua, attentis expositis adjunctis, Eminentissimo Cardinali Protectori enunciati Ordinis hac vice tantum easdem facultates benigne tribuit, quae alias per Rescriptum S. hujus Congregationis die 3 Aprilis 1846 Eminentissimo ejusdem Ordinis Protectori tributae fuerunt, servata in omnibus illius Rescripti forma ac tenore. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Romae, 21 Novembris 1883.

I. Card. Ferrieri *Praef.*
(*L. S.*) **I. Masotti** *Secrius.*

Vigore facultatum in retronotato Rescripto Nobis benigne concessarum annuimus juxta preces.

Die 28 Novembris 1883.

R. Card. Monaco *Protector.*

Rebus omnibus canonice praeparatis, Rmus. P. Minister Generalis Capitulum Generale LXV Romae die IX Maji 1884 celebrandum solemniter convocavit per sequentes litteras, in quibus Patris solli-

citudo, zelus, dilectionis affectus et prudentiae maturitas quam maxime, et tenerrime denuo patefiunt:

Admodum Reverendi Patres

Duodecimus iam labitur annus quo inter varias temporum vicissitudines, inter tot discrimina rerum, Ministri Generalis totius Ordinis nostri, etsi omnium ultimi, munere fungimur, diesque prope imminet qua illud alii, utique Nobis longe praestantiori, post tantos dolores, magno solatio, libentissimeque cedemus. Quum inde negotium de Successore, et an capitulariter eligendo, cum Definitoribus Nostris communicaverimus, illud gravissimum neque leviter tractandum esse sponte sua omnibus nobis visum est. Verum enim vero perspectis primo ex una parte iis quae vel ab iniquitate temporum vel a defectu loci opponebantur; permoti dein ex alia multis dignissimisque causis quæ ad comitia celebranda vehementer impellebant, et quae praesertim sunt tum ipsum *Summi Pontificis* totiusque Ordinis desiderium, tum quoque evidens necessitas consulendi serio ac prompte bono salutique eiusdem Ordinis, permultis difficultatibus domi forisque agitati; Omnipotentis Dei praeterea auxilio magnopere confisi, qui providentia sua quo modo cuncta fortissime suavissimeque regit, ita nec Servis suis unquam fidelibus, ullo vel infensissimo tempore, mirabilibus etiam modis humanam sapientiam confundentibus, summo animi nostri levamine, deest, unanimi consensu, tandem aliquando decrevimus deliberavimusque: *Comitia Generalia, ad novos Superiores Ordinis eligendos, hic Romæ, quamquam haud publica forma, proviso prudenter quid opus sit, celebranda esse pro futuro anno 1884, die IX. mens. Maii.* Supplicibus autem precibus *Sanctissimo Domino Nostro Papae LEONI XIII* porrectis, ut auctoritate sua communia vota, sensu nuper exposito, confirmaret, Nobisque exin facultatem concederet Generalia Comitia indicendi, Rescriptum sub die 14 Nov. 1883 quo Sacra Congregatio Episcoporum et Regularium Nostris in omnibus benigne annuit precibus, feliciter obtentum est

Auctoritate ergo Nobis a Summo Pontifice concessa, virtute praesentium atque sanctae obedientiae merito, universis Ordinis Provincialibus et Custodibus Generalibus iniungimus, ut ad praedicta Comitia, memorata die celebranda Romae, secundum Constitutiones nostras conveniant, tres ex quaque Provincia, Provincialis nempe cum duobus Custodibus Generalibus, quibus, ex speciali Rescripto, adnumerandus quoque erit solus Custodiae Lucensis Custos Provincialis, excluso quolibet alio, etiam privilegiato; cuncti autem, ut mos est, litteris muniti testimonialibus a Scrutatoribus Capituli subscriptis, et sigillo Provinciae obsignatis, sine quibus nemini ius erit ut in Comitiis admittatur, exceptis iis, vel per schedulas vel a Nobis directe nominatis et electis, quibus litterae a definitoribus Provincialibus existentibus ad formam ceterarum, mutatis mutandis, tradantur. Sequentia insuper fideliter notanda et observanda erunt, videlicet:

1. Patribus qui interea regimen Provinciarum suscepturi erunt, omni cura studioque incombendum erit ut regularis observantia diligentissime servetur, et pax concordiaque in Fratribus latissime dominentur.

2. Ne difficultates super difficultates addantur, nemini hac vice conceditur Socius, nec ulli in Urbem ingredi licebit ante diem V mens. Maii, et sine litteris Nostris specialibus quas suo tempore quibusque Provincialibus missuri erimus.

3. Ad consulendum gravibus necessitatibus quae natura ipsa rei proficiscuntur, quam multa sit expendenda pecunia, haud aliter quam ab ipsis potissimum Electoribus suppeditanda erit; unde quaeque Provincia non minus quam quin-

quaginta franc. vel libell. italic. pro singulis absque ullo alio onere exsolvet.

4. Ex hoc consilio nostro, quod tantæ utilitati ac decori Ordini futurum erit, si ad effectum, ut firmissime speramus, deducetur, unusquisque facile sibi suadebit quantopere sit necessarium, ut a nobis magno nisu fervidissimisque precibus, obtineatur favor, gratia misericordiaque Dei nostri, qui tantum opus ob suam divinam gloriam susecpum tueatur, protegat atque ad felicem exitum perducat. Quare

5. Toto Capituli tempore, nempe a die IX Maii usque ad finem ipsius Capituli, vel decem saltem continuis diebus, in omnibus nostris Coenobiis et domibus omnes quidem Sacerdotes in Missis privatis Collectam de Spiritu S., ceteri autem vel Clerici vel Laici quinque *Pater, Ave et Gloria* ad mentem quotidie dicent. Sed ipsa die Capituli, præter consuetam Missam votivam de Spiritu Sancto, et Sacram Communionem a praedictis Clericis et Laicis peragendam, summo mane Sanctissimum Sacramentum publicae venerationi exponetur, nonnisi vespere, qua fieri potest pietate et pompa, reponendum.

6. Hae denique litterae universis cuiusque Provinciae Fratribus tunc tantum notificandae erunt, cum Provinciales duoque Custodes iter in Urbem suscepturi erunt, seu paucis diebus ante eorum discessum.

Iam vero easdem Litteras conclusuri, quo modo ultima fortasse haec erit vices qua vos adloqui permissum erit, ita Patribus Vobis valedicturi gravissima fereque eadem ut memineritis verba oramus atque obsecramus, quibus Vos ac universos Fratres ad magna hortabamus, cum Officium Min. Generalis resumere ex obedientia coacti fuimus, nempe: Universus sane Ordo noster ante Deum hominesque relevandus est (quod ex parte futuri Capituli solide speratur, sed frustra leges etiam sapientiores iubentur, nisi Fratres spiritu renoventur easque fideliter observent). Comprehendatur exin ab omnibus sine exceptione altissima vocationis nostrae dignitas, eamque operibus dignis efficacibusque honoremus. Comprehendantur nobilissima officia nostra, eaque tam perfecte exsequamur, ut in nobis reviviscat Seraphicus P. N. S. Franciscus, sitque assidue gloria atque ornamentum nostrum. Comprehendantur tempora (quæ tristiora magis magisque fiunt), et dum eorum sævissimas detestamur iniquitates, angelicam æmulemur vitam, sicque nos ipsos triumphantes inter homines vivamus, ut eos intemerata vita ædificemus, atque ad Deum suavissimo electissimarum virtutum odore trahamus.

Interim dum plurimum comunibus Vestris orationibus confidimus, paternam benedictionem ex intimo cordis affectu Vobis atque universis Fratribus impertimur, ac summis obsequiis manemus

VV. A. RR. PP.

Romæ die 14 Decembris 1883.

Humillimus in Xto Servus

(L. S.) **Fr. Aegidius a Cortona**

Totius Ordinis FF. Minorum S. Francisci Capuccinorum Minister Generalis (l. i.)

P. S. Ubi acceptae fuerint Litterae, rescribatur citissime: quo officio nemo excusatur.

Dum vero omnia ad materialem Capituli Celebrationem prudentissime et quasi secreto (propter metum novorum Iudeorum Ecclesiae scilicet et Regularium Ordinum, inimicorum) parabantur, litterae obedientiales, de quibus supra, missae fuerunt, mense Martii, ad omnes PP. Provinciales et Custodes. Forma autem litterarum obedientialium haec erat:

Fr. Ægidius a Cortona totius Ordinis FF. Minorum Sancti Francisci Capuccinorum Minister Generalis (l. i.)

A. R. P.

Ex causis jam tibi notis, virtute praesentium atque sanctae obedientiae merito, concedimus ut Te in Urbem praefinito tempore conferas.

Deus iter auguriumque omnium bonorum secundet.

Romae hac die = Martii 1884.

Tandem die 30 Martii tertium Indultum impetratum est, quo P. Commissarius Generalis Hyberniae frueretur voce activa et passiva in Generali Capitulo, ad majorem suae nascentis provinciae utilitatem. Rescriptum ergo ex integro notatur:

Beatissimo Padre.

Il P. Egidio da Cortona Ministro Generale di tutto l'Ordine dei Cappuccini di S. Francesco prostrato ai piedi della S. V. la supplica a concedere in grazia « pro hac vice tantum » al M. R. P. Serafino da Bruges Commissario Generale per i Cappuccini della Provincia rinascente d'Irlanda d'intervenire come vocale con voce attiva e passiva al prossimo Capitolo Generale che sarà celebrato in Roma « il nove Maggio » e cio principalmente a bene e vantaggio della suddetta Provincia, la quale riordinata come ora è presenta fondate speranze di un assai prospero avvenire.

Che ecc.

Ex Audientia SSmi. diei 30 Martii 1884 SSms. Dominus Noster Leo Divina Providentia PP. XIII. referente me infrascripto S. Congns de Propaganda Fide Secretario, benigne annuere dignatus est pro gratia juxta petita.

Datum Romae ex Aed. dictae S. Congnis. die et anno praedictis.

(L. S.)

† **D. Archiep. Tyren.** *Secr.*

§. II. Durante Capitulo.

Haupercula Capuccinorum turba haud parva affecta est laetitia et fiducia ex eo, quod Generalia Ordinis Comitia celebranda erant, mense B. Mariae V. sacro, sub auspiciis Immaculatae Reginae et Matris nostrae. Et revera, venerandus Ordinis Senatus mariana obsequia capitularibus sessionibus miscens, Beatam Virginem habuit quodammodo Praesulem et Capituli Custodem, cujus singularissimo praesidio, impiorum conatus mirabiliter contriti, gravissima Ordinis negotia in pace tractata fuerunt in hac Romani Pontificis sancta Civitate, a tot tantisque Catholicæ Ecclesiæ hostibus oppugnata.

Mense Majo ineunte, PP. Capitulares, brevi tempore intermisso, Romam devenire coeperunt, et (Generalitio coenobio *civiliter* suppresso !) in varias religiosas familias, scilicet in Collegio Missionum, in antiquo Cardinalis Micara palatio, in conventu S. Laurentii extra Muros, juxta proximiores linguas et nationes, dispartiti, vitam communem egerunt magna cum fraternae charitatis spirituali profectu. Omnes autem PP. Vocales sequenti elencho recensentur et absentes signo * notantur:

CATALOGUS
ADM. RR. PP. VOCALIUM CAPUCCINORUM
CAPITULI GENERALIS
Celebrandi Romae die 9 Maii 1884.

MINISTER GENERALIS
Reverendissimus P. Aegidius a Cortona

DEFINITORES GENERALES

1. Rmus P. Felix a Villarosa — 2. Rmus P. Pellegrinus a Forolivio — 3. Rmus P. Bruno a Vintia Procurator Gen. — 4. Rmus P. Petrus Damianus a Münster — 5. Rmus P. Gabriel a Varceno — 6. Rmus P. Stanislaus a Janua.

Provinciae et Nomina Vocalium.

Romana. A. RR. PP. Jacobus a Gavi Prov. — Franciscus Xaverius a Bennis ex Prov. — Rmus. P. Victorius ab Aletrio ex Defin.

Anglica. A.RR.PP. Modestus a Glasgow Prov. — Liborius ab Urbisalia ex Defin. — Pacificus a Camerata ex Prov.

Aprutina. A.RR.PP. Cyrillus a Penna Prov. — Rmus. P. Josephus a Theate ex Def. Genlis. — A.R.P. Philippus a Tussio ex Prov.

Austriaco-Hungarica. A.RR.PP. Richardus a Moora Prov. * — Bertholdus a Moravia Guard. — Rudolphus ab Hung ex Prov. *

Barensis. A. RR. PP. Vitus a Putignano Prov. — Vitus M. a Rutiliano ex Prov. — Elias a Noicattaro ex Prov. *

Bavarica. A.RR.PP.Venantius a Lavinga Prov.* Dominicus a Tirschenreuth ex Lect. — Franciscus Xav. ab Illmimonasterio ex Prov.

Belgica. A. RR. PP. Eduardus a Turnhut Prov. — Coelestinus a Viroviaco ex Prov. — Theodosius a Fives Defin.

Bohemo-Morava. A. RR. PP. Gustavus ab Iglavia Prov. * — Albertus a Bhodanci Guard * — Barnabas ab Iglavia ex Defin. * —

Bononiensis. A.R.P. Bonaventura a Cesena Prov. — Rmus P. Thomas a Forolivii ex Prov. (tit.) — A.R.P. Arsenius a Russi ex Prov.

Calaritana. A. RR. PP. Antonius Franciscus Calarit. Prov. — Fulgentius ab Iglesias — Fidelis a Nurri, ✠

Calvariensis. A.RR.PP. Bonaventura ab Herdern Prov. — Laurentius ab Emsteck Defin. — Lucas a Frankenstein.

Corsicæ. A.RR,PP. Romulus a Cogorno Prov. — Hilarius a Sulmona * — Aemilianus a S. Romulo ex Prov.

Cosentina. A.RR.PP.Hacynthus a Belmonte Prov. — Bonaventura a Carpansano ex Prov. titul. — Dminicus a Plataci ex Defin. *

Croatiae. A.R.P. Augustinus a Sancta Maria Prov.

Galiciana. A.RR.PP. Laurentius a Veter. Sandec. Prov.* — Felix a Glogou Guard. * — Stanislaus a Jazienica ex Prov. *

Helvetica. A.RR.PP. Anastasius ab Artha Prov. — Aloysius Subsilvan ab Hergiswila Def. — Bernardus Uran. ab Andermatt ex Prov.

Hiberniae. A.R.P. Seraphinus a Brugis Commiss.

Hispaniae. Rmus. P. Joachimus a Llevaneras Commiss. Apost.

Hollandiae. A.RR.PP. Archangelus a Macharen Prov. — Benedictus ab Asten ex Prov. — Lambertus a Velp ex Prov.

Januensis. A.RR.PP.Alexander a RoveretoProv. — Angelicus a Sestri Ponente Lect. — Clementinus ab Ormea Lect.

Lombardiæ. A.RR PP. Ladislaus a Montecastagneto Prov.— Fridericus a Castro Victorio Guard. — Joannes a S. Martino Guard.

Lucana. A.RR.PP.Dominicus a Moliterno Prov. — Archangelus a Muro ex Prov. * — Michaelangelus a Rivonigro ex Prov.

Lucensis. A.R.P.Ambrosius a Saltocchio Custos Prov.

Lugdunensis. A.RR.PP. Gabriel a Courbouzon Prov. — Hilarius a Parisiis ex Prov. (tit.) — Irenaeus a Lugduno Defin.

Melitensis. A.RR.PP. Petrus Antonius a Floriana Prov.— Joseph Maria a Victoriosa ex Guard.— Philippus Ant. a Valletta ex Prov.

Messanensis. A.RR.PP. Franciscus ab Ali Prov.* — Jesualdus a Bronte ex Prov. — Aloysius a Valle d'Olmo ex Prov.

Neapolitana. A.RR.PP. Cherubinus a Paupisi Prov. — Cyprianus a Neapoli Lect. emer. * — Felicianus a Sorrento ex Prov.

Panormitana. A.RR.PP. Illuminatus a Trapani Prov. — Ambrosius a Caltanisetta * — Daniel a Caltanisetta ex Prov. *

Parisiensis. A.RR.PP. Arsenius a Castello Prov. — Stanislaus a Marsilia Guard. — Joannes Chysostomus a Lugd. ex Prov.

Pedemontana. A.RR.PP. Paulinus a Fossano * — Nemesius a Castagnola Defin. — Severinus a Poirino ex Prov. *

Pensylvaniae. A.RR. PP. Hyacinthus a Durachio Prov. — Antonius M. a Rosup ex Defin. — Gregorius M. a Moguntia.

Picena. A.RR.PP. Jesualdus a Polverigi Prov. — Basilius a Frontale ex Prov. — Marianus a Civitanova ex Prov.

Rheginensis. A.RR.PP.Jesualdus Rheginus Prov. — Sigismundus a Petrizzi ex Def. *— Guglielmus a S. Laurentio ex Prov. *

Rhenano-Westphal. A.R.P, Bonifacius a Moguntia Prov. *

Sabaudia. A.RR.PP. Ambrosius ab Ugine Prov. — Rufinus a Janua ex Guard. — Matthaeus a Rupe ex Prov.

Styriensis A.RR.PP. Ferdinandus a Laengenfeld Prov. — Raphael a Locopoli ex Prov. — Fridericus a Lak Defin.

Syracusana. A.RR.PP. Josephus ab Alimena Prov. — Aloysius a Ferla — Eugenius a Sortino ex Prov.

Sancti Angeli. A.PP.RR. Franciscus ab Apricèna Prov. — Philumenus a Morcone ex Prov.* — Gabriel a S. Nicandro ex Prov.

Sancti Caroli. A.RR.PP.Joannes Baptista a Bergomo Prov. — Josephus a Rovetta Guard. — Augustinus a Crema ex Prov.

Sancti Josephi. A.RR.PP.Cajetanus a Lobbi Prov. — Fridericus ab Ovada Guard. — Aloysius a Cortilione ex Prov.

Thusciae. A RR.PP.Bernardus a Fivizzano Prov. — Pacificus a Senis Lect. — AEmilius a Liburno Defin. ac Lect.

Tirolensis. A.RR.PP. Agatho a Ried Prov. — Theophilus a S. Laurentio Defin. — Ignatius a Brigantio Defin.

Tolosana. A.RR.PP. Dominicus a Castronovo Arii Prov. — Alphredus a Carugia ex Defin. — Damasus a Cadurco Defin.

Tridentina. A.RR.PP. Theodorus a Tajo Prov. — Anselmus a Soraga Defin. — Dionysius a Soraga ex Prov.

Umbriae. A.RR.PP. Clemens a Civitella Prov. — Jucundus a Montone Defin. — Bernardus a Ceglie ex Prov.

Veneta. A.RR.PP. Pacificus a Conegliano Prov. — Alexander a Chioggia Defin. — Athanasius ab Utina ex Prov. *

Iam alibi notatum est, præsidentiam Capituli commissam fuisse, Definitorio postulante et Apostolica Sede volente, Eminentissimo Cardinali Raphaeli Monaco la Valletta.

Emus. ergo Ordinis Protector, cujus erga Ordinem nostrum specialissima benevolentia et paterna sollicitudo omnium fratrum praecipue Capitularium sermonibus celebratur et gratissimis animis recolitur, ab ipso Comitiorum exordio indefesso labore et summo consilio moralem congregationum exitum prudenter et utiliter praeparare cupiens, omnes PP. Vocales separatim audire voluit, ut totius Ordinis accuratiorem notitiam haberet. Quapropter, per tres continuos dies, scilicet 5, 6 et 7 Maji, dum Definitorium Generale litteras vocalium recognosceret sive apud S. Laurentium extra muros, sive ad S. Fidelem, sive in Generalitio coenobio, optimus Princeps peramentissimusque Protector ad omnes divertens et omnibus omnia factus, familiariter cum singulis egit et omnibus consilio, solatio ac levamini fuit.

Die IX Maji MDCCCLXXXIV. Capitulum Generale LXV canonice et solemniter inceptum est, et primarium peregit conventum seu sessionem ad novos scilicet Generales Superiores eligendos unice destinatum. Unde, hora septima matutina omnes PP. Vocales simul congregati in nostro Missionum Collegio S. Fideli de Sigmaringa sacro, de Rmi. P. Ministri Generalis mandato, omnibus Capitularibus prælusionibus, seu formalitatibus satisfecerunt, juxta praescripta in libro « de ritu servando in nostris Comitiis Generalibus, » qui adservatur in Curia Generali. Hora autem octava, Eminentissimus Capituli Praesul omnibus cardinalitiis insignibus ornatus Capitularem Aulam ingressus est et in praesidentiae loco constitutus, opportunis, brevibus et eloquentibus rationibus PP. Vocalium obligationes et gravissima officia sapienter exposuit. Deinde *electionum oraculum* præsentavit seu nomina duodecim Patrum ex dignioribus « ad liberam et nudam electorum normam », et reeligibiles declaravit, ut statuitur in Const., tres ex cessantibus Definitoribus, ad libitum. His peractis, 110 schedulae distributae sunt inter 110 vocales, ad primum scrutinium, in quo unus tantum Definitor Generalis scilicet Adm. R. P. Bernardus ab Andermatt, Custos Helveticus, electus fuit. In secundo scrutinio novum Definitorium Generale perfectum est. Quapropter, Rmus. P. Aegidius a Cortona e suo loco surgens, sigillum resignans et in medio Aulae genuflexus, culpam dixit in pleno Capitulo coram Emo. Cardinali Praesidente. In tertio scrutinio **Rmus. P. Bernardus ab Andermatt**, primus ex novis Definitoribus Generalibus, proclamatus fuit **Minister Generalis**. In quarto scrutinio Rmus. P. Bruno a Vintia, (qui ad mentem Constitutionum, cap. VIII, utraque voce adhuc fruebatur, utpote qui in officio Procuratoris tempore sexennio minore permanserat) reelectus fuit Procurator Generalis. Tandem Rmus. P. Stanislaus a Janua, qui in secundo scrutinio 58 vota obtinuerat, declaratus fuit, absque novo scrutinio et Capitulo probante, sextus Definitor. Scrutiniorum vicissitudines sequens tabella exactissime indicat:

SCRUTINIUM CAPITULI GENERALIS

ORDINIS FF. MIN. S. FRANCISCI CAPUCCINORUM CELEBRATI ROMAE DIE IX MAJI MDCCCLXXXIV
PRAESIDENTE
Emo D. Card. RAPHAELE MONACO LA VALLETTA Protectore Ordinis

Adm RR. PP. Vocales N. 110, praeter Emum. Praesidem qui schedam numquam dedit.
INCLUSIVA N. 56

	PRO DEFINITORIBUS Scrutinia				PRO GENERALI Scrutinium		PRO PROC. GEN. Scrutinium	
	1		2		1		1	
	Patrres	voces	Patres	voces	Patres	voces	Patres	voces
Adm. RR. PP. unius vocis	13	13	15	15	3	3	3	3
» » » duarum vocum	3	6	3	6	1	2	1	2
Rmus. P. Petrus Damianus a Münster Tirolens. .		14						
Adm. R. P. Bernardus ab Andermatt Helvet. .		73				64		
» » Franciscus Xaverius ab Ilmimonasterio Bavar.		43		82		19		5
» » Gabriel a Courbouzon Lugdun. . .		26						
» » Lambertus a Velp. Holland. . . .		22						
» » Augustinus a S. Maria Croat. . . .		54						
» » Bonaventura ab Herdern Calv. Amer. .		19						
Rmus P. Stanislaus a Janua Januens.		33		58		3		4
» » Bruno a Vintia Procu. Gen. Lugdun. .		43		78				95
Adm. R. P. Basilius a Frontale Picen.		6						
» » Clemens a Civitella Umbr. . . .		51						
» » Marianus a Civitanova Picen. . .		3						
» » Matthœus a Rupe Sabaud. . . .		10		9				
Rmus P. Gabriel a Varceno Roman		17		11				
Adm. R. P. Pacificus a Conegliano Venet. . .		34		59		14		
» » Dionysius a Soraga Trident. . . .		17						
» » Gesualdus a Bronte Messan. . . .		5						
» » Felicianus a Sorrento Neapolit. . .		10		5				
» » Hyacinthus a Belmonte Cosent. . .		40		68		4		
» » Jacobus a Gavi Roman.		34		52				
» » Eduardus a Turnhout Belgic. . .		11		13				
» » Bernardus a Ceglie Umbr. . . .		3						
» » Aloysius a Valle d'Olmo Messan. .		22		22				
Rmus P. Thomas a Forolivio Bonon.		37		66				
» » Peregrinus a Forolivio Bonon.		6						
Adm. R. P. Michaelangelus a Rivo Nigro . .		8		3				
» » Joannes Chrysostomus Lugdun. . .		0		3				
Plenitudo vocum		660		550		109		109

Renuntiaverunt in scriptis voci passivae ante omnes et quoad omnes electiones Rmus P. Felix a Villarosa Syracus. et Adm. R.P. Coelestinus a Viroviaco Belgic. — Post secundum scrutinium renuntiaverunt voci passivae quoad ceteras electiones Rmus. P. Petrus Damianus a Münster – Adm. RR. PP. Gabriel a Courbouzon – Lambertus a Velp – Augustinus a S. Maria – Bonaventura ab Herdern – Clemens a Civitella – Dionysius a Soraga – Bernardus a Ceglie.

ELECTI

Rmus P. Bernardus ab Andermatt Min. Generalis.
Rmus P. Franciscus Xaverius ab Ilmimonasterio primus Definitor Generalis.
Rmus P. Bruno a Vintia secundus Def. Gen. ac Procurator Gen.
Rmus P. Hyacinthus a Belmonte tertius Def. Gen.
Rmus P. Thomas a Forolivio quartus Def. Gen.
Rmus P. Pacificus a Conegliano quintus Def. Gen.
Rmus P. Stanislaus a Ianua proclamatus fuit sextus Def. Gen. ab Emo Praeside, ex eo quod electus iam fuerat in 2. Scrutinio.

DISQUISITORES

Adm. R. P. Fridericus a Castro Victorio 1. Cust. Gener. Provinciae Lombardiae.
Adm. R. P. Stanislaus a Marsilia 1. Cust. Gener. Provinciae Parisiensis.
Adm. R. P. Theophilus a S. Laurentio 1. Cust. Gener. Provinciae Tirolensis.

Hora sexta serotina, generalibus electionibus mirabili concordia peractis, venerabilis Ordinis coetus hymnum *Te Deum* concinuit et processionaliter prosecutus est usque ad Collegii Sacellum, ubi novus Generalis Minister, Emo. Praeside mandante, solitas preces recitavit et toti Capitulo solemnem cum SS. Sacramento benedictionem impertitus est. Postremo obedientiam et reverentiam omnium PP. Vocalium et aliorum fratrum accepit.

Sic completae sunt, Deo donante et SS. Laurentio a Brundusio et Fidele a Sigmaringa protegentibus, capitulares Superiorum Majorum electiones, in ipso Catholicitatis centro, quasi sub umbra Archibasilicae Lateranensis ubi Sanctus Institutor Noster ipsam, quam profitemur Regulam solemniter professus est. Orent ergo omnes fratres pro novo Seraphici Patris Successore, ut Dominus conservet eum et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum, neque sibi subditos, in animam inimicorum. Amen.

Hora autem octava vespertina, Emus. Praesul certiorem fecit SS. D. N. Leonem PP. XIII de electionum effectu et exitu. Supremus vero Pontifex vota Capituli rata habuit et Apostolica Auctoritate *ad duodecennium* confirmavit, ut constat ex sequenti Rescripto:

Sacra Congregazione dei Vescovi e Regolari.
li 12 Maggio 1884
All'Emo Card. Monaco La Valletta.

Emo e Rmo Signore,

La Santità di Nostro Signore nell'udienza concessa all'infrascritto Segretario di questa Sacra Congregazione la sera del 9 corrente Maggio, informata dell'esito del Capitolo Generale tenuto dai PP. Cappuccini lo stesso giorno 9 d.° si è benignamente degnata di confermare l'elezioni avvenute del P. Bernardo d'Andermatt Ministro Generale, del P. Brunone da Vinay Procuratore Generale, e dei PP. Francesco Saverio da Ilmi, Bavarese, Giacinto da Belmonte, Tommaso da Forlì, Pacifico da Conegliano, Stanislao da Genova, Definitori Generali. In pari tempo ha disposto Sua Santità che i detti eletti debbano rimanere nel loro ufficio per lo spazio di anni dodici.

Tanto mi occorreva comunicare alla Eminenza Vostra, di cui bacio umilissimamente le mani.

di Vra. Emza.
Umo Devmo Servitor Vero
I. Card. Ferrieri Prefetto
I. Masotti Segretario.

Die 11 Maji. Smus. Dnus. Noster Leo Papa XIII totam Capulatorum familiam specialissima benignitate confortare dignatus est per privatam audientiam PP. Vocalibus et Superioribus concessam. Porro, sub meridie, Patres numero centum quadraginta circiter universi Ordinis vices gerentes, sub Pontificiae Majestatis umbra familiariter adunati, Petrum per Leonem loquentem, *novumque Honorium*, vota, obedientiam et reverentiam franciscalium alumnorum acceptantem, audierunt et viderunt.

Rmus. P. Ex-Generalis novos Generales Superiores et universum Capitulum Apostolico Solio præsentavit, brevi filialique sermone humillimas gratias persolvit pro universis beneficiis a Leone XIII Ordini concessis et amplissimam benedictionem postulavit. Quibus peractis *Sanctissimus Pater* totum Capuccinorum coetum ardentissimo cordis affectu et tenerrima allocutione sic adhortatus est:

Dilecti filii

Est quidem quod delectemur, cum vos hodierna die hoc in loco frequentes numero, natione varios, intueamur. Ipsa enim hæc frequentia vestra satis testatur quanta sit et quam mira fecunditas magni Ordinis Franciscani, unde, tamquam ramus ex arbore generosa et nobili, sodalitas Fra-

trum Capulatorum prodivit. Scilicet singulari munere beneficioque divino illud Francisco Assisiensi contigit, ut alumnorum suorum multitudo ex humili loco ad omnes prope terras propagaretur, idque cum similiudine quadam ipsius Ecclesiae, quæ exiguis orta principiis orbem terrarum celeri cursu complexa est.

Atque hunc religiosum ordinem, sicut et ceteros si homines aut melius nosse aut æquius iudicare vellent, sodalitates religiosas haud sane videremus tam multis in locis tam ingrate tractatas. Verumtamen vincendum *in bono malum* enitendumque, dilecti filii, ut in hac rerum asperitate virtus semper emineat iniuriis hominum invidiaque maior. Cogitatio meritorum, quibus Institutum Franciscanum nullo non tempore excelluit, spem Nobis certam facit fore ut idem egregios fructus addere ad privatam publicamque salutem perpetuo perseveret.

Hac de caussa ipsum Ordinem Tertium singulari Nos studio benevolentiaque semper prosecuti sumus: eumdemque et merito laudum præconio alias celebravimus, et superioribus etiam diebus per litteras Nostras Encyclicas, sedulitati sapientiaeque Episcoporum commendavimus, ut quem ad societatum clandestinarum prohibenda incrementa non mediocriter ducimus opportunum. Ad hunc ipsum amplificandum ac tuendum consilio præsertim nutuque religiosi viri, quem nuperrime summum Ordinis magistrum optavistis, multum vos operae conferre posse perspicimus ac reapse collaturos non dubitamus — Ceterum, dilecti filii, proposita vobis Francisci Patris imagine, ad illius præstantiam, quantum assequi imitatione potestis, contendite. Summa cura providete, ut in singulis familiis vestris vigeat illa, quam profitemini, morum sanctitas, vitæ disciplina, quoniam vos estis in praecipuis munerum gradibus collocati, date operam ut ceteros, sicut dignitate anteceditis, ita exemplo praecedatis. Quam ad rem placet eisdem vos verbis dimittere quibus Paulus Apostolus ad christianam virtutem Philippenses hortabatur: *digne evangelio Christi conversamini... et in nullo terreamini ab adversariis... idem sapiatis, eamdem caritatem habentes; unanimes idipsum sentientes.* — Quorum bonorum auspicem, benevolentiaeque Nostrae testem, vobis Ordinisque vestri sodalibus universis Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus. - *Benedictio.*

Pontificiam allocutionem laetabundo ac gratissimo animo omnes audiere. Pontificia vero Benedictione devotissime ab omnibus, et proprio et absentium nomine, accepta, Rmus. P. Bernardus ab Andermatt, ad Pedes Sanctitatis Suæ provolutus, animo voceque fractus, humillima et opportunissima hæc edixit verba:

Beatissime Pater

« Meorum fratrum suffragiis, S. Francisci Successor constitutus, corde ac animo colligo verba Seraphici Patris olim coram b. m. Prædecessore Vestro Honorio III prolata. Sancti Patris semitas sectare volendo, eadem seraphica verba, meo et subditorum meorum nomine, nunc profero et renovo: Pater

« Sanctissime, *promitto obedientiam et re-*
« *verentiam Domino Papae et Sanctae Ro-*
« *manae Ecclesiae.* Nobis autem, o Pater « Sancte, haud parva spes affulget, opere « scilicet pro viribus juxta nostræ hu- « militatis potestatem adimplendi coeles- « tem illam visionem, in qua Pauper- « culus Franciscus Lateranensem Basi- « licam labentem conspectus est susten- « tare et cum filiis sustinere ».

Hæc autem quasi generalis et solemnis prof ssio totius Capituli in manibus Christi Vicarii spontaneo et ferventissimo devotionis et venerationis sensu ab omnibus emissa quam maxime placuit Pontifici Maximo, qui hisce Ordini Nostro gloriosis verbis respondere dignatus est: « *Quod fecistis omni tempore, et nunc et semper facietis.* »

Notare placet, quoniam dum Rmus. P. Minister Generalis verba *promitto*, etc. proferebat, alii fratres unanimi sensu, submissa sed intelligibili voce et magno spiritus fervore formulam professionis seu promissionis omnimodæ obedientiæ et reverentiæ Romano Pontifici pronuntiabant, verba P. Generalis repetendo.

Deinde Leo XIII cum omnibus paterna benignitate egit, cum singulis verbum fecit, omnes ad osculum pedis et manus admisit, de statu provinciarum sollicite informari voluit, super dispersorum tribulationes ingemuit et meliorum temporum fiduciam auspicatus est, adhortando omnes superiores, ut totis viribus incumbant ad religiosos dispersos specialissima cura fovendos, ut adunari possint saltem in particularibus domibus regulares familias quamvis minutissimas constituendo, ne tot fratres quasi a jugo obedientiæ soluti vagari debeant et apud cognatos morari magno cum propriae vocationis nocumento. Tandem Tertii Ordinis propagationem semel atque iterum instantissime commendavit, amplissimis benedictionibus et spiritualibus gratiis omnes cumulavit. Sic Pastor Supremus Franciscalem familiam confortavit et infaustis hodiernis temporibus consolatus est. Nos ergo tot tantisque doctrinæ ac charitatis Pontificis Maximi suffulti monumentis, Apostolicam Sedem magis magisque veneremur, et Romano Pontifici corde, ore et opere, inter hujus sæculi diversa et adversa, totaliter subjecti, plena fide et devotissimo affectu cum S. Bernardo conclamemus: *In Petra exaltatus, in petra securus, in petra firmiter sto, securus ab hoste, tutus a casu; tremit mundus, premit corpus, diabolus insidiatur: non cado: fundatus enim sum* SUPRA FIRMAM PETRAM.

Capitulum Generale variis congregationibus de rebus disciplinaribus egit, futurasque decisiones et ordinationes remote præparavit. Sed, adstante magna diuturnæ sessionum celebrationis difficulate, unanimi plausu electa fuit specialis congregatio seu *commissio* XVII vocalium natione diversorum ad formalem ordinationum collectionem proxime constituendam. Nomina autem Patrum istius congregationis haec sunt:

A R. P. Jesualdus a Bronte.
» » » Michaelangelus a Rivonigro.
» » » Jacobus a Gavi.
» » » Clemens a Civitella.
» » » Alexander a Rovereto.
» » » Augustinus a Crema.
» » » Ambrosius ab Ugine.
» » » Arsenius a Castello.
» » » Anastasius ab Artha.
» » » Dominicus a Tirschenreuth.
» » » Augustinus a S. Maria.
» » » Agatho a Ried.
» » » Hyacinthns a Durachio.
» » » Archangelus a Macharen.
» » » Cœlestinus a Viroviaco.
» » » Pacificus e Camerata.
Revmus. P. Joachim a Llevaneras.

Praesidente A. R. P. Augustino a S. Maria.

Die 16 Maji. *Commissionis* labores et opera semel collecta in pleno Capitulo lecta sunt et quasi in globo approbata.

In plenaria et postrema prædicta sessione de Patrum Vocalium consensu approbatum fuit optimum Rmi. P. Ministri Generalis consilium per Rmum. P. Thomam a Forolivio etiam italico sermone interpretatum de resolutionibus capitularibus maturissima deliberatione a Definitorio Generali examinandis et antequam publici juris fiant per Patres Capitulares separatim approbandis et Apostolica Auctoritate suo tempore, roborandis. Deinde Rmus. P. Minister Generalis e loco surgens, PP. Capitulares, spontaneo et tenerrimo cordis affectu, sic (quoad substantiam) allocutus est:

« ...... Vos, AA. RR. PP. me Ordinis « Caput constituistis sortesque Instituti « Nostri meis imparibus viribus commi- « sistis ...... Gratias vobis ago, quoniam « de mea humilitate talem opinionem in « vestra charitate habere voluistis .... « Romam veni, ut cum Ordinis Capite « novis strictissimis vinculis in dies u- « niri possem ...... Testis est mihi Deus, « quoniam sincerissima hac voluntate ad « Capitulum accessi. Ast, heu! neque scie- « bam neque unquam cogitare potuissem, « me futurum esse omnium vestrum Pa- « trem et Ducem .... Consiliis Æternae « Sapientiae me reverenter committo ... « Omnium operationum mearum Deus, « qui Ordinem Nostrum non derelinquet, « finis erit et motor ..... Vos omnes, Di- « lectissimi, oro atque obtestor, ut me « amantissimum Patrem habeatis et con- « sideretis; non enim ego Pater Vester « sum Italus, non Gallus, non Germa- « nus, non Helveticus, id solum me esse « profiteor semperque ero *Pater omnium* « *fratrum* ..... Venite ergo ad me since- « rissimo corde, et in omnibus necessita- « tibus vestris ad me filialem recursum « habeatis .... Capitulum Generale bo- « num Ordinis unice intendit et prose- « quitur: ad hoc Romam venimus. Tot pe- « regrinationes et defatigationes mini- « me inutiles evadent; multa jam facta « sunt melioraque parantur ..... Ad ves- « tras autem Provincias reversuri, ora- « tionibus vestris me commendo et au- « xilium ex Alto per preces vestras spe- « rabo .... Id a vobis postulo, ad hoc vos « adhortatos volo, ne scilicet petatis pri- « vilegia et dispensationes nisi adstante « urgen i et legitima ratione ..... Auspi- « cem omnium bonorum Deum humili- « ter invoco, ut Seraphico Patre Nostro « S. Francisco intercedente, benedictio, « quam nunc vobis et in vobis omnibus « fratribus impertiar, adaugeat in cordi- « bus vestris ignem divinae atque fra- « ternae charitatis et zelum regularis ob- « servantiae: haec benedictio vobis in via « comitetur, haec ad patriam feliciter per- « ducat. — *Benedictio.*

§ III. Post Capitulum.

Denique, *die 18 Maji.* — Eminentissimus Cardinalis Ioannes Simeoni, S. Congreg. de Prop. Fide Praefectus, omnes Superiores Generales et Provinciales in Collegii Urbani aedibus adunatos instantissimis et sanctissimis rationibus adhortatus est ad Missiones exteras pro viribus promovendas et juvandas.

His peractis PP. Capitulares paulatim ad suos reversi sunt.

Die 13 Iunii. — Rmus. P. Minister Generalis Capituli exitum toti Ordini per sequentem Epistolam Encyclicam nuntiavit:

FR. BERNARDUS AB ANDERMATT

ORDINIS MINORUM S. FRANCISCI CAPUCCINORUM

MINISTER GENERALIS (l. s.)

OMNIBUS ORDINIS NOSTRI FRATRIBUS

SALUTEM ET BENEDICTIONEM.

Reverendi Patres et Fratres dilectissimi.

Generalibus in Comitiis, ab inclyto Decessore Nostro, Rmo. P. Ægidio a Cortona, provide convocatis, et faustissime, die IX Maji c. a., in Collegio nostro Urbis, S. Fideli Protomartyri sacro, sub Immaculatae

B. M. V. et Seraphici P. N. Francisci necnon S. Laurentii Brundusini auspicio, celebratis, ex Patrum Capitularium votis, mira et celeri concordia in bonum conspirantibus, electus fuit:

P. BERNARDUS AB ANDERMATT, MINISTER GENERALIS.

P. FRANCISCUS - XAVERIUS AB ILMIMONASTERIO, I. DEFINITOR GEN.

P. BRUNO A VINTIA, II. DEFINITOR AC PROC. GEN.

P. HYACINTHUS A BELMONTE, III. DEFINITOR GEN.

P. THOMAS A FOROLIVIO, IV. DEFINITOR GEN.

P. PACIFICUS A CUNEGLIANO, V. DEFINITOR GEN.

P. STANISLAUS A JANUA, VI. DEFINITOR GEN.

Hasce capitulares electiones SSmus D. N. LEO PP. XIII — quem Deus diu sospitet! — pro Sua paterna benignitate et auctoritate suprema, ratas habere et ad duodecennium confirmare, amplissimisque confortare benedictionibus dignatus est.

Porro venerandus Patrum Capitularium, virorum nempe sapientia, doctrina et pietate conspicuorum, senatus, quamplurimis necessitatibus perpensis, quibus hacce nostra tempestate, hinc inde premimur, maxime opportunum existimavit, ut quaedam, hodiernis conditionibus accommodata, decretorum series contexeretur, quo magis ac magis universus Ordo, prout in Litteris convocatoriis legebatur, ante Deum hominesque relevatus, uberrimo et salutifero fructu decorus evadat atque nobilitatus.

Verum enimvero praelaudati PP. Capitulares, a protrahendis coetibus suis, ob rerum temporumque angustiam impediti, in hanc unanimes devenere sententiam, memorata nempe decreta hodierni Rmi. Definitorii zelo et sapientiae committendi, maturo elaboranda consilio, ut dein, revisione PP. Provincialium et Custodum Generalium perfecta et placito roborata, publici juris in Ordine fiant.

Nos igitur, Reverendi Patres Fratresque dilectissimi, absque ullo merito, totius Ordinis regimen, grave certe pondus et humeris Nostris impar, assumere coacti, quae et quanta humilitati Nostrae incumbant, sentimus atque conspicimus. Ab Helveticis vallibus, in quibus sicuti incunabula nacti sumus, ita et reliquos vitae Nostrae annos opinabamur esse ducturos, improvise, ex imperscrutabili aeternae Sapientiae consilio, in Urbem translati sumus, in illam nempe Romam, quam jure merito veritatis magistram, vitaeque ministram anteactorum saeculorum proceres appellitaverunt, quamque status regularis propugnaculum, et uno verbo, regiae Majestatis Vicarii D. N. J. C. tabernaculum, devotio Nostra, humilis et plena, laetanter agnoscit. Memores tamen quod Ministri et servi omnium vestrum facti sumus, non amplius primis illis animi sensibus insistendum est: ipsa enim muneris Nostri ratio Nos urget, ut pietati vestrae, fratres dilectissimi, cor Nostrum paterne adaperiamus.

Hodierna rerum adjuncta claustrali disciplinae quam maxime adversari nemo non videt: ubique enim terrarum et in plerisque praesertim Europae nostrae regionibus, illa humanarum passionum colluvies, quae synthetico nomine haud injuste *revolutio* nuncupatur, quasi saevi maris horrenda tempestas, omnes qui Christi exempla et consilia secuti, terrenis cupiditatibus valedixerunt, suis spumantibus undis submergere minitatur. Unde et alios legislatio iniqua, alios violenta sèevitia a placida cellae tranquillitate inter mundanos fluctus rejecit: omnes autem qua calumniis, qua minis, undequaque triumphans iniquitas impetit et a facie terrae, si possibile foret, projicere conatur.

Et exinde factum est quod nonnulli a primaevo « spiritu mentis suae » deficientes, regularem observantiam quae viri religiosi robur, Ordinis decor et Ecclesiae ornamentum est, sartam tectam conservare non satis contenderint: dum econtra nos tanquam genuinos Christi sequaces et Seraphici Patris filios, eo fortiores et animosiores reddere perse-

cutio debuisset, spectaculum Angelis et hominibus ubique terrarum effectos. Etenim filii tenebrarum in cogitationibus et operibus suis non nisi terrena sapiunt, et, materiae adoratores facti, nonnisi carnalia quaerunt. Quidquid cor hominis nobilius anhelat, quidquid generosum et purum suspirat animus, quidquid intimius naturae humanae, ad moralem pulchritudinem attingendam natum aptum, ab ipsomet ejus Auctore insculptum est, turpi sensualismo ofedare, imo in omnium vitiorum coenum suffocare totis nituntur viribus. Horum nos doctrinis, placitis atque conatibus, terrena contemnentes inquirentes caelestia, seraphico paupertatis vexillo coadunati, sacrificiis atque oratione roborati, ministerio verbi et operis toto obsistamus animo necesse est. Humana siquidem societas in tot malorum veluti abissum collapsa, sentiat opportet adhuc in Catholicam Ecclesiam, et per Ecclesiam in religiosos Ordine, ab Auctore vitae vim dimanare regenerativam et semper vivificantem; atque cognoscant et intelligant homines a Deo solo omne bonum esse, et ab eo solo tranquillitatem felicitatemque sive privatam sive publicam, sive praesentem sive futuram expectandam esse, qui ventis et mari imperat et obediunt ei.

Et nonne, Fratres carissimi, infaustissima pariter volvebantur tempora, quum seraphicum virum Beatum Patrem nostrum Franciscum famulum sibi et imitatorem ad suam reparandam Ecclesiam suscitavit Christus? Permulti siquidem, penitus mancipati rebus humanis, immoderata bonorum ac divitiarum appetentia insanire aut effrenis rapi libidinibus videbantur. Undique mala et miseriae: undique invidere, aemulari, odisse, adeo solemne erat « ut ad minimam « quamque causam - prout legitur in « Encyclica Leonis XIII: *Auspicato con-* « *cessum est* - et civitatis finitimae sese « invicem praeliando conficerent, et cives « cum civibus ferro inhumane decerne- « rent, » et cuncta societas, doloribus oppressa atque vitiis, ad ruinam usque plenam hinc inde quassa ruebat. Venit Franciscus, tanquam « Sol oriens ex alto »: illi crucis stultitia, illi tenerrimus despretae paupertatis amor, illi ardentissimo in Deum hominesque charitatis igne cor inflammatum et membra dein divinitus signata; et «ab uno hoc homine», ait Encyclica praelaudata, per stupenda rerum miracula, mundus ad Christum fuit iterum evectus.

Nobis igitur, tanti Patriarchæ haud degeneribus filiis et spiritus ejus informatis virtute atque protectione munitis, opus paternum, nostris in diebus, renovari posse cur desperandum esset? Non diu sophistarum figmenta irradiantem scientiæ supernæ splendorem sustinere queunt: non certe inanis est virtutum christianarum odor, qui et ipsos deperditos homines haud semel allicere valet. Adeamus ergo ad certandum bonum certamen, armatura potentes duplici: scientiæ nempe cælesti lumine et divinæ caritatis igne, ut populos viam suam corrumpentes, ad vitam virtutis et fidei revocatos in loco pascuæ collocemus.

Hunc in finem optimum, o Fratres dilectissimi, regularem observantiam magis ac magis promovere, spiritum vitæ religiosæ confovere, zelum apostolicum in Ordine quoad sacras missiones, sive ad exteros, a S. S. maxime commendatas, sive per varias Europæ christianas familias, nimis eheu! sacerdotali auxilio orbatas, excitare et vividius incendere, nostrum erit assiduum studium et indefessus conatus. Norma sit nostra et quasi totius vitæ nostræ epitomai verbum illud, quo S. P. N. Francisc, exhortationes et exempla perbelle compendiamus: « **Contemplatio et Apostolatus: Oratio et Operatio.** » Integram et in sua puritate stabilem regulam seraphicam, necnon Constitutionum nostra-

rum axiomata et quos patrum nostrorum sapientia tradidit usus pios, inconcusse servabimus, quin tamen disciplinam conditionibus hodiernis prudenti temperamento accommodare denegemus, quum ipsa sancta Mater Ecclesia, infallibilis magistra, disciplinam suam, prout temporum fert necessitas, opportune modificari invigilet.

Quamobrem, Nobis imprimis expedire visum fuit, ut quædam specialis instituatur commissio, coetus nempe peritorum religiosorum, qui generale studiorum schema conficiant, ab elementari doctrina collegiorum seraphicorum, quibus vocationum penuriæ necessario supplendum est, ad usque suprema theologicarum scientiarum cacumina et sacræ eloquentiæ exercitia. Schema, sic mature elaboratum, per omnes Ordinis Provincias, legis vigorem habebit, et per curriculum studiorum ita absolvetur, ut tyrones, juxta S. Francisci monita, labori fideliter incumbant, quin devotionis spiritum extinguant, cum pietati magis acquirendae omnes viri religiosi cognitiones famulari debeant.

Rebus sic paulatim compositis, almus Ordo noster prægrandi missioni qua nobilitatur, et præteritæ gloriæ qua incitatur, haud minor fiet; imo, veluti militantis Ecclesiæ robusta et invicta cohors, novis contra vitium et errores, quibus societas prægravatur et conficitur, decorabitur triumphis et opimis lætabitur spoliis, animabus scilicet Christo Redemptori, in salutem æternam offerendis. Et tunc affectum illum, quem franciscali familiæ devote gerunt omnes recti et justi, magnates et pusilli, docti et rudes, vere merebimur, si vitam nostram, per dolores et sacrificia et labores plurimos, impendere et superimpendere velimus, non nostram quidem sed Illius gloriam quaerentes, qui descendit de cœlis, ut gloria esset Deo in altissimis, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

Quare, sicuti vos paterno cordis affectu amplectimur, ita vos omnes abunde votis Nostris obsecundaturos, tanquam gravissimi muneris tenuitati Nostræ commissi zelantes et animosos cooperatores, plurimum confidimus et plena speramus fiducia. Firma Nobis unumquemque vestrum et semper et ubique, pro modulo nostro, sublevandi, dirigendi, confortandi, et animandi voluntas inest, ut, omnia omnibus facti, omnes Christo lucrifaciamus.

Dum igitur orationibus vestris Nos enixe commendamus, ut clementissimi Domini gratia inspiret et foveat omnem actionem Nostram, quam nonnisi ad divinam gloriam et Ordinis nostri decorem inchoare et perficere volumus, Vobis omnibus, Fratres dilectissimi et Venerandi Patres, paternam benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ, e Conventu nostro Immac. Conc. MDCCCLXXXIV in Festo S. Antonii Patav.

(L. S.)

Fr. Bernardus ab Andermatt
qui supra.

Cum in hac lacrymarum valle, ineffabili Dei Providentia, suavissimo et misericordissimo consilio faustos eventus non paucis tribulationibus temperari permittat, cumque per Litt. Encyc. Smi. Dni. Nostri Leonis PP. XIII, sub die 20 April., quae incip. « *Humanum Genus,* » *Massonum* uti vocant fraudes, fallaciae et nefandae adversus religiosam civilemque rem conspirationes patefactae fuerint, hinc factum est, quod Christianae Societatis hostes sapientissimum Summi Doctoris monumentum et fortissimum contra massonicam pravitatem propugnaculum destruere vel etiam offuscare nullatenus valentes, regulares familias tamquam Pontifici Maximo carissimas novis ictibus et iteratis molestiis ubique insecuti sunt.

Novissimis hisce diebus non pauci Superiores Generales e suis domibus expulsi

sunt. Quid autem cum nostris Generalibus Superioribus factum est, sequentes litterae habent:

Admodum Rev. Pater!

Quae singulorum Religiosorum Ordinum Generalibus Superioribus sors a Gubernio italico in hac Petri sede parata erat, certe Paternitati Tuae perspicuum est; at quae Nobis ultimis hisce diebus nova facta sit conditio tristissima plene dignoscere nequis. Sacri nostri hujusce Conventus Immaculatae Conceptionis partem illam, quae Generali Curiae reservata dicebatur, ut quantocius deserere debeamus definitivo decreto Nobis indictum est: unde Sedem istam Majorum Nostrorum, ubi vitam tot venerabiles et sanctissimi Patres Ordinis nostri degerunt, et locum, in quo eorum corpora sepulta sunt, maximo animi Nostri dolore derelinquamus oportet. Deus propter peccata nostra non modicum iratus, et quae accidit circa loca sancta despectionem permittit, ut sic simul percutiat et populos et reges, greges et pastores. Humiliemus ergo capita nostra Deo, confiteamur peccata nostra, ut post transitum Angeli percutientis possimus sperare tempora meliora.

Ne tamen sic perculsi a Domino, subito expulsi cogeremur huc illuc pervagari, divino primitus auxilio implorato, de Patrum Nostrorum Definitorum consensu humana omnia, quae potuimus, media adhibere curavimus, adeoque et precibus et intercessionibus interpositis datum Nobis est impetrare, ut usque ad diem trigesimam primam Augusti proximi advenientis anni (1885) in hoc ipso loco Nostro, *pacto pretio*, immorari valeamus, et sic aquam nostram pecunia bibamus.

Verum Adm. R. P. dies velociores cursore fugiunt: brevissimo autem hoc elapso tempore, quo tentoria Nostra transferamus? Eminentissimum Sacrae Cogregationis de Propaganda Fide Praefectum interpellavimus, utrum in extrema ista necessitate sedem Curiae Nostrae ad S. Fidelis Collegium transferre concessum foret; ast responsum habuimus: Collegium in Missionum ac Missionariorum usum erectum esse, ideoque nonnisi precario et ad breve tempus permitti posse, ut Generalis Ordinis Curia ibi consistat.

Cum itaque res ita se habeant, et cum nulla affulgeat spes melioris adventus, nemo non videt maximae necessitatis esse, ut quamcitius in Urbe locus aliquis adinveniatur, ubi Superiores totius Ordinis permanenter resideant, atque totis esse viribus ad hoc opus adlaborandum.

Verumtamen, unde Nobis pro tanto negotio media? Non certe de divina Providentia diffidimus, imo toto animo in illo spem Nostram ponimus, in cujus manibus corda hominum sunt et quocumque voluerit inclinat illa, quique volucres coeli pascit, et vestit lilia agri: sed sicuti non Nobis expectanda miracula, sed divinae bonitati innixis, humanis utendum est mediis; ita inter augustias et sollicitudines, quibus premimur, Tibi Adm. R. P. omnibusque nostrarum Provinciarum Moderatoribus hasce mittimus litteras fiducialiter expectantes primo quidem, ut enixas ad Deum preces pro bono totius Ordinis porrigant, sed etiam ut a singulis Nobis levamen aliquod superveniat, quo in tristissimis vicissitudinibus, in quibus versamur, confortemur et quasi vivificemur.

Sane Tibi notissimum est, in Capitulo Generali elapso mense Majo hic celebrato unanimiter Provincias omnes per suos Ministros et Custodes declarasse, unamquamque— *nec una excepta* — pro viribus opem praestare velle ad domum pro Generali Curia in Urbe vel adquirendam vel aedificandam. Ordo noster licet pauperrimus, in multo minoris momenti negotiis, mirabili quadam animorum generositate soli divinae Providentiae inhaerens optime respondisse dignoscimus: divina igitur spe suffulti, et Vestris declarationibus atque concordi quod perspeximus volun-

tatis proposito fidentes innixi, rem in se difficillimam laetanter aggredimur; licet nedum mediis omnibus destituti, sed et non parvis oneribus ac debitis ex anteactis operibus pergravati, scientes divinam opem Nobis non defuturam, si unum simpliciter intendamus, bonum nempe Ordinis nostri et Dei gloriam proximorumque salutem.

Rogamus itaque Adm. Rev. Paternitatem Tuam, ut auditis Provinciae Patribus Definitoribus ac Custodibus Generalibus, velis *quamprimum* per litteras Nobis indicare, *quale quantumque* pro non parvo quod sumus aggressuri opere, ab hac dilecta nostra Provincia Tuo regimini commissa *pro praesenti et futuro* Nobis sit expectandum auxilium? Hoc enim scitu Nobis necessarium est, ut recte omnibus consideratis videamus, quid vires nostrae valeant, quodque prudenter adoriri possimus.

Dum autem Tuis Tuorumque Nos orationibus commendamus, peramanter Tibi omnibusque Tuae Provinciae fratribus Paternam Benedictionem impartimur, atque obsignamur

P. T. Adm. Rev.

(L. S.) *Romae, 15 Oct. 1884.*

infimus in Christo servus ac pater

Fr. Bernardus ab Andermatt Min. Gen. Cap. *(l. i.)*

Dominus autem et Deus Noster, qui non sinit filios suos nimis affligi et contristari, novas tribulationes novis beneficiis resarcire misericorditer dignatus est per Illam, quae merito vocatur *Causa Nostrae laetitiae, Consolatrix afflictorum et Mater misericordiae,* cujus intercessione et clementia, qui a materiali domo quasi expulsi fuerant, facti sunt spirituales camerarii Sanctissimi Palatii Reginae Coelorum, per «affiliationem et unionem» Sodalitii Almae Domus Lauretanae sub Ministri Generalis et Superiorum Majorum directione, ut omnibus fratribus nuntiatum est per Litteras Rmi. P. Generalis sub die 1 Novembris. Hoc vero spirituali foedere, et amplissima Cardinalitia dignitate fratri nostro venerando Emo. Massaia collata, tota Capuccinorum familia universali gaudio et solatio affecta est.

MONITUM R.mi P. MINISTRI GENERALIS

In memoriam omnium Superiorum et Sacerdotum Ordinis Nostri revocamus ordinationem præclari Decessoris Nostri R.mi P. Ægidii a Cortona, sub die 27 Nov. 1882 de Missa ab unoquoque Sacerdote singulis mensibus favore Novitiatus Smyrnensis applicanda.

Unde volentes, ne res tanti momenti, et ratione finis intenti, et ratione obligationis circa stipendia Missarum leviter et confuse prosequatur, renovamus et confirmamus anteactam ordinationem iisdem Rmi. P. Ægidii verbis:

« Omnibus sacerdotibus Ordinis, « nemine excepto injungimus, ut u- « nusquisque, *donec aliter*, unam tan- « tum in singulis anni mensibus Mis- « sam ex iis, quæ ab eo vel a quoque « Coenobio dici solent, pro Benefac- « toribus, regulariter *ad mentem* ce- « lebret, quin tamen celebratio Mis- « sae sequentis mensis unquam a quo- « que *anticipetur*. Ad perfectam au- « tem hujus nostræ deliberationis ex- « secutionem cunctis Adm. RR. PP. « Provincialibus præcipimus, ut quam « citius Nos mense proximo Decem- « bri certiores de numero in una- « quaque Provincia existentium Sa- « cerdotum reddant...

« *Nota.* Si qui Sacerdotes, vertente « anno, e vivis excesserint, Adm. « Rev. P. Provinciales supplebunt « defectui aliis Missis ex iisdem pro

« Benefactoribus celebrandis sum-
« ptis; sed in fine cujusque anni no-
« vum ad Nos Sacerdotum existen-
« tium catalogum mittere curabunt.»

Hinc, ad normam prædictorum, rogamus omnes A. RR. PP. Provinciales, ut quamprimum annuum Sacerdotum catalogum ad Nos mittant, ad intentiones Missarum pro proximo venturo anno regulandas,

Ad uberiorem Capitis cum membris communicationem, Superiores totis viribus satagant ut omnes Nostrae litterae Encyclicae legendae tradantur etiam fratribus forsan absentibus tempore publicae lectionis.

Romae, 23 Novembris 1884.

Fr. Bernardus ab Andermatt.
Min. Gen. Cap.



NOVUS CARDINALIS
ORDINIS CAPUCCINORUM

SSmus. Dnus. Noster LEO PP. XIII, in Consistorio habito die X Novembris MDCCCLXXXIV, venerandum Fratrem nostrum **Rmum. in Christo Patrem Gulielmum Massaia, Africanae regionis Apostolum praeclarissimum atque Stauropolitanum Tit. Archiepiscopum, inter S. R. E. Presbyteros Cardinales adnumerare dignatus est,** Christiano orbe plaudente et toto Missionariorum exercitu cum Capulatorum familia in Domino exultante.

In praelaudato Consistorio, Emus. Massaia socios in publicatione habuit novos Cardinales ex Ordine S. Benedicti et S. Dominici. Hinc, miseratione divina factum est, ut illae religiosae familiae, quae antiquissimis dilectionis vinculis magis conjunguntur, similibus amplissimae Cardinalitiae dignitatis honoribus nobilitarentur ab uno eodemque Pontifice Maximo, qui Monachorum, Praedicatorum et Minorum coelites Parentes aequalibus liturgicis privilegiis exaltavit.

In Allocutione consistoriali, inter alia, haec quae ad rem nostram faciunt leguntur: « .... Non minus gratum acceptum-
« que Vobis fore confidimus, quod am-
« plissimum Collegium vestrum supplere
« viris decrevimus bene de Ecclesiae
« meritis, quos doctrina, virtus, rerum
« usus, munera gesta valde commendant.
« Hi autem sunt:
« ... **Gulielmus Massaia**, Archiepiscopus
« Tit. Stauropolitanus, ex Ordine Minorum Capulatorum.....
« Quid Vobis videtur?
« Itaque auctoritate omnipotentis Dei,
« sanctorum Apostolorum Petri et Pauli
« et Nostra creamus et publicamus S. R.
« E. Presbyteros Cardinales.....
GULIELMUM MASSAIA....
« Cum dispensationibus, derogationi-
« bus et clausulis necessariis et oppor-
« tunis. In nomine Patris ✠ et Filii ✠ et
« Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Consistorio expleto, faustissimum canonicae promotionis nuntium statim per apostolicos ministros seu delegatos novo Emo. Principi participatum est, et authenticum documentum exhibitum in aula maxima Collegii de Propaganda, solitis formalitatibus et solemnitatibus. Rmus. P. Minister Generalis cum suo Definitorio, Rmus. P. Sacri Palatii Apostolici Concionator, Rmus. P. Consultor Generalis et alii nonnulli fratres Italiam, Angliam, Austriam, Bavariam, Belgium, Galliam, Helvetiam et Hispaniam peragentes Emum. Confratrem desideratissima et fraterna corona circumdabant, et tanti Antistitis exaltationis felicissimi testes cum adstantibus Praelatis et Collegii Urbani alumnis perillustri S. Congregationis de Propaganda Fide Proto-purpurato gratulati sunt.

Die 12 Novembris *Sanctissimus* imposuit pileolum rubrum novis Cardinalibus,

praesentibus nonnullis praelatis et Ordinis Nostri fratribus. In allocutione hac occasione a Leone XIII prolata, haec notamus, quae ad Emum. Massaia referuntur.

« E voi, umile figlio di S. Francesco,
« il cui nome fecero glorioso e vene-
« rando le diuturne ed immense fatiche
« sostenute tra barbare genti per la pro-
« pagazione della fede, collo splendore
« della romana Porpora diffonderete più
« viva la luce di quella vita Apostolica
« di cui foste nobilissimo esempio; mo-
« strando al mondo, che lo disconosce,
« quanto bene possa meritare della vera
« civiltà anche un umile alunno del chios-
« tro, animato dal soffio della carità e
« della religione di Gesù Cristo. »

Die 13 habitum est publicum et solemnissimum Consistorium, in quo Summus Pontifex imposuit galerum rubrum Emo. Confratri nostro, S. R. E. Cardinalium, Episcoporum et Praelatorum, adstante coetu, maximaque Capuccinorum, Cleri nobilisque populi frequentia praesente. Galeri rubri impositio sequenti comitatur formula a *Sanctissimo* devotissime prolata: « Ad laudem omnipo-
« tentis Dei, et sanctae Sedis Apostolicae
« ornamentum, accipe galerum rubrum,
» insigne singularis dignitatis Cardina-
« latus, per quod designatur, quod usque
« ad mortem, et sanguinis effusionem
« inclusive pro exaltatione sanctae fidei,
« pace et quiete populi Christiani, aug-
« mento et statu sacrosantae romanae
« Ecclesiae te intrepidum exhibere de-
« beas, in nomine Patris ✠ et Filii ✠
« et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Assignatae sunt Emo. Massaia ecclesia seu *titulus Sancti Vitalis* et Sacrae Congregationes de *Propaganda, Rituum, Disciplinae, Indulgentiarum et Reliquiarum.*


Emus. Princeps de mandato Leonis XIII conscribit relationem sui fecundissimi Apostolatus. Nostrum non est novi Cardinalis inclyta merita referre: ipse, *constrictus,* aliqualiter enarrabit quanta pro Christo passus est. Nobis vero non latent quae pro fide sustinuit: « In laboribus
« plurimis, in carceribus abundantius, in
« plagis supra modum... itineribus saepe,
« periculis fluminum, periculis latronum,
« periculis ex genere, periculis ex gen-
« tibus, periculis in civitate, periculis in so-
« litudine, periculis in mare... In labore
« et aerumna, in vigiliis multis, in fame
« et siti, in jejuniis multis, in frigore et
« nuditate » (II Cor. 23. 26. 27).

Emus. Massaia est proto-purpuratus ex episcopis S. Congregationis de Propaganda stricte missionariis, sicut S. Fidelis de Sigmaringa fuit primus ex ipsius S. Congregationis martyribus, ut eleganti calamo notatum est in dicatoriis verbis cuiusdam imaginis S. Fidelis Emo. Principi nuncupatae.

SANCTUM FIDELEM.
GULIELMO. MASSAIA. CONFRATRI. DUCEM ET EXEMPLAR.
ATQUE.
SACRO. XANI. NOMINIS. PROPAGANDI. CONSILIO.
ILLUM. SANGUINE. HUNC. DIGNITATE.
PROTOPURPURATUM.
ORDO. SERAPHICUS. PP. CAPULATORUM.
DEDISSE. LÆTATUR.
DIE X. NOV. AN. MDCCCLXXXIV).

Die 28 Novembris. Rmus. P. Minister Generalis cum suo Definitorio et octo alii fratres tredecim regulares provincias et sex nationes gerentes, Summum Pontificem, grates referendi caussa, occasione Cardinalatus Emi. Massaia, adierunt per Emum. Cardinalem Raphaelem Monaco La Valleta Ordinis Protectorem. Rmus. P Minister Generalis Leoni XIII humillimas nomine totius Ordinis egit gratias, quod totam Capulatorum Familiam in Emo. Massaia extollere ac maxima laetitia afficere dignatus esset. *Sanctissimus* autem inscriptionem supra memoratam commentando, Emi. Confratis nostri virtutes, labores, et merita amplissimis laudibus celebravit, omnesque adhortatus est ad imitationem tanti religiosae et apostolicae institutionis exemplaris, ac proinde ad

propriae vocationis et Seraphici Patriarchae spiritus conservationem, hisce praesertim diebus quibus, religiosi omnes esse deberent spirituales gemmae, quoniam, ajebat piissimus: Pontifex « veri religiosi sunt Catholicae Ecclesiae gemmae ». Denique, Sanctitas Sua devotissima cordis effusione Suam erga S. P. Franciscum devotionem et erga Ordinem nostrum benignitatem dulcissimis verbis expressit et Apostolicam Benedictionem toti Ordini peramanter impertitus est.



RELATIONES MISSIONUM

MESOPOTAMIA

Summarium. Schola puerorum melioribus conditionibus regulatur — Visitatio Delegati Apostolici — 140 alumni — Programma — Gubernator civilis et diversorum rituum ministri pueros examen subeuntes audiunt et Missionariorum labores laudibus extollunt — P. Ioannes Baptista in coelesti terrestrique via praeparanda, qua sacerdos, qua viarum pontiumque Curator occupatur — Scholae dominicales — Spirituales fructus.

Mardin 11 Ottobre 1884,

Non ha guari che mi sobbarcai alla direzione della nostra scuola maschile raccomandatami da' miei Superiori, e per facilitar la mia iniziativa, fortuna volle m'incontrassi in un docile ed assai capace istruttore. In quello scorsi la misericordiosa mano dell'Altissimo, che aiuto prestavami a scuoter d' un colpo l'indolenze dei giovanetti affidati alla mia direzione. Stabilite alcune delle più essenziali norme riguardanti le lezioni e gli oggetti da leggersi, cercai d'instillare ne' teneri cuori degli alunni l'amore allo studio, per cui i mezzi più propizii trovai esser i pubblici esami colla premiazione de' più distinti per costumi e per profitto. Quantunque le stabilite discipline scolastiche non ebbero nel passato quel perfetto compimento, cui si conviene, e non è a maravigliarsi, poichè ogni principio va soggetto a non poche e varie difficoltà, e di vantaggio in luoghi barbari contrarii non solo all' insegnamento, ma eziandio amanti del bello non far niente, tuttavia la confidenza in Dio. aureo compimento, e corona della cristiana speranza, è dessa la più eccelsa e più potente guida, che incoraggiami a batter con piede fermo la via, la quale conduce alla meta del fine prefissomi.

Dopo i pubblici esami tenuti pella prima volta nel Novembre dell'anno scorso, di giorno in giorno si scorgeva un certo progredire, di maniera che Monsig. Enrico Altonayer Delegato Apost.° nel suo passaggio per Mardin, visitando la scuola ne lodò la disciplina ed il progresso, e con parole veramente paterne m'incoraggiò a proseguire. Il fine che mi prefissi di ottenere mediante l' organizzazione delle scuole si è, porre una diga a quel rapido torrente, che ovunque imprime funeste le sue orme, e del suo pestilente alito infetta ogni aere, voglio dir il protestantesimo. Se i figli dell' errore non curano stenti, non paventano pericoli e in tutto s' adoperano per seminar la zizania in mezzo al buon grano, quali sforzi non dovremmo far noi per tener lontani i satelliti della bugia ed impedirne il contatto ?

Onde S. P M. R. possa più facilmente formarsi un'idea dell'organizzazione introdotta nella scuola, in poche parole le descrivo la distribuzione degli alunni e le materie che si studiano nelle classi. Gli alunni che frequentano la scuola passano il numero di 140 distribuiti in due locali. Nel primo locale trovansi due serie, alla prima s'insegnano le preghiere, l'alfabeto, compitare e sillabare, alla seconda s' insegnano il piccolo cattechismo, e leggere correntemente. Nel secondo locale gli alunni sono divisi in tre serie; alla prima si danno lezioni di catechismo, di lettura, e principii di grammatica araba, di principii di aritmetica e calligrafia alla

seconda serie, Religione, grammatica araba, lettura e principii di grammatica turca, aritmetica, geografia, calligrafia e temi; alla terza serie, Religione, lingua araba, turca e persiana con traduzioni a viceversa, matematica, geografia con cenni istorici e componimenti in iscritto.

I giorni 18, 19 e 20 Settembre p. p. diedero gli alunni i pubblici esami, ai quali intervennero il Governatore accompagnato da un alto impiegato del governo, alcuni sacerdoti dei due riti, Siro ed Armeno e i genitori degli scolari. Il successo degli esami superò ogni aspettativa, la prontezza del rispondere e l' esattezza delle risposte in tutte le materie suindicate, specialmente in Religione, in aritmetica, e geografia, fece una grande impressione nell'animo degli spettatori, di modo che tutti non fecero che espansivamente ringraziarci e particolarmente il Pascià.

L'affezione guadagnata presso i grandi impiegati turchi ebbe origine da due cause, la principale si è l'abnegazione ed i sacrificii delle nostre Suore, presi in considerazione e grandemente lodati da Samah Pascia, il quale per tre volte consecutive visitò le Suore e le scuole delle fanciulle, e come assai amante della publica istruzione ed educazione civile, le ringraziò e le incoraggiò con ottimi consigli a continuare l' opera intrapresa. La seconda si è il servizio del R. P. Giambattista da Castrogiovanni, il quale diresse i lavori della strada carrozzabile che da Mardin conduce a Diabechir e nulla curando i disagi e le grandi difficoltà riuscì non solo a contentar pienamente la pubblica opinione, e fare un'eccellente strada, ma eziandio si attirò l'ammirazione e la simpatia del governo.

Ancor di più, scorgendo che nella primavera molti giovanetti abbandonati dai loro parenti, oppure orfanelli, vagavano le Domeniche e feste pelle vie della città e pei giardini circonvincini poco o nulla curandosi di Chiesa e d' istruzione religiosa, associandosi in quella vece alla ciurmaglia, con pieno consenso de' miei compagni aprii la scuola domenicale, e per attirare questi vagabondelli, pensai tirar a sorte in ciascuna Domenica qualche oggetto come sarebbe una bella imagine un berretto, un fazzoletto ecc. In poco tempo una ventina incominciarono a frequentare la lezione di catechismo, e spero in breve prepararne alcuni pella prima comunione, che quantunque grandi di etá, mai si confessarono pel passato.

Ma, potrò forse continuare questa operetta tanto importante, e che si rende sempre più necessaria, mancandomi i mezzi materiali? Senza dubbio, coll'aiuto dell' Altissimo, perchè confido nella sua Divina Providenza, che solleciterà il suo popolo. E sembrami già di veder il centesimo dell' operaio in un coll' elemosina del nobile venire in mio soccorso.

Aggradisca, ecc.,

Fr. Marcellino da Vallarsa
Cappuccino.

MISSIO APUD GALLAS

SUMMARIUM. — Missionarii laetantur de exitu Generalis Capituli et quamvis corpore maxime absentes, corde jucundissime praesentes fiunt — Continuae civiles perturbationes in regione Vicariatus; timores, angustiae, sollicitudines — Apostolica peregrinatio ut Episcopus et Missionarii jus civitatis (?) a barbaris afris obtineant, medicinae et scientiae industria juvante — Novae futurae stationes in colonia *Obok* dicta, apud *Arrusis, Schangallas, Wach:* difficultates non paucae.

Harar, 1 septembre, 1884.

.... Nous avons reçu par le courrier du 15 août la circulaire du Rme. P. Général où nous avons pu lire que ses vues porteraient sur un plus large développement des hautes études. Cela m'a causé un grand plaisir...

La retraite de l'armée égyptienne résidant a Harar est chose officielle: c'est

le Pacha qui l'a annoncé a Mgr. le Vicaire Apostolique. — Le Gouvernement égyptien quittant le pays, la guerre civile commence 1° contre les Somalis; 2° contre la ville d'Harar; 3° entre les tribus Galla.

Contre les Somalis, comme ayant envahi le pays. La ville d'Harar, aura dans ses murs assez de causes de haine pour amener une dévastation ruineuse, sans compter celle qui viendra de la part de toutes les tribus Galla, oubliant pour un instant leur haine personelle pour se porter contre les favoris du gouvernement, qui se trouveront en grande partie dans la ville d' Harar. Dans cette coalition de toutes les passions sauvages, il ne nous sera guère possible de rester dans Harar. Aussi tous nos bagages sont déjà sur le chemin du Zeilah, sauf des choses de nulle valeur ou d'un transport couteux.....

Mais, pour si précaire que soit notre position dans ce pays en révolution, Mgr. a résolu de tout tenter pour garder le terrain conquis. Les Turcs partant, nous allons conquérir notre liberté d'action, mais une liberté périlleuse. Dans ce but, nous venons de faire ensemble avec Mgr. le Vicaire Apostolique, un voyage dans la tribu des *Nolé*, famille des *Oromi*, afin de nous faire accepter comme de la tribu, et avoir un peu de sécurité personnelle. Mgr. était en rapport, depuis quelque temps, avec le *chef des Oromi*, homme fort respectable. C'est un grec négociant d' Harar, qui nous a procuré cette heureuse rencontre.

Nous nous sommes presentés comme *Frangi:* ils ne comprennent rien au sacerdoce ni à la religion, et quoiqu'ils sachent que nous sommes pour instruire les peuples, ils ignorent dans quel sens. Nous devons nous faire accepter; voilà notre but. Que ce soit parce que nous sommes *Frangi*, ou simplement médecins, comme le Pére Pierre chez les *Annians*, peu importe. Après, la grâce de Dieu opérant, notre vie reguliére finira par attirer leur confiance; c'est la clef de notre saint ministère.

Toutes ces races sont fort méfiantes, car, comme ces hommes n'agissent que dans leur intérêt, ils se demandent ce qui nous attire chez eux: de là une espèce de soupçon, et ce n'est que lorsque ce préjugé sera tombé que nous pourons agir.

4. Septembre. — Pendant que je vous écris, les nouvelles courent le pays. Le P. Césaire, écrit de Zeilah, que trois bateaux anglais sont arrivés á la rade: le 1.er, le mercredi 25 août; le lendemain le 2.e, ayant à son bord le *Major Hunter*, gouverneur supposé de Harar, et le 3e s' étant ensablé, n' est arrivé que le 27.

... Le Père Ferdinand est destiné a fonder la Station de la colonie française de Obok. Si le bon Dieu nous bénit, l'année prochaine, nous aurons besoin de 4 ou 5 missionnaires.

7. Septembre. — Rien à l'horizon: les *effendis* egyptiens s'empressent de vendre leur mobilier pour acheter des ânes, tout le monde se prépare au départ, mais pas de nouvelles officielles.

... Le P. André est parti hier pour la tribu de Annian, avec le Père Pierre. Bubbasa ou se trouvaient ces deux Pères, n'était qu'une station provisoire: de là, l'intention des missionaires est de pousser une pointe vers la tribu des *Arrusis* à moitié payenne, puis chez les *Shangallas*.

De notre coté, nous allons tâcher de rejoindre la Wach; et ainsi toute notre mission se trouverait en communication de tous les religieux entr'eux. Tout cela est beau sur le papier, mais la réalisation en est lente et difficile. J'ai pu m'en apercevoir dans les divers voyages que j'ai faits. Mais le bon Dieu est là.

Priez pour moi qui ne vous oublie pas dans mes pauvres prières.

Tout à vous en notre bonne Mère

F. Léon de S.te Marie
Cap. Miss. Apost.

ARCHICONFRATERNITAS B. M. V.

In nostra Ecclesia Immaculatae Conceptionis de Urbe festa Iesu Nazaraeni et B.Mariæ V.sub dulcissimo titulo Sanctissimæ Spei (quorum imagines magna veneratione habentur a fidelibus romanis) solemni pompa celebrata sunt, mense Novembris, adstantibus variis Praelatis et Ecclesiae Principibus. Serotinam sacram functionem successive perfecerunt Emi. Cardinales Monaco la Valletta, Bianchi, Angelus Iacobini, Howard, et Ludovicus Iacobini. *Archiconfraternitas B. M. V. Smae Spei* habet Rmum. P. Ministrum Generalem Moderatorem et Caput (per ejus Delegatum gubernatur) et in variis Catholici Orbis regionibus mirifice propagata est.

BIBLIOGRAPHIA

Opuscula occasione Constitutionis « Misericors Deus » a fratribus nostris edita. *Opportunissima et prudentissima Regulae Tertii Ordinis Reformatio ab inclyto Tertiario et Supremo Pastore Leone XIII peracta, sodales tertiarios ubique terrarum multiplicavit, et sublatis obligationibus praxi difficilioribus, sublatae sunt generalissimae antiquae dispensationes personales, et firmata ac roborata est Tertii Ordinis disciplina. Ad fideles ergo ad mentem Pontificis Maximi in Tertio Ordine instituendos et dirigendos, nonulla prodierunt opuscula vario idiomate a fratribus nostris composita, ex quibus:*

Anonymus Capuc. Ordnung des Gottesdienstes bei den Versammlungen des III. h. Ordens unseres seraphischen Vaters Franziskus in der Kapuziner-Kirche zu Gmunden. Nach der Entscheidung der Riten - Congregation vom 18. Juni 1883, mit Genehmigung der Obern. Verlag des III. h.Ordens in Gmunden. Budapest, 1884. Druck von Martin Bagò & Sohn, II. Bezirk ponty-uteza 4. Sedez-Format, 56 Seiten.

José Calasanz (P.) de Llevaneras, Capuchino. Ramillete espiritual de los devotos imitadores de N. P. S. Francisco dedicado á Nuestra Senora de los Dolores. Manual completo de piedad por el P. José Calasanz de Llevaneras, Capuchino. — Segunda edicion aumentada por el autor con la guía práctica de los H. H. de la Ven. Orden Tercera. — Con las debidas licencias. — Madrid. En la Tip. de los sucesores de Rivadeneyra Impresores de la Real Casa. Paseo de San Vicente, 20. - 1884 - pag. 640 - Haberi potest; Barcellone « Rivista Popular » calle del Pino — Pretium: libel. 3 extra Hispan.

Fulgentius (P.) Hinterlechner von Gossensass. Seraphischer Weltorden in seinen Verpflichtungen und Segnungen. Auszug aus dem approbirten Seraphishen Handbuche für die Mitglieder des III. Ordens des hl. Vaters Franziskus von Assisi. Für Priester und Volk in Stadt und Land bearbeitet von P. Fulgentius Hinterlechner, Ord. Cap. der nordtirol. Provinz, d. Z. Direktor des III. Ordens in Radstadt, Herzogthum Salzburg. Vierte Auflage. Anempfohlen von vielen P. T. Bischöflichen Ordinariaten. Salzburg, 1884. Verlag von M. Mittermüller, Buchhandlung und Antiquariat für kathol. Literatur in Salzburg. Sedez-Format. 32 Seiten. Gebunden 10 kr. - 20Pf., geheftet 6 kr.- 12 Pf.

Hilaire (P.) de Paris. — Petit manuel du Tiers-Ordre séculier de Saint François d'Assise, ou explication abrégée de la nouvelle Règle etablie par la constitution *Misericors Dei Filius*. - Paris, librairie Poussielgue Frères, rue Cassette, 15, 1883. Droits de traduction et de reproduction réservés.

Venanzio (P.) de Lago Santo. — Lo spirito del Terz'ordine di S. Franceso d'Assisi ossia dodici famigliari conferenze

sul medesimo, scritto dal *P. Venanzio da Lagosanto* Lettore Cappuccino. Seconda edizione riveduta e migliorata. Bologna, Tipografia Pontificia Mareggiani 1884. Cent. 50. Rivolgersi alla Redazione degli *Annali Francescani*, fuori di Porta Venezia, Milano.

Pesci (Mons.) Francesco. — The Third Order of St. Francis of Assisium bi The Right Rev. F. Pesci, O. C. Bishop, Vicar Apostolic of Patna, Juste et pie vivamus. Allaltabad 1883. — Calcutta. Printed at Catholic Orfan Press.



NECROLOGIA

Fabianus (Rmus. P.) a Scandiano, Provinciæ Longobardæ alumnus, honesto genere natus die 22 Julii 1810: adhuc adolescens Ordini Capuccinorum nomen dedit. Studiorum cursu absoluto, et ed Sacerdotium nuper evectus, infectis lue teterrima 1837 Placentiæ grassante spiritu curandis in Xæmocomiis se totum mancipavit. Lauream in Philosophia et Theologia per experimentum adeptus, alumnos in sua Provincia sibi commissos scientia et virtutibus, verbo et exemplo jugiter imbuebat; et vix trigesimum quartum aetatis annum agens Definitor Provincialis fuit electus.

Ad Brasilia m'ssus, per tredicim annos praefuit illis Capuccinorum missionibus quae opera ipsius valde floruerunt. Flumine Junuarii apud Benedictinos Theologiam Dogmaticam et Canonicam docuit, regularem disciplinam in nonnullis monialium monasteriis fere collapsam de mandato Episcopi instauravit. Febri vulgo *gialla* laborantibus sublevandis primus et indefessus se addicebat, in audiendis confessionibus assiduus, sapienter conscientia moderabatur. Omnibus pro Christo omnia factus omnibus evasit charissimus.

Romam revocatus ad universas Capuccinorum missiones gubernandas quo studio, quo prudentia et charitate, quo profectu grave decenne munus obierit, ex hoc est compertum, quod omnes Superiores et subditi eum amore et veneratione prosequebantur. Consultor Congregationum S. R. U. Inquisitionis et Christiani Nominis Propagandi, utrique sedulam operam et non commune adjumentum contulit: sociisque suisque scientia humilitate fuit acceptissimus.

Nunquam domo exiit nisi ad sua munera implenda: domi vero parvo cibo et somno contentus, maxime orat'oni et studio vacabat; in conversationibus suavitate morum vere lectissima animos omnium recreabat. Tandem laboribus magis quam senectute confectus die 17 Octobris 1884 hora sexta post meridiem Sacramentis et Benedictione Summi Pontificis confortatus animam placidissime efflavit in Nostro Missionum Collegio S. Fideli sacro.

Theodosius (Adm. R. P.) a Fives (in saeculo, Franciscus Hennion), Provinciae Belgicae Definitor et Custos Generalis, natus die 16 Iunii 1844, religionem ingressus die 7 Septembris 1867, S. Regulam professus die 25 Dec. 1869, Sacerdos consecratus die 28 Dec. 1871, obiit in conventu Montensi (Mons) die 20 Octobris. P. Theodorus in novissimo Generali Capitulo vocalis, omnibus regularibus et sacerdotalibus virtutibus floruit et ejus memoria in benedictione et ejus mors in aedificatione. Sacramentis Ecclesiae munitus, sereno vultu et tranquilla mente adventum Domini expectavit, et dum jam-jam supremum diem ageret, elevatis in coelum manibus, humiliter et laetanter ajebat: « *nihil mihi amplius est in terra ..... cursus mei finem praesentio ...... ad patriam redeo et memor vestri ero ......*

Nihil obstat.
Fr. BERNARDUS ab ANDERMATT Min. Gen. Capucc.

Sacerdos Ioannes Savini, Director responsabilis

ANALECTA ORDINIS MINORUM CAPUCCINORUM

ACTA ROMANO FRANCISCALIA

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
LEONIS
DIVINA PROVIDENTIA
PAPA XIII
LITTERE APOSTOLICAE
DE SEDE ARCHIEPISCOPALI CARTHAGINIENSI
RESTITVENDA
LEO EPISCOPVS
SERVVS SERVORVM DEI
AD PERPETVAM REI MEMORIAM

Materna Ecclesiae caritas, quamquam est in omne hominum genus aequabiliter diffusa et de gentibus singulis mirabiliter sollicita, solet tamen praecipuo quodam misericordiae sensu ad illas respicere, quas ab Evangelii complexu aut vis aut error abstraxerit. Nihil enim tam grave est, quam renascente superstitionis caligine obcaecari eos, quibus praeclarissimo Dei munere et dono lumen aliquando veritatis affulserat; nihilque tam miserum, quam semel in salutem vindicatos, in interitum relabi. — Atqui arcano Dei consilio istius modi calamitas sicut alias terras non paucas, ita Africam Romanam perculit, cum sapientiam christianam mature Afris cognitam et receptam maximarum tempestatum fluctus violenter extinxerint. In quo praeter modum luctuosa fortuna Carthaginis: hanc quippe christianis non minus quam bellicis civilibusque praestantem laudibus calamitosae vicissitudines suis ipsam ruinis oppressam funditus deleverunt. Harum cogitatio rerum facit ut Nos, officii Nostri apostolici memores, ad maritimas Africae oras, quae prope sunt in conspectu positae, non sine paterna pietate hoc tempore intueamur. Quoniamque videmus catholicum nomen satis iam in illo tractu reviviscere, volumus ut bona illa seges, quae uberes pollicetur fructus, cultura et curatione Nostra altiores quotidie radices agat, beneque Deo adiuvante adolescat. Quamobrem cum ad rei sacrae stabilitatem atque ordinem omnino plurimum referat, singulis christianorum societatibus suos sibique proprios praeesse Episcopos, arbitrati sumus, spectato Ecclesiae Africanae statu, Sedem Archiepiscopalem Carthaginiensem restitui, sublata administratione Apostolica, oportere.

Qua in re libet quidem aliquid cogitatione repetere de pristino eius Ecclesiae splendore, atque a praeteritarum rerum memoria auspicium capere futurarum. Sane Ecclesiam Africanam e Romana prognatam esse constat, cum ab ultima antiquitate traditum sit, si minus beatum Petrum, certe proximos eius successores Evangelium Afris attulisse. Apud quos christianum nomen apparet celeriter adultum; altero enim nondum exacto saeculo, descriptis finibus impositisque rite Episcopis, plurimae per Africam Ecclesiae constitutae sunt. Easque disciplina floruisse vel ex eo coniici licet, quod ante exitum saeculi secundi Ecclesia catholica Pontificem ex Africa accepit, scilicet sanctum Victorem, qui, christiana republica naviter gesta, decennio post martyr occubuit. — Brevi autem intervallo non mediocris extitit copia sapientium hominum atque magnorum; Cyprianum intelligimus, Tertullianum, Aurelium, Evodium, Possidium, et qui non Africam

modo sed universam christianam rempublicam unus maxime illustravit, Augustinum.

Ab ipsis vero Ecclesiae Africanae pri mordiis praestitisse Carthaginem nemo dubitat. Huius enim civitatis Episcopis ius est mature quaesitum ut coeteros potestate anteirent, ipsaque Cartaginiensis Ecclesia, ut est apud Augustinum (1), caput Africae appellaretur. Revera tanta erat Cartaginiensum Pontificum per Africam auctoritas, ut de caussis Ecclesiarum cognoscere consueverint; item responsa Episcopis dare, legatos ad Principem mittere, concilia omnium provinciarum indicere. Qua de re perhonorificeum et gravissimum est sancti Leonis IX decessoris Nostri testimonium, qui de iure Archiepiscopatus Carthaginiensis sententiam rogatus, ad Thomam Episcopum sic rescripsit: « sine dubio post « Romanum Pontificem primus Archie« piscopus et totius Africae maximus « metropolitanus est Cartaginiensis Epi« scopus; nec pro aliquo episcopo in « tota Africa perdere potest privilegium « semel susceptum a sancta romana et « apostolica Sede, sed obtinebit illud usque « in finem saeculi et donec invocabitur « in ea nomen Domini Nostri Iesu Chri« sti; sive deserta iaceat Carthago, sive « resurgat gloriosa aliquando. Hoc ex « concilio b. martyris Cypriani: hoc ex « Synodis Aurelii: hoc ex omnibus Afri« canis sonciliis: hoc, quod maius est, « ex venerabilium Praedecessorum No« trorom romanorum Praesulum decre« tis aperte monstratur. »

Verum non dignitate solum, sec etiam christianarum virtutum ac nominatim fortitudinis exemplis visa est Carthago antecellere. Etenim si Urbs Roma excipiatur, vix alia reperietur civitas quae tot martyres ac tam praeclaros Ecclesiae caeloque genuerit. Praedicatione et cultu serae notoritatis florent prae ceteris Perpetua et Felicitas, par feminarum nobilissimum, quarum tanto miliabilior victoria, quanto diutius cum quaesitissimis cruciatibus infirmitas sexus dimicvit. Nec minus inclyta magni Cypriani palma. Nam sanctitate et rebus gestis Charthaginem stilo et litteris christianum nomen cum multos annos nobilitasset, ad extremum in media Ecclesia sua, spectantibus iis quos ipse ad martyrium instituerat, praeclarissima confessione defunctus vitam cum sanguine pro Christo libens profudit.

Atque illud quoque memoriam Carthaginiensis Ecclesiae non parum commendat, Africanos Episcopos ad eam vocatu Archiepiscopi convenire solitos, de communibus religionis negotiis una deliberaturos. Ac plura quidem diversis temporibus condidere sapienter decreta, ex quibus non pauca supersunt, et quorum vel ad comprimendas haereses, vel ad morum disciplinam in Clero populoque sancte retinendam, plurimum valuit auctoritas. Fama memor celebrat in primis Concilium Carthaginiense tertium ab Aurelio episcopo viro fortissimo habitum, quo sanctitatis igeniique sui lumen Augustinus attulit. — Huiusmodi vero tam salutares fructus, Episcopis Charthaginiensibus nitendo laborando perceptos, coniunctioni potissimum cum hac Apostolica Sede acceptos referri oportet. Cum enim esse intelligerent divino iure constitutum ut Ecclesia Romana cunctatur Ecclesiarum princeps sit et magistra, et tamquam ex radice ad ramos, sic ex ea ad Ecclesias singulas omne principium vitae et viriditatis manare, nihil antiquius habere consueverunt, quam ut permanerent cum successoribus beati Petri perpetuo atque intimo nexu devincti. Quod quidem varia litterarum monumenta, acta Conciliorum, legationes de gravioribus

(1) Epistola XXXXIII, num 17.

negotiis ad Pontificem romanum non raro missae, nominatimque Optati et Cypriani epistolae gravi auctoritatis pondere testantur. Atque illud est memoratu dignum quod eiusmodi in apostolicam Sedem obsequium non diuturnitate temporis est, neque formidolosis illis rerum conversionibus debilitatum. Ex quo geminum Africa beneficium tulit alterum ut in maximis suis calamitatibus perfugium quoddam et solatium in Apostolica Sede semper invenerit: alterum, ut romanorum Pontificum magisterio praesidioque freta perniciosissimas haereses partim repulerit, partim extinxerit.

Sed spatium temporis haud valde longinquum gloriose emensa, consenescere Ecclesia Africana coepit et ad occasum deflectere, ita tamen ut multo fuisset victura diutus, nisi vitam illata vis peremisset. Non enim senio ipsa suo confecta interiit, sed barbarorum armis oppressa succubuit. Revera exploratum est quantum Afris malorum attulerint Vandali: quorum effrenati exercitus ubicumque vestigium posuissent, ad direptones, urbium caedemque civium Arianae venena pestis adiungebantur: ac tantus erat ubique terror, ut catholici *nullatenus respirarent neque usquam orandi aut immolandi concederetur gementibus locus* (1). Saeculo autem septimo Saraceni hostes christiani nominis, cum easdem provincias, more procellae, inundavissent, acerbissimae servitutis iugo indigenis imposito, Carthaginem ipsam tot jiam fessam aerumnis ignr ferroque exciderunt planeque perniciem et vastitatem Ecclesiae intulerunt. Quibus temporibus, saeviente passim adversus fidem catholicam furore hostium, rursus martyrum seges, et magnus Confessorum numerus, et fortium Episcoporum et sacerdotum egregii manipuli extitere, ut prorsus sicut cum laude Africana Ecclesia adoleverat, ita cum dignitate occubuisse videatur. — Tantis autem in tenebris, quae consecutae sunt, Carthaginienses Episcopi duo apparent, vix plus quam nomine cogniti: Thomas de quo supra est facta mentio, et Cyriacus. Nam qui saeculo decimo quinto posteaque occurrunt, plerique omnes ornamentarii fuerunt.

Quinto a Saracenorum dominatione saeculo, cum germanae Ecclesiae vix pauca ac prope evanescentia vestigia in Africa superessent, inventus est in Italia, qui salutem Africani generis ingenti animo complexus, de Religione catholica illic restituenda cogitaret. Is fuit, quod nemo ignorat, Franciscus Assisiensis: qui Tunetum, ad oppidum Proconsularis Africae princeps Carthaginique proximum Aegidium et Electum alumnos suos submisit, iussitque in iis hominibus ad instituta catholica revocandis, quantum possent, elaborare. Anceps et salebrosum inceptum si quod aliud: in quo multum uterque desudavit caritate et fortitudine summa: alter vero sanctissimi propositi laudem nobili martyrio cumulavit. — Mox Gregorius IX decessor Noster alios ex illo ipso instituto viros eodem in culturam animorum legavit: illorum tamen laboribus barbarica vexatione interceptis, necessario factum est, ut terra Africa apostolicos viros ad saeculum usque decimum septimum nullos habuerit. Tunc demum, auctoritate sacri Consilii christiano nomini propagando, Praefectura apostolica instituta est, quae Algeriensem, Tripotanam, ac Tunetanam provincias una complecteretur; eamque sodales Franciscales Capulati genere iussi. — Deinde Praefectum Apostolicum seorsim creari placuit, cuius potestati quidquid post Tunetani subesset: idemque religiosi sodales ad id munus electi. Qui laboriosum opus, animose susceptum, animo aeque excelo expleverunt, ut omnino dederint, quid

(1) Victor vitensis, Pars. Vand. Lib, I, c. 7.

caritas possit, passim documenta maxima. Nam in tam agresti Saracenorum immanitate incredibiles molestias pertulerunt: plurimique numerantur; qui caeli inclementia absumpti, qui ferro barbarorum sublati, qui vigiliis perpetuisque fracti laboribus martyrii honores delibarint. Sed eorum constantia Religionis incremento mire profuit: nec exiguae illae utilitates putandae, quas recentiore memoria Afris pepererunt, nimirum paroeciae aliquot conditae, scholae in eruditionem puerorum apertae, et quaedam in solatium calamitosorum pie instituta.

Ineunte hoc saeculo, cum militares gallorum copiae in Africam adnavigassent, inque maritimis oris victrices consedissent constituta ibidem provincia est, cuius imperium apud eos esse coepit. Haud multo serius, dato Algeriensibus Episcopo, amplissimae illae regiones, quae a Saracenis diuturno dominatu tenebantur, veteris dignitatis aliquid recepisse visae sunt. — Deinde Dioecesibus Constantinae et Orani institutis, pluribus locis in quibus, olim Ecclesia sospes et florens insiderat, sanctissimi ritus catholici longo intervallo sunt restituti. Ipsa Tunetana regio, cum christianorum crevisset numerus, mutata in Vicariatum apostolicum Praefectura, Episcopum a Romana Sede accepit. Atque ex eo tempore provisa sunt ad christianam morum disciplinam salubria amplificatae paroeciae; auctae scholae; sodalitates pietatis caussa plures coalitae.

Haec satis prospera initia spem plurimis fecerant fore ut, deductis coloniis in eum tractum in quo sita Carthago fuit, revocari aliquando ab interitu posset Africanarum princeps urbium, et secundum instituta maiorum novum a Pontifice Romano Episcopum accipere. Cui quidem spei partim respondisse exitum laetamur; coetera responsurum, Deo aiutore, non diffidimus. Nam Vicariatus Tunetani administrationem adeptus archiepiscopus Algeriensis S. R. E. Cardinalis Carolus Martialis Lavigerie, ad propagationem fidei stabilemque rei sacrae constitutionem vir sapiens atque impiger animum appulit. Multas res perfecit utiliter spatio perbrevi; nec pauca suscepit ad excitandam e cineribus suis Carthaginem opportuna. Et sane in regione *Megara* proxime a situ, quem Cyprianus cruore suo dedicavit, nec longe admodum a loco sepulturae eius, in ipsis ruinis Carthaginiensibus aedes episcopales cum aedicula extruxit: ibique accolae et finitimi, praesertim egentes et calamitosi, miseriarum solatium quotidie reperiunt. Presbyteros in ipsa domo episcopali, itemque Tuneti, aliisque Vicariatus frequentioribus locis ad officia sacerdotalis munera obeunda constituit: quibus ipsis officiis sodales Franciscales Capulati dare operam strenue perseverant. In regione quae *Byrsa* audit, Seminarium Carthaginiense condidit: cuius alumni in novae Dioecesis spem succrescentes ad theologiam, ad philosophiam, ad humaniores litteras idoneorum doctorum curis magisterioque erudiuntur. Ad paroecias pristinas novas adiunxit non paucas: unamque ex iis in sacello constituit, quod a sancto Ludovico nuncupatur, eo ipso in loco unde rex pientissimus ab hac brevitate vitae ad sempiterna in caelis bona evocabatur. Praeterea hospitalem domum senectute et egestate coniuncto incommodo laborantibus; valetudinarium aegrae plebi curandae: aedificia adolescentibus utriusque sexus educandis aperuit. Quibus illecti commodis et beneficiis satis multi iam incolere ea loca coeperunt in spem auspiciumque revicturae civitatis. Denique perfecit, ut ad tuitionem Archiepiscopi rerumque coeptarum absolutionem necessarii sumptus perpetuo suppeterent.

Igitur cum haec, quae commemorata

sunt diligenti consideratione momentoque singula suo ponderaverimus, perrogata etiam sententia sacri Consilii christiano nomini propagando; quod universae christrianae reipublicae faustum sit, maximeque Afrorum saluti hac dignitati bene vertat, Sedem Archiepiscopalem Carthaginiensem harum litterarum auctoritate restituimus. Proptereaque eos fines agri Tunetani, in quibus olim Carthago erat, quique hoc tempore quinque pagos complectuntur, nempe *La Marsa, Sidi Bou Saiid, Douar es Chott, la Malga, Sidi Daoue* cum suis templis, oratoriis, piis etiam institutis cumque universis utriusque sexus catholicis incolis, exire de potestate Vicarii Apostolici Tunetani, et Archiepiscopo Carthaginiensi in posterum subesse et parere iubemus.

E templis, quae sunt intra fines civitatis Metropolitanum esto, quod is, qui haec decreta Nostra perfecturus est, maluerit, titulo tamen non mutato.

Archiepiscopus Carthaginiensis Vicarium sibi generalem unum pluresve, si res postulaverit, adsciscat: insuper consiliarios adiutoresque ad expedienda Archidioeceseos negotia ex ordine Cleri legat. — Idem controversias de matrimoniis, caussasque caeteras, de quibus Archiepiscopum cognoscere ius est, cognoscat et dirimat. Caetera omnia, quae ad pastorales officii munus pertinent, libere gerat. — Synodos Dioecesanas constitutis lege temporibus habendas curet. Collegium Canonicorum Metropalitanorum, secundum praescripta legum ecclesiasticarum, ubi primum fieri poterit, instituat. Unus ex Canonicis primus esto in Collegio, Archidiaconi dignitate auctus; duoque canonice eligantur, quorum alter Theologi, alter Poenitentiarii officium gerat. Seminarium Carthaginiense educandis sacrorum alumnis perpetuo addictum sit. Per interregnum administratio Archidioeceseos geratur secundum praescripta Litterarum Apostolicarum Benedicti XIV *Ex sublimi* et *Quam ex sublimi.*

De Ecclesiis Suffraganeis, de finibus describendis, itemque reliquis de rebus, quae ad perfectam Archidioeceseos constitutionem pertineant, integrum Nobis esse volumus id quod expedire videbitur opportune decernere. — Demum Venerabili Fratri Nostro Carolo Martiali S. R. E. Cardinali Lavigerie Archiepiscopo Algeriensi, Administratori Tunetano, mandamus ut ea omnia, quae his continentur Litteris Nostris, exequatur: idque vel per se, vel per interpositam personam in ecclesiastica dignitate constitutam.

Volumus autem omnia et singula, quae per has Literas decrevimus, firma, stabilia, rata, uti sint, ita in omne tempus permanere: neque in iis quidquam officere ullo modo posse ne Nostras quidem et Cancelleriae Nostrae regulas, quibus omnibus, horum decretorum gratia, derogamus. Nulli ergo hominum liceat has Litteras Nostras infringere, vel eis ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae Millesimo octingentesimo octogesimo quarto, Quarto Idus Novembris Pontificatus Nostri anno septimo.

C. CARD. SACCONI PRO DATARIUS
F. CARD. CHISIUS
VISA
DE CURIA I. DE AQUILA E VICECOMITIBUS
Loco ✠ Plumbi
Reg. in Secret. Brevium
I. CUGNONIUS.

Monitum S. R. C.
quoad nonnullas, lectiones historicas reformatas

A Sacra Rituum Congregatione prodierunt in lucem nonnullae Breviarii Romani et Proprii Sanctorum Summorum Pontificum Lectiones historicae ex integro, vel ex parte reformatae. Ne ulli aequivocationi hac in re pateat aditus, opportunum censetur declarare, huiusmodi modificationes ab eadem Sacra Congregatione adprobatas atque editas fuisse ad hoc tantummodo, ut in novis Breviarii et Proprii praedicti editionibus rite perficiendis inseri debeant; minime vero ut ad eas assumendas ii obligentur, qui Horas Canonicas recitant iuxta editiones iam existentes.

Ex Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis die 14 Decembris 1883.

Laurentius Salvati S. R. C. *Secretarius.*

ACTA ORDINIS

FR. BERNARDUS AB ANDERMATT
FRATRUM MINORUM CAPUCCINORUM
MINISTER GENERALIS.

Reverendi Patres et Fratres dilectissimi.

Celeberrimam Lauretanam domum in qua *Verbum caro factum est*, maximo semper honore et tenerrima devotione omnes Seraphici Patris Nostri Sancti Francisci filii prosecuti sunt. Ipse enim Sanctissimus Institutor Noster Italiae, tanto ditandae thesauro, praenuntiavit splendidam gloriam, locum qui Lauretum appellatur mirabili modo extollendo ac quasi praeveneranda, utpote brevi eligendum in domus Domini refugium.

Angelorum ministerio translata, et in Picena regione divinitus collocata, Nazaraena Jesu Christi Domini Nostri Habitatio primos, praecipuos et devotissimos servos, cultores et visitatores habuit fratres Minores. Et revera, valde consonum ac conveniens erat, ut Palatium illud Paupertatis ditissimae terrestris Trinitatis Jesu, Mariae, Joseph, per voluntarios pauperes, ab ipso translationis initio, specialissimo cultu veneraretur et amplissimis extolleretur laudibus.

Quamobrem, temporis decursu, Alma Domus Lauretana Fratribus Minoribus quoad plura commendata, effecta est veluti quoddam centrum marianae devotionis totius Minoriticae Familiae, in quo Minores Conventuales, Minores Capuccini et Minores Observantes propios habent Fratres, qui nomine totius Ordinis Coelestis Patronae obsequiis quodammodo mancipentur.

Hinc, quamvis seraphica nostra Capulatorum familia, quippe quae in suis exordiis recentior, paucis ditetur sanctuariis devota populorum frequentia praeclaris, valde tamen gloriari potest et maxime nobilitatur, ex eo quod ab incoepta reformatione, de Romanorum Pontificum voluntate et benignitate, nec non de devotissimi Cardinalis Antonii Barberini munificentia, Sanctissimae Almae Domus Lauretanae materiale ac velut intimum famulitium et ministerium ita adepta sit, ut Capuccini lauretani, vere effecti sint Reginae Coelorum camerarii et sacrosancti Palatii Matris Dei et Nostrae Cubicularii laetantes ac fidelissimi.

Novissimis autem diebus, materiali Ordinis Officio in Lauretana Domo, spirituale ministerium, ex speciali Dei misericordia et B. M. V. bonitate superadditum est. Illmus. siquidem et Rmus. DD. Thomas Gallucci, Amplissimus Episcopus Lauretanus et Recinetensis, *Universali Almae Domus Lauretanae Sodalitio*, in Lauretana Basilica canonice erecto, instituto, ac ope Capuccinorum praecipue longe lateque propagato, ad majorem Sodalitii stabilitatem et spiritualem profectum, motus aliunde singulari erga Ordinem Nostrum benevolentia ac de-

votione, iteratis instantiis postulavit, ut praelaudatum sodalitium susciperetur sub Ordinis Nostri protectione, directione, spirituali unione et communicatione, eo fine, ut *per zelum, praedicationem et devotionem Minorum Capuccinorum,* **Sodalitium Lauretanum** *in dies crescat ac propagetur.*

Ut ergo tanti Praelati piissimum desiderium opere compleretur, ad Episcopi Lauretani Sodalitii Fundatoris et Superioris Ejusdemque Successorum jura tuenda et integra servanda, nec non ad Capuccinorum Sodalitii Directorum vices regulandas et rite ordinandas, de utriusque partis maturo, liberrimo et amico consensu, sequentia stabilita, ac pacta sunt:

CONGREGATIO ALMAE DOMUS LAURETANAE

AB ILLMO. AC RMO.

D. THOMA GALLUCCI Episcopo Recinetensi et Lauretano

DECRETO DIEI 27 MAJI 1883 ERECTA

ET A RMO.

P. BERNARDO ab ANDERMATT

Totius Ord. Fr. MM. Capuccinorum Ministro Generalis

SUB SUA SPIRITUALI DIRECTIONE RECEPTA

SEQUENTIBUS CONDITIONIBUS

1. Superioritas et canonicitatis centrum Congregationis Almae Domus Lauretanae erit semper penes Episcopum Recinet. et Lauret. Ejusque Successores.

2. Attamen Minister Generalis Ord. Min. Capuccinorum dictam Congregationem sub Ordinis protectione admittit, eiusdemque spiritualem assumit directionem.

3. Insuper idem Minister Generalis omnes, qui huic Congregationi nomen dederunt vel daturi sunt, participes reddit in perpetuum omnium bonorum operum et suffragiorum, quae ex Dei misericordia in Capuccinorum Ordine peraguntur.

4. Praefata Congregatio Directorem Generalem semper habebit a Ministro Generali ex cujuscumque Provinciae sui Ordinis sacerdotibus eligendum, certiore prius facto de hac electione Ministro Provinciali Picenae Provinciae Confirmatio vero necnon canonica institutio ejusdem Directoris Episcopo Recinet. et Lauretan. relinquitur.

5. Director Generalis electus in Coenobio nostro Lauretano residentiam habebit sub omnimoda ejusdem Coenobii Superioris obedientia et dependentia, missas juxta Provinciae usum et consuetudinem applicabit; vita communi sicut et caeteri confratres vivet, absque ulla praecedentia vel privilegio, exceptis iis omnibus quibus religiosa familia Lauretana fruitur et gaudet. Nullum jus ad Secretarium vel Socium habebit; nihilominus si progressu temporis aliquem nostri Ordinis socium ei concedere necessarium aestimabitur, haec necessitas Ministro Generali et Provinciali Picenae Provinciae discutienda et dignoscenda relinquitur, qui simul providebunt, prout magis in Domino expedire judicaverint. Socius autem, si aliquando electus fuerit, omnia, quae de Directore dicta sunt, ad unguem abservabit.

6. Praeterea dictus Director Patris Provincialis Picenae Provinciae tamquam Rmi. P. Generalis Delegati, visitationi se subjiciet, qui ab ipso de spirituali Congregationis directione rationem exigere poterit et debebit, ac postea eidem Ministro Generali omnia fideliter scripto referat, quin tamen de ejusdem Congregationis gubernatione aut directione materiali curet.

7. Idem Director, prout Ministri Generalis subditus, ab eodem ex justa et rationabili causa quocumque tempore a suo munere removeri poterit, certiore tamen prius facto de hac remotione Episcopo Recinet. et Lauretano.

8. Ad Episcopum Recineten. et Lauretanum spectabit de rebus P. Directori Generali ad officium suum rite obeundum necessariis providere. Adveniente forsan civili perturbatione, vel gubernii seu municipii reclamatione de P. Directoris in

Coenobio residentia, aut etiam familiae religiosae suppressione, laudatus Episcopus de ejusdem Directoris ejusque socii, si adsit, honesta sustentatione et habitatione, ex ipsius Congregationis generalis reditibus seu oblationibus sollicitam curam habebit.

9. Facultas illimitata adscribendi fideles ad Congregationem Almae Domus Lauretanae nec non constituendi promotores sive ecclesiasticos sive laicos solis Episcopo Recineten: et Lauretano, Ministro Generali Ord: Capuccinorum et P. Directori reservata in perpetuum maneat. Nihilominus eiusdem Ordinis Superioribus, Provincialibus et etiam localibus, intra limites respectivae jurisdictionis, nec non Concionatoribus in locis, ubi ex obedientia praedicant, et durante tempore praedicationis tantum, eadem facultas extenditur. Volumus tamen, ut promotorum Patentes a supradictis concessae non tantum a concedente, verum etiam a Directore generali firmentur.

10. Minister Generalis Capuccinorum, annuente Episcopo Recinetensi et Lauretano, declarat, Ordinem nullam civilem seu juridicam obligationem circa eleemosinas pecuniarias, a fidelibus in die inscriptionis vel ab aliis piis personis oblatas, assumere posse et debere. Hinc Patres Capuccini hujus pii operis propagationi, ut supra, delegati curam habebunt, ut omnis pecunia ad Congregationem quocumque titulo spectans sive per ipsos dantes, sive per alios fideliter tradatur eidem Episcopo Recinet: et Lauretano, qui verus et unicus Congregationis eleemosinarum legitimus depositarius et dispensator, pro ejusdem Congregationis bono, habendus est.

11. Proinde laudatus Episcopus sedulam navabit operam, ut hae eleemosinae in tuto collocentur, et caute pro Congregatione conserventur, conservataeque semper remaneant.

12. Tandem omnis immutatio in forma vel in substantia hujus Congregationis Almae Domus Lauretanae, non aliter nisi de communi Episcopi Recinet: et Lauretani et Ministri Generalis Ordinis Capuccinorum consensu in posterum fiet.

Datum Romae ex nostro Coenobio die 29 Augusti 1884

Fr. Bernardus ab Andermatt

Min. Gen. Cap.

(Loco sigilli)

Datum Recineti 31 *Augusti* 1884

✠ Thomas Episcopus

Recinetensis et Lauretanus

(Loco sigilli)

Haec est, RR. PP. et Fratres dilectissimi, Spiritualis conventio, qua sodales lauretani et Minores Capuccini in mariana devotione consocii et confratres, efficiuntur famuli et voluntaria mancipia peramantissimae et gloriosae Matris Domini Nostri Jesu Christi praenobilis et verae Lauretanae Reginae ac Dominae.

Agnoscentes ergo innumera B. Mariae V. beneficia Ordini Nostro, saeculorum decursu, indessinenter collata, et novum mariani amoris testimonium laetanti animo suscipientes, exardescere faciatis in vobis omnibus ignem charitatis et tenerrimae devotionis affectum erga dulcissimam Matrem nostram. Crescat in vobis et comedat vos zelus *Domus* Incarnati Verbi, *Domus* Matris Dei, *Domus* Angelicae salutationis, *Domus* a Jesu, Maria, Joseph sanctificatae et mirabiliter sacratae. Et quoniam facti estis spirituales camerarii, familiares, et cubicularii Reginae Angelorum, satagite, ut per exaltationem, propagationemque *Universalis Sodalitii Almae Domus Lauretanae,* venerandum Incarnationis et divinae Maternitatis Sacrarium generalioribus in toto terrarum orbe frequentetur obsequiis.

Quia vero Tertiarii franciscales in mariani cultus defensione, et propagatione

promptissimi semper fuere, hortamur omnes Tertii Ordinis Visitatores et Moderatores, ut prudenti data occasione verbum facere non omittant de Sodalitii Lauretani excellentia et spiritualibus bonis. Ad omnem confusionem vitandam, res et negotia ad sodalitium respicientia tractari debent per R. P. Petrum Mariam a Malacha, Laureti degentem, cui, Episcopo Lauretano confirmante, munus et officium commisimus Moderatoris Generalis Sodalitii Almae Domus Lauretanae.

Accedamus, PP. et FF. dilectissimi, cum fiducia ad Thronum misericordiae Matris Dei, et cum infaustis hisce temporibus, « accerrimo quidem undequaque pulsemur bello » quaeramus gratiam, auxilium, protectionem, et per Mariam quaeramus, et « ut simus servi Christi, servitutem appetamus Genitricis » juxta illud Seraphici Bonaventurae: « Religiosi » omnes honorate illam (Mariam); quia ipsa » est adjutrix et vestra specialis advocata; » sperate in illa Religiosi et Claustrales; » confidite in illa Clerici et saeculares. » Clamate ad illam in periculis vestris et » flagellum non appropinquabit taberna» culo vestro. » Perveniat tandem, Lauretana Virgine intercedente, optata Ecclesiae pax et regularium Ordinum restitutio, ut cum eodem S. Bonaventura dicere possimus: Maria « formidinem » meam erexit in confidentiam bonam, » et suo aspectu mellifluo mentem meam » serenavit. Exultate coeli et jucundare » terra, quia consolabitur Maria servos » suos, et pauperum suorum miserabitur.» Denique, dum auxilium ex alto, multiplicibus marianis obsequiis obtinere conamur, tota humilitate et plena fiducia Mariam respicientes et invocantes clamemus: « Miserere servorum tuorum, super quos invocatum est nomen tuum, et ne sinas angustiari eos tentationibus suis » (S. Bonav.).

Orationibus vestris Nos enixe commendamus, et vobis omnibus paternam benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romae, ex Coenobio Immaculatae Conceptionis.

Die 1. Novembris an. 1884.

Fr. Bernardus ab Andermatt
qui supra

FR. BERNARDUS AB ANDERMATT
FRATRUM MINORUM CAPUCCINORUM
MINISTER GENERALIS

Reverendi Patres et Fratres dilectissimi.

In novissimo Generali Capitulo, mense Majo celebrato, PP. Vocales speciali sollicitudine de Missionibus nostris instaurandis et perficiendis deque ipsarum unione sub Ministri Generalis, et Definitorii item Generalis dependentia egerunt. Quapropter statuerunt, ut a Smo. Dno. Ntro. Leone PP. XIII vera et effectiva Missionum constitutio sub Ordinis Capite, ad majorem ipsarum Missionum prosperitatem, stabiliorem normam et Missionariorum faciliorem directionem atque spiritualem profectum humillimis precibus postularetur.

Nos autem, de unanimi Definitorii nostri consensu, supplicem libellum debita forma exaratum Apostolicae Sedi per S. Congregationem Christiano Nomini propagando praepositam subjecimus, et rebus omnibus faustissime compositis, peroptatam resolutionem tandem accepimus, cujus virtute Generalium Comitiorum vota benigne accepta declarantur, ut constat ex sequenti decreto (1):

(1) S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE
SECRETARIA
N. 6087.

Romae 20 Decembris 1884.

Rvmo. P. Generali Ord. Min. Capuccinorum.

Infrascriptus Secretarius S. Congregationis de Propaganda Fide, sui officii esse ducit ut P. T. Rvmae, absque mora, Emorum.

S. CONGREGAZIONE DI PROPAGANDA FIDE
SEGRETERIA

N. 6087

***Roma**, li 20 Dicembre 1884.*

Il sottoscritto Segretario della S. Congregazione di Propaganda si fa premura di comunicare a V. P. Rma. le risoluzioni che furono prese dagli Emi. di questa Congregazione sulla Procura del Collegio delle Missioni di cotesto benemerito ordine confermate da Sua Santità nell'udienza del 7 corrente. Esse sono le seguenti; che cioè:

1.° Non debba conservarsi la separazione della Procura e del Collegio delle Missioni dalla Curia Generalizia secondo le modificazioni adottate nel Regolamento del 1871.

2° E che su tal materia si debbano avere da Vostra Paternità in vista i seguenti principii: Che cioè, vi sia un Segretario per le Missioni uomo pratico e zelante, e dipendente dal Generale, che agisce in tutto a nome del Generale stesso, e sia come il suo istromento, esso debba essere stato per un tempo in missione, ed avere le medesime qualità che si richiedevano nel Procuratore.

3° Il Collegio come le Missioni, entri sotto l'autorità del Generale in quanto vi entra l'autorità dell'Ordine, o debba avere un superiore distinto dal suddetto Segretario.

4° La nomina si del Segretario per le Missioni, che del Superiore del Collegio appartenga alla Curia Generalizia, debba però confermarsi alla Propaganda.

5° Il Generale proponga un progetto tanto sul modo di avere e formare missionari in numero sufficiente, quanto sul modo di indicare alla Propaganda i candidati pei Vicariati e Prefetture Apostoliche.

Lo scrivente avendo per tal modo adempiuto al suo ufficio prende occasione per dichiararsi con sensi di distinta stima

Di V. P. Rma.

Umo. Dmo. servo
† D. ANTONIO DEL FORO.

Rmo. P. Generale
dei Cappuccini.

Quamobrem, dum Apostolicae Sedis et Generalis Capituli expressam voluntatem vobis, PP. et FF. dilectissimi, communicamus, paucis verbis consilia, resolutiones et desideria Nostra, circa exterarum Missionum negotia, patefacere opportunum judicamus.

Et re quidem vera, S. P. N. S. Franciscus, qui merito « Vir Catholicus et totus Apostolicus » ab ipsamet Ecclesia vocatur, tot tantaque zeli animarum nobis reliquit exempla, tot tantosque Catholicae veritatis propagatores atque Apostolici ministerii sectatores efformavit, ut in omnem terram exierit, sonus franciscalis

---

Cardinalium hujus sacrae Congregationis decisiones notas faciat de Procura et Collegio Missionum benemeriti Ordinis, quas Sanctitas Sua, in audientia diei 7 hujus, benigne confirmare dignata est.

Et sunt istae:

1° Non amplius separentur Procura et Collegium Missionis ab ipsa Curia generalitia, prout vigebat ad tenorem instructionis anni 1871.

2° Ad hunc effectum, P. T. Rvma., sub oculos habeat sequentes normas:

Secretarius eligatur Missionum, religiosus nempe rebus administrandis haud alienus, zelo inspiratus, qui a Ministro Generali dependeat et in omnibus nomine praelaudati Generalis, tanquam instrumentum, agat: qui tamen missionibus per aliquod tempus operam dederit, et his decoretur dotibus, quae in ipso Procuratore Missionum requirebantur.

3° Collegium, prout et Missiones, sub auctoritate veniat Ministri Generalis, ad mensuram nempe auctoritatis ipsiusmet Ordinis in dictum Cellegium, regaturque per Superiorem a praefato Secratario distinctum.

4° Tum Secretarii Missionum tum Superioris Collegii nominatio ad Curiam generalitiam pertineat, confirmanda tamen a S. Congregatione de Propaganda Fide.

5° Minister Generalis modum praeconcipiat et proponat tum circa Missionarios in numero sufficienti inveniendos et praeparandos, cum circa Candidatos, sacrae Congregationi de Propaganda Fide, pro Vicariorum et Praefectorum Apostolicorum muneribus, praesentandos.

Et per haec suo peradimpleto officio, infrascriptus faustam arripit occasionem ut cum peculiarissimae existimationis sensibus, sese profiteatur

P. T. Rvmae

Umillmus devotmusque Servus
† D. ARCH. TIREN.

praeconii, in omnibus locis sanguis Minorum uberrimam christianorum fecit sementem, nec ulla in toto orbe terrarum provincia vel regio franciscalibus operariis ignota eorumque vel auxilio vel sollicitudine penitus destituta existat.

Hinc vere de re christiana meriti, Parentes Nostri, Viri Gloriosi atque Seraphici Patriarchae imitatores et filii dignissimi, ab ipsis reformationis nostrae exordiis, apostolico zelo succensi, et S. Congregationem de Propaganda Fide. Divino Numine inspirante, mente conceperunt atque ex parte, per sapientiam praecipue, munificentiam et devotionem Cardinalis Antonii Barberini Ordinis Nostri alumni, opere ultimate compleverunt, universamque terram sacris praedicationibus perlustrarunt, et infidelium atque haeterodoxorum regiones indefessis laboribus Catholicam Ecclesiam maxima progenie amplificando, excoluerunt.

In coelestibus Annalibus potius quam in terrestribus historiis inscripta manent certamina spiritualesque victoriae necnon gloriosi pro Fide Catholica triumphi Fidelis a Sigmaringa, Josephi a Leonissa, Laurentii a Brundusio, Josephi a Carabantes, Agathangeli a Vandome, Cassiani Nannetensis, Marci ab Aviano; ubique terrarum celeberrima praedicantur et Massaia et Sutter, et Hartmann et Castells inclyta merita; India, Tartaria, Arabia, Syria, Mesopotamia, Macedonia, Russia, Anglia, America, Australia, Abyssinia, Galla, Tunetum, et aliae non paucae Catholicae Reipublicae portiones. sudoribus et sanguine Nostrorum irrigatae et spiritualiter foecundatae, Ordinis mirabilem Apostolatum percelebrant. Quae pulcherrimo stylo Leo P. XIII nuper confirmavit, opera Capuccinorum in superiori Africa memorando. Siquidem Missionarii nostri in dicta regione « laboriosum opus animose « susceptum, animo aeque excelso expleverunt, ut omnino dederint, quid caritas possit, passim documenta maxima. « Nam in tam agresti Saracenorum immanitate incredibiles molestias pertulerunt; plurimique numerantur, qui « coeli inclementia absumpti, qui ferro « barbarorum sublati, qui vigiliis perpetuisque fracti laboribus martyrii honores delibarint. Sed eorum constantia « religionis incremento mire profuit: nec « exiguae illae utilitates putandae, quas « recentiore memoria Afris pepererunt (1).

Ast, heu! PP. et FF. desideratissimi, tempestates plures ac vehementes, quae adversus religiosas familias in omnibus fere catholicis regionibus, ab impiis et sectariis, atque impiorum et sectariorum fautoribus excitatae sunt et in dies, superaddita sacrilega violentia et crudeli malitia, magis magisque excitantur, ingens Apostolicae vocationi atque ministerio afferre nocumentum et impedimentum neminem latet. Sic factum est, ut fratribus nostris hinc inde dispersis, ipsaemet Missiones majoribus quotidie premuntur necessitatibus, et quando messis abundantia majorem exigit operariorum numerum, tunc maximo cum cordis nostri dolore Apostolicos viros pauciores fieri perspicimus. Vere, ait Pontifex Maximus, « vere parvuli petunt panem, et non « est qui frangat eis; regiones albae sunt « ad messem et haec quidem multa, ope- « rarii autem pauci, pauciores forsan pro- « pediem fieri », (2) si ardentissimo zelo atque extraordinaria sollicitudine de nostris Missionibus instaurandis, relevandis perficiendis et juvandis nequaquam cogitamus.

Quapropter, Nos semel atque iterum mente recogitantes, illud Leonis XIII, scilicet quod multiplex « gravisque neces-

(1) Leonis P. XIII, Litt. Apost. « Materna Ecclesiae caritas ». 18 Nov. 1884.

(2) Leonis P. XIII Encyc. « Sancta Dei civitas » 3 Dec. 1880.

« sitas Apostolicas Missiones premit at-
« que urget, cum sacrorum operariorum
« copia efficiatur quotidie minor; neque
« abreptis morte, senio confectis, labore
« attritis praesto sunt qui succedant pares
« numero et virtute: » et « aditu ad alias
« plagas patefacto quae videbantur im-
« perviae, crescente locorum et gentium
« notitia, aliae atque aliae quaesitae sunt
« expeditiones militum Christi, novaeque
« stationes constitutae: ideoque plures
« desiderantur, qui se iis missionibus de-
« voveant et tempestiva conferant sub-
« sidia (1): » Videntes aliunde quantum animarum saluti grave atque noxium et Ordini Nostro indecorum sit, si opus a Majoribus nostris summis laboribus inceptum, usque ad sanguinis effusionem prosecutum, imo gloriosa pro Christo morte non raro consecratum, minus diligenter curetur vel etiam ex parte relinquatur, hortamur omnes superiores Provinciales et Locales, iisdem Leonis XIII instantissimis verbis :

« *Si quos ergo noveritis divinae gloriae studiosos et ad sacras expeditiones suscipiendas promptos et idoneos, his addite animos, ut explorata compertaque voluntate Dei, non acquiescant carni et sanguini, sed Spiritus Sancti vocibus obtemperare festinent.* (2). »

« Neque desistant Praelati eos mittere ob paucitatem Fratrum (addunt Const. nostrae), sed omnem suam sollicitudinem et cogitatum in Illum projiciunt, qui continuam habet curam de nobis »; imo certo sciant quod si hac in re generose se praebeant, tota familia vel Provincia ipsis commissa maximis vocationum incrementis atque particularibus auxiliis sive spiritualibus sive temporalibus indubitanter a Deo praemiabitur. Unde superiorum erit misericordiae divinae abundantiam, sibi et propriis subditis procurare per christianam liberalitatem, sanctam magnanimitatem et supernaturalem munificentiam in missionariorum vocationibus promovendis et Missionibus sustinendis; non enim Deus est quasi homo ut rerum et personarum auxilio destitutas relinquat Conventus et Provincias, quae de suo solvunt ad inopiam animarum sublevandam.

(1 ibid.
(2) ibid.

Ad majorem ergo christiani Nominis propagationem, atque ad protectionem divinam erga Ordinem nostrum novis sacrificiis et obsequiis implorandam, nec non votis Supremi Ecclesiae Pastoris in rei veritate respondere volentes, sequentia declaramus et ordinamus:

I. Omnes fratres nostri Dominum messis humili corde rogabunt, ut et mittat novos et sanctos operarios ad vinae suae partem Ordini Nostro concreditam, et actuales verbi Dei satores in spiritu divinae vocationis confirmet, ut ipsis dulce sit pro fidei dilatatione multa pati et in longinquis regionibus constantissime permanere imo, ibidem pro Christo dulcius mori. Ad hoc, juxta Leonis XIII consilium, deprecatores adhibeant « Deiparam
« Virginem, quae valet omnia errorum
« monstra interimere; purissimum ejus
« Sponsum, quem plures missiones jam
« sibi praestitem custodemque adscive-
« runt, et nuper Apostolica Sedis uni-
« versae Ecclesiae Patronum dedit, Apo-
« stolorum Principes agmenque totum,
« unde profecta primum Evangelii praedi-
« catio omni terrarum orbe personuit;
« ceteros demum praeclaros sanctitate
« viros, qui in eodem ministerio absum-
« psere vires, vel vitam cum sanguine
« profuderunt. » (1).

II. Omnia missionum negotia Nobis referantur et omnes epistolae et documenta Missionarios spectantia ad Nos

(1) ibid.

deinceps mitti debent, non autem ad specialem Missionum Procuratorem, cum tale munus et officium non amplius existat (1).

III. Candidati ad Missiones esse nequeunt, qui professionem solemnem nondum emiserint, neque clerici, qui studia nondum compleverint. Attamen sub fine studiorum, quisque clericus ad Missiones interius vocatus certiorem faciat, proprium Provincialem, ut negotio mature perpenso, tempestive concedi possit obedientia, post litterarum praedicationis receptionem.

IV. Fratres laici, qui in proprii status conditione Deo fideliter et devote servientes, nobiles famuli et quasi coadjutores Missionariorum ad trahendam rete fieri exoptant perutiles esse poterunt in Missionum locis, ac proinde vere a Deo ad Missiones vocati non raro dici poterunt, dummodo in omnimoda obedientia et humilitate solidati sint.

V. Sacerdotes, clerici (qui studia expleverunt vel jam jam expleturi sunt) et laici, quos interior et perseverans incitamentum ad Missiones spiritualiter attrahit; 1.° rem mature et in conscientia considerent, neque se revera vocati quasi subitaneo existiment, et si internum desiderium *pacifice* perseveret, animumque ab actualibus obligationibus non solum non perturbat, sed promptiorem reddit ad actuale officium maxima cura adimplendum, et spiritus fervorem non minuit, sed adauget: 2° judicium animae moderatoris tota simplicitate et sinceritate semel atque iterum expostulent atque sequantur: 3.° deinde, posito consilio affirmativo directoris vere prudentis, certiorem faciant P. Provincialem de existimata vocatione ejusque benedictionem et Nostrum consensum atque licentiam humiliter postulent per distinctas epistolas, interim divinae Voluntati negotii exitum committendo: 4.° persuasum omnino habeant candidati omnes, quod in missionum locis innumeris laboribus afficientur, tristitias non paucas sustinebunt, ipsa interna consolatione iterato carebunt, propriae Provinciae multoties cum lacrymis reminiscentur, et internis atque externis Jesu Christi passionibus non parum communicabunt. Sed si vera adsit vocatio, eo major fit cordis fortitudo, quo majores praevidentur pro fide labores, et vere apostolicus operarius contentus moritur etiam in solitariis desertis, sciens quod ex ejus sepulchro, tempore a Deo praefinito, non pauci fructus enascendi erunt. Hinc in vocatione apostolica parum solidati permanserunt, qui *potius de numero conversionum quam de diuturnitate laborum cogitarunt.* Quot enim verbi Dei satores in incognitis plagis defuncti quiescunt, quorum ministerium in vita fuit valde laboriosum et infoecundum, post mortem autem innumeris conversionibus praemiatum ? Ergo, omnes missionarii indesinenter in vinea Domini laborare, sed laborum fructus divinae dispositioni relinquere debent: sint fortissimi milites Christi Ecclesiaeque vigiles, et Magno animarum Duci dispositionem, modum et tempus victoriarum committant. Haec cogitent atque sciant omnes candidati ad Missiones, ut ipsorum vocatio solido fundamento nitatur.

VI. Cum omnes missiones Ordinis Nostri innumeris urgeantur necessitatibus, Nostrae Auctoritati directe reservamus destinationem futurorum missionariorum, ut cuique assignare possimus missionem proprio ingenio accommodatam, indigentiis generalibus simul subveniendo. Unde Provinciales et Candidati illud negotium prudentiae et paternae sollicitudini Nostrae confidenter relinquant.

(1) Epistolae et documenta omnia Missiones respicientia nullatenus referant alia a Missionibus aliena. Unde si aliquid aliud scribendum occurrat utatur folio distincto, ut Archivia Missionum recte confici possint.

VII. Peroptamus, ut fratres, qui vera pollent vocatione, postquam omnia ut in n.° V satisfecerint, quamprimum certiores nos faciant, ut scire possimus quaenam pro Missionibus auxilia probabiliter praesto erunt.

VIII. Praesentes litterae legantur et etiam vulgari sermone interpretentur *coram omnibus fratribus*, ut in maxima et urgentissima hodierna necessitate, omnes a Deo ad Missiones vocati, opere complere possint quod ad majorem animarum et etiam provinciae futuram utilitatem, Dominus Jesus Christus in illis operatus est. Omnes ergo sive Superiores sive subditi, auxilium opportunum Missionibus nostris, sive opere, sive orationibus, sive aliis modis atque mediis generose, pro Deo et propter Deum indubitanter praestabunt, et alienas animas directe vel indirecte salvantes, proprias servabunt, ut magnus docet Augustinus.

Denique, omnibus Missionariis et totius Ordinis fratribus benedictionem ex corde impertimur.

Datum Romae e Nostro Im. Conceptionis Coenobio, die 31 Decembris 1884.

Admus. in X.to pater et humillimus servus

Fr. Bernardus ab Andermatt
Minister Generalis

CAPITULA PROVINCIALIA

POST NOVISSIMUM GENERALE CAPITULUM CELEBRATA

I. CAPITULUM PROVINCIAE THUSCIENSIS

celebratum per schedulas et confirmatum 2 Junii 1884.

ELECTI

Minister Provincialis: A.R.P. **Alexander a Liburno**
1. Definitor A.R.P. Rugerius a Florentia.
2. » » » » Gregorius a Pistorio.
3. » » » » Joseph a Lucignano.
4. » » » » Pacificus a Senis.
1. Custos Gen. » » » Antonius a Pontedera.
2. » » » » » Bernardus a Fivizzano.

II. CAPITULUM PROVINCIAE ROMANAE

celebratum per schedulas et confirmatum 2 Junii 1884.

ELECTI

Minister Provincialis: A.R.P. **Aloisius a Leprimiano**
1. Definitor: A.R.P. Carolus a Bononia.
2. » » » » Franciscus a Tusculo.
3. » » » » Fulgentius a Bennis.
4. » » » » Nicolaus a Scaptinea.
1. Custos Gen. Rms. P. Gabriel a Varceno.
2. » » A.R.P Jacobus a Gavio.

III. CAPITULUM PROVINCIAE PICENAE

celebratum per schedulas et confirmatum 20 Junii 1884.

ELECTI

Minister Provincialis: A.R.P. **Basilius a Frontale.**
1. Definitor: A.R P. Marianus a Novana.
2. » » » » Hippolitus a Corinaldo.
3. » » » » Ludovicus a Camerino.
4. » » » » Basilius a Morrovalle.
1 Cust. Gen. » » » Marianus a Novana.
2. » » » » » Jesualdus a Polverigi.

IV. CAPIT. PROVINCIAE BONONIENSIS

in Conventu Bononiae celebratum 20 Junii 1884. Praesidente Rmo. P. Peregrino a Forolivii, Ex-Definitore Generali.

ELECTI

Minister Provincialis: Rms. P. **Peregrinus a Forolivii.**
1. Definitor: A.R.P. Honorius a Castro S. Petri.
2. » » » » Dominicus a Tiberiaco.
3. » » » » Philippus a Cotinea.
4. » » » » Arsenius a Russo.
1. Cust. Gen. » » » Anselmus a Fontana.
2. » » » » » Bonaventura a Caesena.

V. CAPITULUM PROVINCIAE VENETAE

Venetiis celebratum 20 Junii 1884, Praesidente Rmo. P. Pacifico a Conegliano Definitore Generali.

ELECTI

Minister Provincialis: A.R.P. **Eduardus a Verona.**
1. Definitor: A.R.P. Bernardinus a Venetiis,
2. » » » » Aemilianus a Verona.
3. » » » » Bonaventura a Gemona.
4. » » » » Alexander a Chioggia.
1. Cust. Gen. » » » Bernardinus a Venetiis.
2. » » » » » Petrus a Verona.

VI. CAPITULUM PROVINCIAE S. CAROLI
celebratum in Conventu Bergomi 27. Junii 1884 Praesidente Provinciali actuali.

ELECTI

MINISTER PROVINCIALIS: A.R.P. **Laurentius ab Albino.**
1. DEFINITOR: A.R.P. Ciprianus a Dugnano.
2. » » » » Augustinus a Crema.
2. » » » » Augustus a Crema.
4. » » » » Ignatius a Rovetta.
1. CUST. GEN. » » » Ioseph a Rovetta.
2. » » » » » Ioann. Bapt. a Bergamo.

VII. CAPITULUM PROVINCIAE IANUENSIS
celebratum in Conventu Camporum 27 Iunii 1884, Praesidente Rmo. P. Stanislao a Ianua Definitore Generali.

ELECTI

MINISTER PROVINCIALIS: A.R.P. **Phylomenus a Coronata.**
1. DEFINITOR: A.R.P. Clementinus ab Ulmeta.
2. » » » » Angelicus a Sexto.
3. » » » » Sixtus a Ianua.
4. » » » » Iacobus a Ianua.
1. CUST. GEN. » » » Fortunatus a Mendatica.
2. » » » » » Alexander a Rovereto.

VIII. CAPITULUM PROVINCIAE S. IOSEPHI
In Conventu Derthonensi celebratum 4. Junii 1884 Praesidenti Provinciali actuali.

ELECTI

MINISTER PROVINCIALIS: **ARP Aloisius a Cortiglione.**
1. DEFINITOR: A.R.P. Stanislaus a Castellatio Burmidae.
2. » » » » Mathias a Sangasco.
3. » » » » Fridericus ab Ulvada.
4. » » » » Venantius a Castellatio.
1. CUST. GEN. » » » Ioann. Bapt. a Montalto.
2. » » » » » Cajetanus a Lobiis.

FRAGMENTA SERAPHICA

ACTA EPISCOPALIA ET PONTIFICIA

LEONIS XIII

TERTIUM ORD. PESPICENTIA

JOACHIMUS etc.

Providissimus Deus, qui mirabilem se exhibet in Sanctis suis, Saeculo XII, Virum pietate praeclarum, paupertate, humilitate, passionisque insignibus Christo quamsimillimum excitavit, Franciscum Assisiensem, qui solis instar universum orbem divino amoris igne fovit, virtutumque omnium splendore complevit. Dei taque afflante numine, religiosorum virorum primo, et deinde mulierum plurimum coetum in claustro coegit (et illis quidem a *primo*, his vero ab *altero Ordine* nomen fecit), ut corpore atque animo a mundi contagione remoti, et per evangelicorum consiliorum datam fidem Deo arctius devoti, Christi vestigia propius premerent. Sed cum probe nosceret per haec sacra instituta maiori Christifidelium parti haud fuisse consultum, quibus nimirum ob peculiarie adiuncta terrenis rebus omnino valedicere, et ad religiosa septa convolare datum non erat, alium tum virorum, tum foeminarum coetum instituere agressus est, cui a *Tertio Ordine* nomen est inditum, quique pateret omnibus, qui medias inter mundanas res constituti, a pravis mundi doctrinis et moribus abhorrerent. Compertum enim habebat homines suo tempore effreni divitiarum amore, terrestrium bonorum appetitu, sensuumque voluptatibus abreptos, a Christi praeceptis et exemplis quammaxime recessisse, et futurae post mortem ac aeternum permansurae vitae pene oblitos, aut incurios, praesentibus tantummodo inhiare et studere. Eos proinde a terrenis aversos ad coelestia reducere satagens, edixit ut ii, qui *Tertio Ordini* nomen dedissent, Christi vestigiis jugiter insisterent, et christianae legis praeceptis religiose inhaererent; non illis fugienda, sed magis alacriter fovenda esset paupertas, animi demissio, corporis cruciatus; orationibus instandum, pietatis fervor, vitae integritas, obedientiae laus comparanda. Est igitur *Tertius S. Francisci Ordo* veluti sacra domus in se excipiens quotquot extra religiosa claustra degunt,

ut eos per pias exercitationes et officia a pravorum hominum contagione servet immunes.

Nec tanti Viri pro animarum salute sollicita cura irrita cessit: cum enim novo Ordini, statim ac innotuit, innumerabiles fere viri et mulieres, regia etiam et imperatoria dignitate fulgentes, adscribi postulassent, et mores suos juxta propositas leges composuissent, mirum in modum refloruit pietas, religionis studium, erga parentes et principes obsequium, castimoniae cultus et amor. Quo factum est, ut Romani Pontifices in Tertii Ordinis sodales Indulgentiarum thesauros veluti effuderint, eosque amplissimis privilegiis ditaverint.

Quae cum ita sint, maxima animi Nostri laetitia conspeximus, hoc qui jam labitur anno, Christiani populi obsequium et venerationem in Tertium S. Francisci Ordinem, in nostra praesertim Italia, in dies reviviscere, et in immensum propagari. Nam plurimae Sodalium Tertii Ordinis familiae sunt constitutae et constituuntur; leges, quibus Ordo regitur, rursus in lucem editae; nec non vulgatae ephemerides, quibus Tertii Ordinis decus et excellentiam extollere, res gestas ad ipsum spectantes narrare, sodalium numerum augere, eorumque officia prae oculis ponere solemne est. Gavisi vehementer sumus; nam in certam spem erigimur ex hac optima planta, si altas egerit radices, nonnisi praeclaros virtutum omnium fructus esse prodituros, eos scilicet qui saeculo XIII Christiani populi corruptelis efficacissimam medelam attulerunt. Profecto eadem, quae tunc vigebant vitia, nostris temporibus civilem religiosamque societatem deturpant; religionis contemptus, aeternae salutis incuria, praesentium fugaciumque bonorum immoderata cupido, divinae humanaeque auctoritati negata obedientia. Cum itaque his ingruentibus malis opportunissimum per Sodalitates *Tertii Ordinis* paretur remedium, Nos omnes et singulos fideles nostris curis commissos etiam atque etiam hortamur ut *Tertio* Sancti Francisci *Ordini* adscribi curent, et religiosissime servare officia sodalibus proposita; quae quidem (paucis exceptis jejuniis, nonnullisque precibus sub nulla vel levis reatus poena persolvendis) non alia sunt ab iis, quae divinis ecclesiasticisque legibus continentur, quaeque omnibus et singulis Christifidelibusa eque incumbunt. - Accedit quammaxime decere ut Umbriae incolae ceteris omnibus populis veneratione et affectu in beatum Franciscum praecellant; ipse enim est Umbriae alumnus, decus et columen; ipse Umbram regionem primum seraphicae vitae splendoribus illustravit, et in ea praeclarissima gloriae suae monumenta sita esse voluit. Quapropter confidimus dilectos Nobis filios haec Nostrae exhortationis verba libenti obsequentique animo excepturos; animarumque Rectores nihil praetermissuros ut in suis Paraeciis piae Sodalitates constituantur, et ut Confratres ad normas a beato Francisco statutas suam vivendi rationem exigant. Scimus nonnullos Dioecesis nostrae Curiones jam in suis Paraeciis *Tertii Ordinis* Societates erexisse ac fovere; quibus dum ex animo gratulamur, omnibus stimulos addimus ut opus suis ovibus perutile toto animi nisu aggrediantur ac prosequantur. Neque eorum industria irrita cadet; recens enim constituta Sodalitia beatus Franciscus in tutelam recipiet suam, ac praesentissima ope bonorum operum pretiosissimis fructibus foecundabit.

Datum Perusiae, die XX Decembris MDCCCLXXI.

MINORES CAPUCCINI
IN
ALMA DOMO LAURETANA

Cum Lauretana Congregatio, nuper ab Episcopo Recineti et Laureti canonice erecta, Nostro Ordini, Superioribus devote et laetanter accipientibus, commissa fuerit, ut illi propagandae, ubique sedulo incumbant, et Rmus. P. Generalis super hoc ferventissimas litteras encyclicas dederit: procul dubio operis pretium erit, si omnes nostros Religiosos certiores faciamus de relationibus, quibus Capulatorum Familia a suo die natali usque ad praesentem devincta fuit Lauretano Sanctuario, quod super omnia antiquitate et dignitate facile excellit: est enim Domus Nazaraena, in qua « Verbum Caro factum est et habitavit in nobis plenum gratiae et veritatis. »

Quas notitias, majori brevitate qua possumus ex Annalibus manuscriptis Provinciae Marchiae aliisque probatis documentis studiose colligemus.

Et in primis: Picena Provincia statim a sua constitutione (1525) Virginem Lauretanam sibi Patronam atque Dominam elegit, cujus propterea imaginem in sigillo Provinciali jam a primordiis impressit (1): quod cum ita sit, et ex laudata Provincia ceterae omnes tamquam rivuli ex fonte manaverint, totum Ordinem Nostrum sub patrocinio et principatu Virginis Lauretanae initium coepisse et incrementum recte affirmari potest.

At anno 1558, Pontificatus Pauli V., 3, S. Congregationis nostrae 34, in agro Recinetensi nobis aedificatus fuit conventus, tribus milliariis distans a Sancta Domo, quam Fratres devotione conducti saepissime invisebant; et jam tum humile ac laboriosum simulque honorificum munus lavandi purificatoria, pallaque et

(1) Ex Annalibus manuscriptis Provinciae Picenae.

corporalia abluta amylo aspergendi laetissimi susceperunt (1).

Cum autem apud Sanctuarium vel supradicti officii vel pietatis caussa, praesertim Religiosi longinqui per integros dies manerent, ne huc illuc ad diversas familias discurrerent, fortasse cum religiositatis jactura, Superiores tum Generales (2) cum Provinciales hospitium a Ministris Sanctae Domus petierunt et facile obtinuerunt. (1596. Clementis VIII 8 C. IV-74).

Cujus hospitii clavem, quando Fratres non aderant, quidam Ioannes Baptista Monaldi Auximanus Laureti pharmacopola tenebat (3).

Et hic quoddam valde singulare factum audire non pigeat.

Erat inter Custodes Sanctae Domus quidam Sacerdos Dominus Franciscus a S. Laurentio in Campo nostri amantissimus, habens catellum, qui statim ac Capuccinos videbat per viam obviam ipsis festive petebat, et si eos novos perciperet, evidentibus signis, se praebebat ductorem primum ad templum,inde ad domum pharmacopolae ad clavem hospitii querendam, tandem ad ipsum hospitium. Quod si specie deceptus aliis Religiosis occurreret; propior factus, raro instinctu, non esse Capuccinos sentiebat, et capta fuga, nullis poterat retineri blanditiis.

Haec forsan nonnulli in risum vertent: sed non plus risuros opinor, cum relatum legant ipsum Clementem VIII transeuntem per Lauretum (1598, 10 Decembris), de miro catello voce publica audita eum videre voluisse et nomen quod habebat *Beceri* in *Fidelem* mutasse. (4)

(1) Idem.

(2) Generalis munere tunc fungebatur Revmus. P. Hieronimus a Sorbo, Procuratoris vero Revmus. P. Hieronimus a Castroferrettorum. (Ordinationes et Decisiones Cap. Gen.)

(3) Moroni. « Dizionario di Erudizione Storico-Ecclesiastica » Sub Verbo — Loreto.

(4) Annales sup. (anno 1598).

Interea quo frequentior fiebat sancta Capuccinorum conversatio, eo magis in amorem et venerationem (1) Clerus, Senatus, populusque Lauretanus pro illis crescebat: eosque privilegio dicendi primam missam in sancta Domo, res pretiosissimas custodiendi, eidemque mensae cum Canonicis, Gubernatore et Cardinali Protectore consistendi (2) sunt prosequuti. Et jam erat in omnium desiderio Familiam Capulatorum stabilem apud sanctuarium constitui; quod etiam Religiosi omnes nostri in votis habebant; votique compotes quamprimum facti sunt; nam anno (1608) posita fuere fundamenta Conventus, qui anno (3) (1611) fuit perfectus, et in eo Familia octo Religiosorum habitavit.

Cardinalis Antonius Maria Galli Episcopus Auximanus (Sanctae Domus fortasse protector) proposuit, novam Familiam expensis Sanctuarii prorsus ali, quod cum Superiores nostri contrarium paupertati recte arbitrarentur, non acceptarunt; atque statutum fuit, Ministros Sanctae Domus suppletarios tantum et pro eleemosina id quod Fratres ostiatim mendicando non possent victui quotidiano comparare. Hoc bene factum omnes maximi aestimarunt (1).

(*Sequitur.*)

(1) Sistus V Franciscanus, qui inter Pontifices Summos Sanctuarium Lauretanum beneficiis prosequutos certe primum locum obtinet, die 17 Martii 1586 Bulla « Pro Excellenti » Ecclesiam Lauretanam in Cathedralem crexit transmutavitque in eam Sedem Recinitensem. Primus Episcopus fuit Franciscus Contucci Perusinus, secundus fuit Rutilius Benzoni Romanus, quo adhuc vivente, sub Clemente VIII, Populo Recinetense reclamante illa Cathedralis fuit restituta et unita Lauretanae ambaeque immediate subjectae Apostolicae Sedi declaratae fuere: et primus Episcopus harum Ecclesiarum unitarum fuit laudatus Rutilius Benzoni. Illis temporibus Laureto concessum fuit etiam Municipium independens a Recineto. (Moroni idem.)

(2) Erat tunc Canonicis Lauretanis vita communis.

(3) Tum Provinciam Picenam regebat A. R. P. Paulus a Cesena, totum Ordinem Revmus P. Hieronimus a Castroferrettorum tamquam Vicarius (Ordin. et Decisiones Cap. Gen.)

(1) Moroni in suo « Dizionario etc. » sub verbo « Loreto » affirmat Capuccinos hospitium habuisse Laureti sub Urbano VIII anno 1640 circiter; sed hoc est ambiguum; nam verum est ea aetate munificentia Cardinalis Antonii Barberini Fratris Germani Urbani VIII aedificatum fuisse conventum, in quo Familia Capuccinorum etiam nunc degit; sed verissimum manet Capuccinos jam antea duo hospitia successiva habuisse sicuti superius narratum est.

NOVISSIMUM MONUMENTUM SERAPHICO - LITTERARIUM

SUB TITULO

« Saint François d'Assise »

Eximium annuntiamus opus, quod in spiritualem animarum aedificationem et S. P. N. Francisci cultum magis ac magis promovendum, necnon praedilecti Ordinis nostri decorem, certo certius evasurum fore, a conspicuis viris, rei litterariae praesertim et estheticae peritis, merito reputatur.

Et re quidem vera, nonnulli e Nostratibus, Provinciarum Lugdunensis, Parisiensis et Tolosanae alumni, speciatim AA. RR. PP. Ludovicus-Antonius a Bruntuto, Leopoldus a Chérancé, Henricus a Grèzes, Ubaldus a Chanday, nec non Arsenius a Chatel et Gabriel a Courbouzon, hic Lugdunensis, ille Parisinae Provinciae Moderator, auspicante et opitulante Rmo. P. Brunone a Vintia, Ordinis nostri Procuratore Generali in Curia romana, atque peramanter benedicente Rmo. P. Bernardo ab Andermatt totius Ordinis Moderatore amplissimo, in hanc praegrandem unanimes et alacres devenere sententiam, nempe monumentum Divo Francisco, dulcissimo Patri nostro, erigendi perenne, non quadratis et sectis la-

pidibus aedificatum, nec mole marmorea elaboratum, sed aureis pagellis solemne, historica factorum veritate solidum, atque arte pictoria, incisoria, sculptoria, imo et textili, perquisitis hinc inde celeberrimis in honorem S. Francisci, tum anteactae cum hujusce nostrae aetatis operibus illustratum, et tandem typis clarissimorum bibliopolarum Plon-Nourrit, ingenti cum cura, compte et elegantissime impressum.

Nec igitur mirum est quod hujuscemodi opus, vix in lucem prodiit, omnium litteratorum virorum in Gallia, etiam acatholicorum, suffragiis ac plausu exceptum fuerit et laude celebratum plurima.

Ast haec omnia encomia, longe praecellit amplissima Ssmi. Dni. Nri, *Leonis XIII*, approbatio, paternaque benedictio auctoribus et operi peramanter impertita, prout infra fusius relatum legitur.

Porro splendidum illud monumentum, quasi mole triplici superelevatum conspicimus:

1. *Doctrinale* fundamentum, admirabilem nempe Leonis XIII Encyclicam « *Auspicato concessum est*, » qua ubique terrarum, « Os sufficiens orbi, » aureas spargens syllabas, gloriam D. Francisci grandiloquo decantavit hymno, missionemque Seraphico Viro divinitus praefixam, et ipsius tres Ordines fructu multiplici decoros.

2. *Historicum*, vitam scilicet Seraphici Patris, eleganti simplicitate et peramanti corde descriptam; familiae franciscalis vicissitudines, ac varios ex una stipite frondosos et floriferos ramos; mira opera, virosque verbo et opere potentes.

3. *Artisticum*, illam dicimus iconum stupendam seriem, in qua famosiora cujusque aetatis opera, per selectissimas incisorio, chromotypico, aut heliographico labore delineationes, ad numerum fere trecentorum, recensentur.

Hic Giottus et Angelicus a Fesulo picturam immutant in precem immortalem. Hic Andracas della Robbia, hic schola Senensis de Simone di Martino et Sano di Pietro merito glorians. Hic etiam magister Perusinus, scholae umbrae dux et Raphaelis Urbinatis praeco. Hic Benouville et Flandrin quos Gallia miratur. Hic nobilissima Hispanorum gens, Murillo et Alphonsi Cano opera Seraphico Patri dedevotissime offert. Hic Van-Eyck, Rembrandt, et scholae germanicae magistri, vivido colore commendabiles. Hic stemma Galliae regium, armumque potentum, humilis Francisci chorda circumornat.

Nec nudam putare velis et exanimem illam esse nomenclaturam. Nam « ad « Francisci cogitationem aura quaedam « afflatusque humano augustior, ingenia « nostrorum concitavit, ita quidem ut in « ejus rebus gestis pingendis, fingendis, « caelandis, summorum artificum indu- « stria certarit. » Quae verba gloriosi Pontificis nostri, veluti amplo commentario, illustravit quidam Galliae scriptor, eruditione summus et in re artistica atque litteraria eximius, qui inspirationem per omnes humaniores artes, a Divo Francisco, veluti a vivifico et perenni fonte manantem, mire describendo, dignam monumento coronidem apposuit.

Quas omnes artium locupletes opes, A. R. P. Ludovicus-Antonius, harmonice connexuit, quasi unius fabricae dolatos et perpolitos lapides, unius poematis conspirantes cantus, unius tandem amoris erga Franciscum consonantia carmina.

O Pater Seraphice, *pauper et humilis, coelum dives* ingressus es, *hymnis coelestibus* honoraris; et in terris, gloriosa dicta sunt de Te, et incisa, et sculpta, et depicta. Illa habeas grata, veluti testimonium et pignus tenerrimi ac devotissimi quod fideles, in cordibus nostris, Tibi pangimus melos.

Die Decembris decima octava, RRmi. PP. Generalis et Procurator Generalis,

cum AA. RR. PP. Ludovico-Antonio praelaudati Operis praecipuo Directore, et Stephano Secretario Provinciae Parisiensis, audientia privata in intimis cubiculis Sanctitatis Suae honorati, volumen de *Vita S. Francisci* munificentissime praeparatum obtulere.

SSmus, illos paterne exceptos, de tanta opera in honorem D. Francisci animose incepta et feliciter perfecta, plurimum laudavit, oblatumque volumen Sibi gratissimum esse asserere dignatus est, auremque praebuit benignam sequenti supplici libello quem a gallico idiomate in latinum transcribimus:

« Beatissime Pater,

« Septimo recurrente S. P. Francisci « centenario anno, Sanctitas Tua, per « Encyclicam, omni admiratione majo- « rem, Assisiensis Patriarchae virtutes « et portenta et praeclara in christianam « rempublicam beneficia, universo Orbi « indigitavit, ac Episcopos adhortata est « ut, in respectivis Dioecesibus, toto co- « natu Tertium Seraphici Viri Ordinem « celebrare atque propagare satagerent.

« Hodierna enim societas, nimis eheu! « vitiis oppressa et languescens, iterum « sanari et sublevari poterit, si tamen ho- « mines hinc inde informentur principiis « evangelicis, quae Seraphicus Legisla- « tor, cum filiis suis, indefesse et effi- « caciter, anteactis seculis, innovavit et « per Tertium Ordinem mire propaga- « vit. In illo ergo Ordine Tertio, am- « plissima Sanctorum Sanctarumque co- « rona venerando, remedium malis no- « stris et juvamen Sanctitas Tua perbelle « monstravit. Nec inane, nec vacuum « fuit, o Beatissime Pater, verbum ve- « ritatis et salutis. Audivit mundus ver- « bum bonum, tanquam validum Paracliti « afflatum, audivit et gavisus est. Fre- « quentes vidimus Christifideles ad al- « taria S. Francisci devote concurrentes, « ut Seraphico de Poenitentia Ordini « nomen darent et piam voluntatem. Au- « divimus et nos, o Beatissime Pater, « verbum tuum. Ab illo grandiloquo « sermone inspirati, animati et directi, « opus perfecimus quod, nomine Fra- « trum Minorum Capuccinorum Galliae, « imo totius Ordinis, hodie tandem, ad « pedes Tuos provoluti, laetantes et hu- « miles offerimus.

« Nobis in votis fuit ut dulcissimi Pa- « tris Nostri Francisci vita, magis ac « magis cognita, Christifidelibus admi- « rationi esset et incitamento. Quare ac- « cersitis peritissimis rerum artisticarum « viris, pulcherrima opera a D. Franci- « sco inspirata reproduci fecimus.

« Librum igitur Sancto Francisco sa- « crum, Sanctitas Tua, tanquam devo- « tionis nostrae in S. Sedem plenissimae « pignus accipere dignetur. Sit non solum « gratitudinis nostrae aliquale testimo- « nium, sed etiam et maxime sit, o « Pater Sancte, peramanti cordi Tuo, « in tot et tantis hujusce tempestatis tri- « bulationibus solatium. Merces nostra « magna nimis, paterna Sanctitatis Tuae « Benedictio. »

Perlectas preces Ssmus. Dnus. Noster, simplici quidem et benigna sed tamen dignissima allocutione commentatus est, hisce fere verbis: Mirum opus perfecistis, dilectissimi filii: et nostrum erit gaudium ac solamen quotidie illas de S. Francisco sensim perlegendi pagellas. Tot et tantas in hocce libro aggerastis pulchritudines quod vix in decursu anni evolvere poterimus. Ast amplior adhuc et inexhausta nostra erit in D. Franciscum admiratio. Illum siquidem Seraphicum Virum a tenerrimis annis praediligere nos edocuere paterna eloquia. Illum invocare nostris in necessitatibus habuimus solemne. Et certe dulcis perdurat memoria ultimae peregrinationis nostrae ad Alverniae juga. Tunc enim nos ad profectum paratos, circumadstantibus venerandi istius Çoenobii Fratribus, afflatus quidem coelestis impulit

ut ipsis sensa cordis nostri erga S. Franciscum intima expromeremus. Et revera tanta fuit, Deo dante, verborum copia, tantaque vis, ut Fratres prae teneritudine cordis collacrymarentur, et nos etiam a fletu abstinere non valentes, finem sermoni inopinato apposuimus; et assumpto baculo, ad Bibienam usque descendimus, Seraphicum virum in corde laudantes. Et coelestis pariter erat afflatus ille validus quo, vix ad supremum Ecclesiae fastigium elevati, impulsi sumus ut, in tantis calamitatibus et miseriis, Franciscum advocaremus patronum, et vim regenerativam in ejus Ordine Tertio Christianae societati repositam ostenderemus.

Quare, dilectissimi filii, ut toto conamine adlaboretis ad Tertium propagandum Ordinem volumus: siquidem Tertius Ordo homines vere christianos efficit, non solum per positivas regulae, quam necessitatibus hodiernis accommodavimus praescriptiones, sed etiam et maxime per negativam, ut ita dicamus, actionem, nempe per salutiferas prohibitiones quibus animae a malo retrahuntur et vitiis, a theatris et coetibus inhonestis, a luxu et immoderata cupiditate, ab odiis et rixis, quae ruinae saepe saepius sunt occasiones. Adlaboremus igitur cum Divo Francisco. Unus primo efficitur Tertiarius et proinde vere christianus: ecce anima salvata. Dein alter et alius et decem et mille, et sic sensim, per Tertium Ordinem, virtus regenerans undequaque diffunditur. Multum de S. Francisco speramus, multum confidimus; quia Illum plurimum invocamus: siquidem *singula die*, antequam ad altare accedamus, duodecim *Pater* et *Ave* cum *Gloria Patri* recitamus. Ita, ita: Papa ipse seraphicum tertiariorum pensum quotidie persolvit.

Deinde SSmus plura encomiastice de Ordine nostro dixit, et omnes nostrates ad perfectiorem regularis vitae, quantum circumstantiae ferunt, observantiam incitavit. Et benigne sequentia addidit verba, quae etsi quoad sensum tantum hic referri possint, tamen praegrandi gaudio omnibus nostris prorsus erunt. Unusquisque e religiosis Ordinibus, sicuti et suum proprium characterem, ita et suam specialem gratiam habet. Gratia vestra, o filii S. Francisci, specialis fuit plenissima in S. Sedem et Romanam Ecclesiam fidelitas. Haec est vestra gratia, vestra gloria, vestrumque meritum, videlicet quod Romani Pontifices vos semper habuere devotissimos filios et fidelissimos operarios. Porro sicut in praeterito, ita et in praesenti et in futuro eritis. Plurimum Nos in vobis confidimus. Estote fideles, semper fideles, prout vult D. Franciscus, prout exspectat Papa S. Francisco devotissimus.

Hisce praemissis paternis et solatoriis exhortationibus, Sanctitas sua Patribus genuflexis ac universo Ordini nostro et omnibus Tertiariis Benedictionem peramanter impertitus est.

MONUMENTA ANTIQUA

CELEBERRIMI P. MARCI AB AVIANO (1)

ORATIO AD TURCARUM OPPUGNATORES

O magne Deus exercituum, aspice nos hic ad pedes Majestatis tuae provolutos ut a Te veniam precemur culparum no-

(1) P. Marcus ab Aviano, Provintiae Venetiarum Guardianus et alumnus, sanctitade vitae, spiritu apostolico, gratia curationum rebusque ad animarum salutem et Catholicae Fidei defensionem praeclare gestis factus est toto Orbe notissimus, piissimo Augusto Leopoldo Imperatori carissimus, exercitus christiani adversus Turcas veluti Pater, Tutor et sanctissimae *novae* cruciatae Excitator. Sobieski sapientissimus consiliarius, innumeris prodigiosis factis, auspicante B. M. V civitatem Viennensem ab obsidione alius liberator extitit. Quae maxima victoria quotannis ab Ecclesia celebratur per specialem SS. Nominis B. M. V. festivitatem. Ad tanti triumphi memoriam conservandam, monumentale templum

strarum. Bene scimus nos illud meruisse, et iniquitates, quas quotidie adversus tuam Bonitatem committimus, iram tuam juste provocasse ut arma caperent ad nos opprimendum: O magne Deus, condonationem a Te precamur ex intimo cordium nostrorum, et peccatum detestamur quia tu ipsum exhorres; moeremur propter summam Bonitatem tuam, quam saepe ad iram provocavimus. Ex amore Tui ipsius mallemus millies mori, quam vel minimum facere quod Tibi displicet: adjuva nos gratia tua, Domine, neque permittas ut servi tui pactum infringant, quod modo Tecum inivimus, idcirco miserere nostri, miserere Ecclesiae tuae ad quam opprimendam rabido et potestas infidelium jamjam accincta sunt. Quamvis nobis culpae sit istorum, in has pulchras, et Christianas regiones, facta irruptio, ac quamvis omnia quae nobis obvenerunt mala nihil aliud sit et atque effectus malitiae nostrae, nihilominus nobis propitius sis, o Bone Deus, neque despicias opus manuum tuarum; recordare, Te ad eripiendum nos ex servitute Satanae totum pretiosum sanguinem tuum dedisse: sineres ne ipsum projici et pedibus calcari canum istorum? An ferres fidem, pulchram hanc margaritam, quam tanta opera quaesivisti et tam multo labore emisti, projici ante porcos? Ne obliviscaris, o Domine, fore ut infideles tuum S. Nomen blaphement potentiamque tuam derideant, si permittas ut victoriam de nobis reportent, et millies dictitabunt: ubi est Deus eorum, ubi est Deus eorum? qui eos non potuit liberare de manibus nostris? Ne igitur tibi Domine exprobent, nos a te fuisse permissos rabiei luporum quando Te invocavimus in miseranda maxime angustia nostra.

Veni ad adjuvandum nos o Magne Deus praeliorum : Si Tu es pro nobis, infideles exercitus non valebunt nocere nobis, dissipa gentes quae bellum volunt. Quod nos attinet nihil diligimus nisi pacem Tecum, nobiscum et cum proximo nostro. Corrobora gratia tua Servum tuum Leopoldum Imperatorem Nostrum, confirma animum Regis Poloniae, ducis Lotharingiae, ducumque Bavariae et Saxoniae, nec non pulchri hujus Christiani exercitus, qui jamjam pugnaturi sunt pro honore nominis tui, pro tuitione et propagatione Sanctae tuae fidei. Largire Principibus et exercituum ducibus spiritum Josue, ductum Davidis, bonam Jephte fortunam, fortitudinem Joab, et robur Salomonis militibus suis, ut utrique, tuo favore animati; confirmati per tuum Spiritum, et invicti facti per potentiam brachii tui, communes Christiani nominis hostes consecant et ad nihilum redigent; ac toti mundo manifestent, eamdem Te habere potentiam quam olim ostendisti sub Magnis illis Ducibus. Hoc igitur Domine ut omnia succedant, ad tuam gloriam et honorem, salutemque animarum nostrarum; hoc a Te peto, Domine, nomine illorum; considera eorum fidem, in te credunt, omnia a te sperant, teque sincere diligunt ex toto corde: iterum idem rogo cum sancta benedictione, quam ego ipsis tua ex parte elargior, sperans per merita tui pretiosi sanguinis, in quo omnem confidentiam meam posui, fore, ut velis audire precem meam: quod si mors mea ipsis utilis vel salutaris esse possit, ad illud ipsum in eo-

occasione secundi centenarii liberationis Viennensis hodie fabricatur eo in loco ubi mirabilis B. M. V. imago a P. Marco inventa fuit. Effigies P. Marci una cum Sobieski hodie inspici potest in Vaticanis Aedibus, in Aula ubi imagines Sanctorum nuper beatorum fastis adscriptorum adservantur. P. Marcus obiit Viennae die 13 Aug. 1699. — En elogium ab Imperatore Leopoldo compositum: *Patri Marco ab Aviano — Capucino — Concionatori Evangelicis virtutibus exornato — Viennae Austriae — In osculo Domini sui — Suaviter expiranti — Leopoldus Augustus — Augusta sua — Filiiqae sui — Mœsti posuere.*

rum favorem obtinendum, eam hodie tibi, mi Deus, in oblationem acceptam offero; utique mori si debeam contentus sum: libera ergo arma christiana a malis, quae eis imminent, suspendas brachium irae tuae nobis minitans, et cognitum facias inimicis nostris non esse Deum éxtra te, et te solum potentem esse victoriam et triumphum dare et negare quando tibi placet. Extendo igitur manus meas, sicuti Moyses, ad benedicendum militibus tuis; sustine eos et imprime eis potentiam tuam ut haec sit in ruinam inimicorum tuorum et nostrorum, ad gloriam Nominis tui. Amen.

— Translatum juxta transcriptum Leodii apud Christianum Bronckaert platea R.R. P.P. Jesuitarum.

Ita per me translatum a sermone flandrico in latinum, omni qua potuti exactitudine.

(*Ex antiquo documento in Curia Generali adservato*).

RELATIONES MISSIONUM

COMMISSARIATUS IN REPUBLICA ÆQUATORIS

SUMMARIUM. — Apostolici labores in Colombia meridionali — Innumerae conversiones — 1.000 matrimonia celebrantur — Docilitas populorum — molestissima culecum plaga — Navigatio et praedicatio — Incendium tempore Missionis et indorum integritas — Tristitia nigritarum et publicae amoris manifestationes in Missionariorum discessu — Messis quidem multa, operarii autem pauci — Futurae Missiones.

Ibarra 27 de Agosto de 1884.

.... Hace algunos dias regresé de las misiones de la Corta de Barbacoas y Tumaco siguiendo la multitud de rios que por todas partes se cruzan cuyas orillas y bosques estan cuajados de gente, que probablemente en cálculos muy aproximativos ascienden á 34,000 almas. La Providencia divina ha bendecido nuestras apostólicas tareas. Dejando aparte la multitud de Confesiones y Comuniones, sólo los matrimonios que se han hecho en esta mision han pasado de *mil*. En un solo pueblo llamado Izcuandé el número de ellos se aproximó a 400 matrimonios.

La docilidad de la gente es mucha. Casi todos son negros. Con mucha facilidad aprenden el canto de las letrillas de las misiones; y hay entre ellos que cantan con primor. La dificultad está en reunirse para la mision, porque unos venian de tres, cuatro y cinco dias de camino; y de ellos hubo que hacían 8 dias de camino para asistir a las Misiones, porque están muy desparramados por los rios. En la Cuaresma entera se dió la Mision á Barbacoas, capital del Municipio (Colombia), y despues embarcados en canoas íbamos surcando los rios y ejercitando nuestro ministerio por todas partes que había necesidad. Los negros son muy diestros para manejar y conducir sus canoas, con tanta facilidad como el que conduce un caballo por tierra. Lo que nos molestaba mucho era el « zanjudo », mosquito de trompa larga que se clava sin piedad en el cuerpo de su victima; pero esto casi sólo es de noche que salen de debajo las hojas de los árboles y espesuras de los bosques para protejerse de los rayos solares. Pero la verdadera plaga que todo lo invade es una clase de mosquito llamado « gegén » casi invisible como diminutos granos de arena y despues de la puesta del Sol, sale este inmenso ejército como nube de polvo impelida por el viento que le azota la cara, manos y allí donde puede; la suerte que casi no hace nada, á diferencia del zanjudo, su piquete es como el efecto de las chispas de electricidad al contacto del cuerpo, brotadas de la rueda de la máquina.

Anduvimos tambien con canoa por el mar, la cual como ya sabe es una sola pieza de tronco de árbol, saben ponerle velas, y á no ser porque son tan diestros, no deja de dar muchas veces algun sobresalto, ver aquella debil paja mecerse sobre las espumantes olas que la levantan

y abaten introduciéndose siempre agua dentro de la canoa; pero ellos no hacen gran caso, porque para esto toda canoa lleva balsas que dicen ellos, son dos gruesos palos porosos, uno en cada lado que las sostiene, y despues con el « mate » (coco) van sacando el agua continuamente, mientras el mar está algo borrascoso, aunque á la verdad si son dias borrascosos no se atreven á pasar.

En un pueblo que llaman Magüi, estando la Mision se declaró un horroroso incendio. Mientras la gente estaba en la iglesia en la Mision à las ocho de la noche, una negrita traviesa jugando pegó fuego á la casa pajiza y luego el fuego tomó proporciones alarmantes. Los negros se volvían como locos en gritos descompasados á vista de tan inmenso daño que se quemaban sus casitas, y con llantos y gritos los más adoloridos, echando quejumbrosos ayes al cielo, pedían misericordia. Como todas las casitas son chozas de palo y cubiertas de hoja de árboles, puede calcular qué pareceria aquel incendio en medio de la oscuridad. Los negros ni sabian que hacery por más que los misioneros les decían que echasen alguna casa al suelo para que no se comunicase el fuego, ni oían, ni veian, ni atendían, sino solo un clamoreo general sacando de sus casas lo que podían. Entonces procuré si la iglesia podía salvarse. Saqué el Santisimo, arranqué del altar el estandarte de Mision de la Divina Pastora y nos subimos á un monte que dominaba el pueblo sentado á la falda junto al rio. Doce casitas estaban ardiendo y con siniestros resplandores alumbraban aquella comarca, con las llamas que subían envueltas en torbellinos de humo, sólo para dejar ver aquel cuadro de devastacion, y aquel ir y venir, y orar y gritar de los negros. Por fortuna al llegar el fuego á una esquina de una calle no pasó mas adelante, y de un pueblo de doscientas casas solo estas doce se perdieron. Aunque siempre fué pérdida sensible, y los pobres negros fueron tan honrados, que solo por haberse dicho que cuidado que se llevaran nada de cuanto habían encontrado, pusieron una cuerda tirada en la puerda de la iglesia, y allí cucharas de plata, ropa, alhajas, estuvieron allí dias sin que nadie las tocara hasta que saliera dueño. Me acuerdo que un sable viejo que no valía dos cuartos estuvo allí como unos ocho dias. Sería de algun negro de los sargentos de los antiguos ejércitos.

Cuando salía la Mision de estos pueblecitos; qué demostraciones de sentimiento hacían los pobres negros! lloraban, levantaban sus manos al cielo! En Guapi, nos seguían clamoreando y dando voces acompañadas de lágrimas y tiernos suspiros por la orilla del rio, tras la canoa en que llevábamos enarbolado el estandarte de la Divina Pastora; Ah si los nuevos Levitas del Santuario vieran las necesidades de estos desiertos en donde no hay Sacerdotes, y la gente son de tan buena voluntad, cómo vendrían á dejar oir su voz en medio de ellos, para que resonara por estas inmensas regiones, y se alegraran los montes y los collados, cómo cabritos saltarían de alegria!... Nos hacian muchas demostraciones de gozo para recibirnos. Formaban sus lineas de canoas y disparaban sus escopetas y trabucos viejos gastando mucha pólvora, que este es uno de los recursos principales para sus dias de grande regocijo. Las canoas las engalanan muy bien. Entre otras una vez nos clavaron en la proa de la canoa un elevado palo, y todo de arriba abajo estaba cubierto de festones, banderolas formadas de pañuelos y con su música, y al bajar los rios se corresponden con señales los de tierra; luego al llegar al punto de mision que diriamos al puerto, hay en el una banda de tambores que tocan con mucha gallardía y desenfado los negros, empieza el tiroteo de una y otra parte, y mientras tanto nue-

stra flamante galera, vá haciendo sus evoluciones, es decir, en medio del anchuroso rio le hacen dar con toda gallardía tres vueltas redondas, que para ellos es señal de maestría y saber en la náutica el hacerlo con precision y velocidad, al toque de una música de los negros, y redoble de tambores y fuego contínuo de uno y otro lado. Pobre gente! Dios les reciba gustoso, y en su gran misericordia les pague estas demostraciones que en su sencillez hacen en honor de la Religion, y en el dia del juicio esta sencillez y humildad de esta pobre gente, causará mucha confusion y vergüenza a muchos soberbios de Europa.

Por lo demas, ya podrá comprender, mi carisímo y recordado P. que todo esto nosotros lo referimos á Dios, y que si le escribo estas costumbres y devociones de esta pobre gente, es para satisfacer la santa curiosidad, sobre todo de la juventud consagrada al servicio de Dios, para llevar un dia la antorcha de la fe á los paises que todavia yacen en la noche de las tinieblas: y al mismo tiempo para que sirva de consuelo á los buenos católicos; y para que su Paternidad no me trate de olvidado y perezoso viendo que nada le escribo, sobre todo relativo á las Misiones.

Ahora se van á abrir tambien las Misiones de Caquetá(Colombia) bajo los auspicios del Delegado Apostólico y Obispos. Hay mucho entusiasmo, más faltan operarios; á no ser que las encarguen á alguna Òrden Religiosa de misioneros, es dificil se extiendan á lo largo del Amazones. Acordarase, que allí están tambien, pero ya en el Ecuador, los restos de Misiones antiguas y entre otras me acuerdo de Barbastro, en donde fueron pasados á cuchillo en una noche los españoles por los gíbaros, indios salvajes. Ahora hay grandes esperanzas, sobre todo si se adopta un buen plan de Misiones.

... Saludos y rueguen por su afectísimo

Fr. Melchor de Tivisa, *Capuchino.*

MISCELLANEA

Provincia Lucaniae (Basilicata). — Moderator Provincialis, Capituli Provinciali exitum suis subditis notificat per epistolam circularem, sub die 18 Decembris 1884 typis (1) mandatam, in qua de instauratione Provinciae magis magisque perficienda, de collegiolo ad juvenes, qui ad ordinem destinantur statim opere complendo, de novo conventu redimendo, deque revocandis dispersis ad conventus redemptos, agit.

Provincia Ianuensis (Genova). — P. Provincialis fratribus suae Provinciae notam facit Curiae Generalis futuram sortem, atque de modo tantae calamitati subveniendi etc. pertractat. Notandum est, quod nuper in hac provincia habitum est *capitulum per convocationem,* sub praesidentia et sapienti directione Rmi. P. Stanislai a Ianua Definitoris Generalis, magna cum omnium fratrum utilitate atque aedificatione. Etenim post decem et octo dispersionis annos omnia capitula per simplices schedulas separatim fiebant.

Hispania. — Mense Decembris, de amplissimi Barcinonensis Episcopi facultate et munificentia deque Generalium Superiorum licentia, nova Ordini Nostri residentia erecta est in percelebri civitate Barcinonensi (Barcelona), ad devotissimum humileque Sanctuarium sub titulo *B. M. V. de Auxilio,* vulgo « Nuestra Senora de la Ayuda ». Sic, post quinquaginta circiter annos a civili suppressione, PP. Capuccini hispani in marianis aedibus collocati, in secunda Hispaniae civitate restituuntur, auspicante B. M. V. Montserratensi, quae primos Ordinis Nostri Fratres ab exordiis benigne receperat atque per totam Hispa-

(1) Epistolas circulares PP. Provincialium typis mandatas, tunc ex parte recensebimus, quando aliquid contineant, cujus notitia utilis esse possit.

niam propagaverat, ut constat ex documentis atque ex sigillo antiquae Provinciae Catalauniae, in quo Montserrat stemma atque imago perspicitur.

Hollandia. — Nuper canonice erectus est conventus *Oud-Zevenaar*, magna cum totius regionis spirituali proventu. Unde haec recentissima provincia novis quotidie ditatur incrementis, ad majorem Ordinis nostri decorem.

STATUS PROVINCIAE ROMANAE

Ianuario 1885.

Provincia Romana numerat 35 Conventus, quorum nomina, fundationis annus et Ecclesiae Titulus sunt:

1. **Roma** *(Roma)*. 1626. Immac. Concept. B. M.V.
2. **Albanum** (*Albano*). 1619. S. Bonaventura.
3. **Aletrium** (*Alatri*). * 1566. S Petrus Apost.
4. **Anagnia** (*Anagni*). 1575. S. Petrus Apost.
5. **Anticulum** (*Anticoli*). * cc. 1450. S. Maria in Camp. olim Min. Oss.
6. **Aquipendium** (*Acquapendente*). * 1575. S. Franciscus Assis.
7. **Balneoregium** (*Bagnorea*). * 1586. S. Bonaventura.
8. **Bassanum** (*Bassano*). * 1580. Immac. Concept. B. M. V.
9. **Centum Cellae** (*Civitavecchia*). 1713. S. Felix a Cantalicio.
10. **Civitas Ducalis** (*Civita Ducale*). 1569. S. Maria a Monte.
11. **Cynthianum** (*Genzano*). 1636. S. Franciscus Assis.
12. **Farnesium** (*Farnese*). 1485 S: Franciscus Assis.
13. **Fescenia** (*Civita Castellana*). 1577. S. Laurentius Martyr.
14. **Forum Cassii** (*Vetralla*). * 1585. S. Antonius Patav.
15. **Gallesium** (*Gallese*). 1550. S. Franciscus Assis.
16. **Horta** (*Orte*). * 1596. S. Michael Archangelus.
17. **Mons Eretus** (*Monterotondo*). * 1609. S. Franciscus Assis.
18. **Mons Faliscus** (*Monte Fiascone*) 1579. S. Felicitas Martyr.
19. **Mons S. Ioannis** (*Monte S. Giovanni*). 1537. S. Ioannes Bapt.
20. **Palanziana** (*Palanzana*). * S. Antonius Patav.
21. **Paleanum** (*Paliano*). 1585. S. Petrus Apost.
22. **Praeneste** (*Palestrina*). * 1570. S. Crux.
23. **Reate** (*Rieti*). * 1578. SS. Maron. et Bonaventura.
24. **Rianum** (*Riano*). * 1582. S. Domus Mariae Lauret.
25. **Roncilio** (*Ronciglione*) * 1698. S. Franciscus Assis.
26. **Scaptinea** (*Scandriglia*). S. Nicolaus a Bar.
27. **Setia** (*Sezze*). 1612. S. Franciscus Assis.
28. **Signia** (*Segni*) 1594. S. Franciscus Assis.
29. **Sublacum** (*Subiaco*). * 1587. S. Barnabas Apost.
30. **Tibur** (Tivoli). 1693. S. Crux.
31. **Tulfa** (*Tolfa*). * 1622. S. Franciscus Assis.
32. **Tusculum** (*Frascati*). * 1575. S. Franciscus Assis.
33. **Varcenum** (*Guarcino*). * 1869. S. Maria V. Dolores.
34. **Velitra** (*Velletri*). * 1609 S. Crux et S Rochus.
25. **Viterbium** (*Viterbo*) * 1589. S. Paulus Apost.

NOTULA (*) indicat Coenobia anno 1870 civiliter suppressa, deinde a Nostris iterum recuperata.

Octo Conventus anno 1870 clausi sunt:

1. Aspra, 2. Bracciano, 3. Campagnano. 4 Castelvecchio, 5. Collevecchio, 6. Ficulle, 7. Orvieto, 8. Torri.

Status personalis Provinciae Romanae:

Sacerdotes in Provincia	165
Sacerdotes extra Provinciam . .	5
Sacerdotes in Missionibus . . .	30
Sacerdotes studiosi Theologiae . .	15
Clerici studiosi Theologiae . . .	6
Clerici studiosi Philosophiae . . .	30
Clerici in Professorio	12
Clerici Novitii	20
Laici in Provincia.	149
Laici in Missionibus	9
Laici Novitii	8
Numerus summarium	449

BIBLIOGRAPHIA

Opuscula occasione Constitutionis « Misericors Dei » a fratribus nostris edita.

Anonimo Cappuc. Regola del Terz' ordine di S. Francesco d' Assisi secondo le recenti disposizioni di Sua Santità Leone XIII e nuovo cerimoniale con un cenno storico sul Terz'ordine, sul Perdono d' Assisi, alcune novene e alcune preci. Undicesima edizione, Milano presso Antonio Guzzetti libraio editore,

via S. Maurilio num. 9. 1884 — Prezzo centesimi 10.

Anonymus Capuc. Das Ordensleben in der Welt, oder Gründung, heilige Regel und Lebensweise des dritten Ordens, vom heiligen Franziskus gestiftet. Nebst den heil. Tagzeiten zur Ehre der seligsten Jungfrau Mariä und für die Vestorbenen. Herausgegeben von einem Priester der nordtirolischen Kapuziner-Provinz. Achte Auflage. Mit Erlaubniss der Obern. Innsbruck. Druck und Verlag von Fel. Rauch 1883. Sedezformat. 688 Seiten. Ungenbunden 1 fl. - 2 Mark.

Anonymus Capuc. Neuestes Regelbüch'lein für die Mitglieder des dritten Ordens des hl. Vaters Franziskus. Nach der neuesten Verordnung des Papstes Leo XIII. Von einem Mitgliede des Kapuziner-Ordens, rheinischwestphälische Provinz. Mit Erlaubniss der geistlichen Obern. Verlag von Franz Kirchheim in Mainz 1884.

Anonymus Cap. — Régle du Tiers-Ordre Séculier de Saint François confirmèe et modifiée par Léon XIII suivie d' une bréve explication de questions sur le Tiers-ordre et d' un catechisme sur cette règle etc. — Par un Père des FF. Mineurs Capucins de la Province de Lyon - 2.° édition, revue taugmentée — Lyon Delthomme et Brignet — 3 Av. de l' Archevéchè Edouard Robau — 6, Place Bellecour 1884 — Tous droits réservés.

Fulgentius (P.) Hinterlechner von Gossensass. Seraphisches Handbuch für die Mitglieder des III. Ordens des hl. Vaters Franziskus von Assisi. Für Priester und Volk in Stadt und Land verfasst von P. Fulgentius Hinterlechner, Ord. Cap. der nordtirol. Provinz, d. Z. Direktor des III. Ordens in Radstadt, Herzogthum Salzburg. Achte, nach den neuesten päpstlichen Entscheidungen bearbeitete und vermehrte Auflage. Mit Approbation und Empfehlung des Hochwürdigsten f. e. Ordinariates Salzburg, und Erlaubniss der Ordensobern. Anempfohlen von den Hochwürdigsten P. T. Bischöflichen Ordinariaten: Augsburg, Baltimore (Amerika), Basel, Breslau, Brixen, Brünn, Budweis, Ermland, Freiburg im Breisgau, Fünfkirchen, Gurk, Hildesheim, Königgrätz, Lavant, Leitmeritz, Linz, München-Freising, Neutra, Olmütz, Paderborn, Prag, Raab, Rottenburg, S. Gallen, S. Pölten, Speier, Stuhlweissenburg, Trient, Veszprim, Würzburg. Salzburg, 1884. Verlag von M. Mittermüller, Buchhandlung und Antiquariat für katholische Literatur in Salzburg. Sedezformat 520 Seiten. Geb. in Leinwand mit Futteral 80 kr, Mark 1.60.

Hilaire (P.) d'Anvers. — Petit manuel du Tiers-Ordre de Saint François d'Assise, d'après l'édition pontificale de Sa Sainteté Leon XIII, impimée à la Propagande, par le R. P. Hilaire d'Anvers, des Fréres Mineurs Capucins. — V. H. Casterman Èditeur Pontifical, Imprimeur de l'Èveché. Tournai, 1884.

Ottavio (P.) da Napoli. — Il Terziario Francescano secolare, diretto nella via della perfezione del P. Ottaviano da Napoli Cappuccino. — Napoli, R. Stab. Tip. di Domenico de Falco e F. Via Salata a' Ventaglieri, 14. 1884. — *Si vende nella Libreria di Lorenzo Lapegna, Via Trinità Maggiore 42, Napoli* L. 1.

Folia periodica a fratribus Ordinis nostri edita, ad utilitatem praecipue Tertiariorum

Annali dell'Ordine dei frati Min. Cappuccini. *Scritti ed illustrati dal* P. PELLEGRINO DA FORLÌ *ex Def. Gen. Cappuccino.* — « Questa pubblicazione, benedetta da S.S. LEONE XIII forma una utile lettura per i cattolici, e specialmente per i Terziari di S. Francesco.

È aperto l'abbonamento al volume IV che uscirà in fascicoli mensili, incomin-

ciando dal gennaio 1885 con carta distinta, illustrati, come i tre precedenti, (1) e sarà chiuso in decembre 1885 con pag. 640 al prezzo di L. 12. — Per l'estero Europa L. 15. — Per gli altri Stati L. 18. Rivolgersi:

Al Direttore della Tipografia di san Giuseppe. — Via S. Calocero N. 9. — Milano.

Annali Francescani. Periodico dedicato agli ascritti del terz'ordine che si pubblica per cura di alcuni Padri Cappuccini. « Scopo di questo Periodico è di far rivivere lo spirito di S. Francesco d'Assisi e di diffondere sempre più la meravigliosa sua Istituzione del Terz'ordine. Questa lettura serve a far conoscere la storia, com'è non solo del Terz'ordine, ma anche del Primo. »

Esce una volta al mese in un fascicolo di pag. 32 con copertina colorata.

Le associazioni decorranno da gennaio a dicembre. Il prezzo è: Per l'interno L. 4. — Per la Francia, Belgio, Germania, Inghilterra, Austria, Tunisi e Svizzera L. 8. — Rivolgersi alla *Redazione degli Annali*. Francescani convento dei Cappuccini, fuori di Porta Venezia. — Milano.

Annales Franciscaines. *Bullettin mensuel 24 Année.* — Paraissent le 1er de chaque mois en une livraison de 32 pages in-8°, avec couverture de couleur, et forment tous les deux ans un fort volume de 768 pages, augmenté d'une table générale des matières.

Les abonnements sont d'un an, et commencent au mois de septembre. Le prix de l'abonnement est de 3 FRANCS pour la France, et de 4 FRANCS pour l'étranger; on est prié d'envoyer cette somme en un mandat sur la poste à l'ordre MM. POUSSIELGUE FRÈRES, rue Cassette, 15, à Paris.

(1) I tre volumi sono vendibili al prezzo di L. 36, ed il primo si vende anche separatamente per L. 12.

Les communications qui concernent la rédaction, les notices nécrologiques, les questions sur le Tiers-Ordre et les recommandations doivent être adressées par lettres affranchies à M. le DIRECTEUR des *Annales Franciscaines*, 15, rue Cassette, à Paris.

Eco di S. Francesco d'Assisi. Rivista sacra, francescana. Anno 12°. Ogni 15 giorni si pubblica un fascicolo di pagine 40 che contiene due vignette con soggetti sacri, ritratti d'attualità, specialmente d'illustri francescani. Per l'associazione spedire L. Tre al Direttore dell' Eco di S. Francesco d'Assisi in S. Agnello in Sorrento.

El Mensajero Seráfico *revista mensual dedicada á los terciarios y devotos de N. S. P. San Francisco de Asis en Espana y América dirigida por los FF. Menores Capuchinos de San Francisco. Anno II.* — Se publica en Valladolid el 1.° de cada mes en folleto de 32 páginas con cubierta de color. Todas las suscriciones y manuscritos deben dirigirse á *Valladolid, calle de los Menores, 4 principal.*

El precio de la suscricion va de setiembre á setiembre y cuesta 3 pesetas en Espana y 4 francos en los estádos europeos de la union postal.

Franciscan Annals. And Monthy Reco of the Third Order. — Honoured with the Blessing and Commendation of our Holy Father Leo XIII., and encouraged by several Archbishops and Lishops, the FRANCISCAN ANNALS are published Monthly. with the approbation of the Right Rev. the BISHOP of the DIOCESE.

PRICE FOURPENCE. A REMITANCE OF FOUR SHILLINGS WILL ENSURE THE REGULAR AND EARLY SUPPLY OF THE WORK FOR TWELVE MONTHS.

Subscribers' names may be sent to Rev. F. DAVID, S. Anthony's, Lordship.

Lane' East Dulwich, London, S. E., to Franciscan Monasteries. and to the Principal Booksellers.

On any change of address occurring, notice of it should be given to the above.

When payment is sent in Stamps, *Halfpenny ones* will greatly oblige.

Back Numbers Wanted: February 1877 and February 1878.

Emanuele (P.) da Napoli. I Cappuccini nella peste napoletana del 1656. Memorie storiche inedite del P. Emanuele da Napoli Cappuccino, pubblicate ed annotate dal P. Bonaventura da Sorrento dello stesso ordine, seconda edizione migliorata ed accresciuta. — S. Agnello di Sorrento, Tipografia all'insegna di S. Francesco d' Assisi, 1884. Un volume dì pag. 88, lire Una.

Gabriel (Rmus. P.) de Varceno. — Compendium Theologiae Moralis ex opere morali Scavini, Gury et Charmes concinnatum et ad sententias Constit. Apostolicae Sedis ac Sacr. Congregationum recentiorum decisionum redactum a Fr. Cabriele de Varceno Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum Definitore Generale, Sacrae facultatis Lectore emerito, SS. Congreg. Concilii ac de Propaganda Fide Consultore, Theologo Datariae et Cleri Romani examinatore Apostolico. Editio VIII[a] accuratius emendata et aucta - Augustae Taurinorum ex Typographia Pontificia et Archiepiscopali Tq. Petri Marietti 1884. Tom. 2 - p. 672 - 680 Libelle 13.

Prosper (P.) de Montagnè *Min. Capucin.* — La scolastique et les traditions franciscaines par Fr. Prosper — 2. Artic. extrait de la Revue des sciences ecclesiastiques. Amiens Imprimerie Rousseau — Leroy. 16 Rue Saint-Fuscien, 1884 — pag. 46-50. (96.)

Puecher Passavalli (Mons. Luigi). — Prediche dette al popolo dal P. Luigi Passavalli dell'Ordine dei Cappuccini, Predicatore emerito del Palazzo Apostolico ora Arcivescovo di Iconio. Milano Tipografia di Serafino Ghezzi, Via A. Manzoni, Vicolo Facchini, num. 6. 1884. Un volume di pagine 444 L. 4,50.

Norbert (p.) Stock. Religion und Vaterland. Gedichte von Bruder Norbert Capucinet. Junnsbruck, Verlag der Vercins-Buchhandlung 1834.8. Format. Preis. ungebunden 5 Franc.



NECROLOGIA

Eusebius Magner (Ilmus. et Rmus. P.) a Montesancto. Ejus obitum, virtutes et merita, Rmus. P. Generalis sequentie pistola toto Ordini nuntiavit: *RR. Patres et VV. Fratres!* Dum maxima cor Nostrum afficiebatur laetitia ob praegrandem, quo immortalis Pontifex Leo XIII. humilem Ordinem Nostrum prosecutus est, honorem, benemeritissimum Nostrum Confratrem Dominum Gulielmum Massaia Stauropolitanum Archiepiscopum inter Purpuratos Patres, omnibus plaudentibus, adnumerando; repente perculsi sumus amarissimis litteris, quibus Nobis annuntiabatur alium ex praeclarissimis nostris Patribus Dominum Eusebium Magner die 15 Augusti, post dirum et diutinum morbum Urbeveteri, cujus civitatis erat Episcopus, sacramentis refectum mortem oppetiisse, anno aetatis suae sexagesimo primo, religiosae vitae quadragesimo quarto, episcopatus tertio cum dimidio nondum expletis: quod quidem infaustissimum nuntium, prout afficii nostri est, vobis singulis dolenter communicamus. — Ortum habuit Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Fr. Eusebius Magner

in perillustri oppido Firmanae dioeceseos quod Montem Sanctum vocant, honestissimis parentibus die 1.° Novembris 1823. Prompto et perspicaci ingenio praeditus nec non divina gratia praeventus, adhuc adolescens mundi vanitates exosus, et omnibus abdicatis, die quinta Septembris anni 1839 in nostra Picena Provincia habitum sumpsit. Studiis speculativis summa laude confectis, toto animo sacrae eloquentiae incubuit, quam semper in deliciis habuit, et mirifice docuit. Hinc Celebriores Italiae urbes Bononia, Ianua, Venetiae, Panormum, Florentia, Roma inter primos oratores salutarunt, pluriesque audire cupierunt; et immortalis memoriae Pontifex Pius IX vertente anno 1867 percifficile et summum Concionatoris Apostolici munus Ei contulit, quo maximo Sui et Ordinis decore, communique favore, usque ad annum 1881. — Merita autem virtutesque mentis et cordis, quibus in verbi ministerio emicuit Ordini et Ecclesiae ita acceptum reddidere, ut quamplura Ei honoris munera collata fuerint. Provincia siquidem Picena Definitorem habuit; ad Urbem vocatus anno 1856 Praeses Collegii exterarum Missionum deputatus fuit; hinc Minister Generalis Illum sibi in Consultorem elegit, deinde in Generalem Definitorem semel et iterum assumptus est, Sacrae vero Congregationes Indicis, Rituum ac de Propaganda Fide inter suos Consultores adnumerarunt, ac demum Sapientissimus Pontifex Leo XIII Ipsum Ameriae primum Episcopum constituit, et tandem ad honorabiliorem Sedem Urbevetanam transtulit. — Ad Episcopalem dignitatem evectus numquam Reverendissimus et Illustrissimns Dominus Fr. Eusebius Magner religiosae professionis oblitus est: nam virtutes Episcopi proprias cum iis, quae humili Capuccino conveniunt, mirifice jungens, summorum virorum existimationem, populorum amorem, omnium venerationem adeptus est. Eumque nunc Dioeceses, quae Pastorem habuerunt, sibi praereptum vehementissime dolent. — Nos coelestem jam patriam assecutum esse, ibique virtutum et exantlatorum pro Dei gloria laborum praemiis perfrui firmiter opinamur: in qua quidem spe summopere confirmamur Eiusdem obitus diem considerantes; illa enim solemnissima fuit, in qua catholica Ecclesia Assumptionem ad Superos Beatissimae Virginis celebat. Cuius venerabilis Frater Noster gloriam maxime promovit, laudesque semper praedicavit: Nihilominus sicu Scrutator omnium Deus in Angelis quoque suis reperît pravitatem, ita forsan aliquid de mundana sorde adhuc expiandum Ipsi remanere posset. Quapropter Vos omnes Venerabiles Patres et Fratres rogamus, ut consuetis triplicibus suffragiis a pientissima divina misericordia imploretis, ut quantocius tanto Patri ac Fratri Nostro perpetua requies concedatur. — Et dum Nos quoque omnium orationibus commendamus, paternam benedictionem singulis peramanter impertimur.

Datum Romae, ex nostro Immaculatae Conceptionis Coenobio die 21 Augustî 1884.

Devotissimus in Christo Servus
Fr. Bernardus ab Andermatt
Totius Ordinis FF. Minorum Capuccinorum Minister Generalis (l. I.)

Petrus-Antonius (A.R.P.) a Vithena, quem Submagistri, Guardiani, Custodis ac Definitoris muneribus summa cum laude iterato perfunctum esse nemo est qui nesciat. Quam vero suis extiterit, ob cordis praesertim clementiam, sodalibus acceptus, patet ex eo quod dilectam hanc Provinciam iterum ac tertio ipsi regendam addidere. Hoc auctus honore, est oneribus magis attritus, Urbem profectus, est ut generalitiis Ordinis comitiis nuperrime celebratis interesset, cum inde loci rediret, pallida heu! mors, in Cœnobio ad

Pedem Cryptae prope Neapolim, pium religiosum, charitate fervidum, aetatis suae anno 65, vitae claustralis 45, die 23 Maji 1884, eum ex inopinato abripuit.

Antonius Maria (A. R. P.) Oberndorfer ab Eschenbach, natus 17. Junii 1821, perfecit studia sua Ratisbonae et in Universitate Monachii. Deo vocante Religionem nostram ingressus in Provincia Bavarica, abhorruit omnes dignitates, propter suam probitatem autem ad omnes fere Ordinis gradus evectus est. Fuit Lector Philosophiae et Theologiae, saepius Guardianus majorum Conventuum, Definitor actualis quasi perpetuus, Provincialis et iterata vice Commissarius Generalis. Interfuit etiam qua Custos Generalis Capitulo Generali anno 1853 Romae celebrato. Omnibus autem officiis suis solerter fideliterque satisfacere curam egit. In regularis observantiae ac disciplinae zelo omnibus Fratribus praelucens, nec in ullo puncto sibiipsi exemptionem concessit. Divino Officio die atque media nocte interesse, Confessionale quam indefesse frequentare, litteris incumbere, et quod superfuerit temporis, devotioni praesertim in B. V. Mariam insumere, A.R. Patri sancta consuetudo erat. Quamvis ex longiore jam tempore diris cruciatus morbis, attamen usque ad 17. Aprilis 1884, quo die apoplexia correptus fuit, dolores suos nemini nisi Deo manifestavit. Hunc novissimum singularis characteris morbum, quo durante a chirurgo plures acerbae operationes necessariae habebantur, non solum constante animo, imo vere mirabili patientia pertulit. Tali poenitentia purgatus et saepe Sacramentis munitus, placidissime in Domino efflavit animam Vetoettingae (Altoetting) die 2. Junii 1884. Funeri ejus, non obstante adversa tempestate, numerosa hominum multitudo interfuit.

Rogerius (R.P.) ab Issy l'Evéque, dioecesis Augustodunensis, 3 januarii 1848 natus est ex familia coelestibus benedictionibus mirum in modum cumulatâ, cum ex ejus fratribus tres, et e sororibus duae, voce divinâ vocante, perfectionis semitam amplexi sint. Aquis Sextiis, in domo Santae Crucis apud Patres quos Recollectionis vocant, humanis litteris initiatus, ex hoc jam tempore pietatis, modestiae aliarumque virtutum exemplar se praebuit.

Habitu Seraphico 29 septembris 1866 Aquis Sextiis indutus, tanto cum ardore novitiorum exercitia amplexus est quod mox verus Seraphici Patris filius inveniretur, votaque sua simplicia anno sequenti emisit. Missus tunc Cristae ut ibi Philosophiae et Theologiae studiis operam navaret, nusquam ab Observantiae Regularis exercitationibus remisit animum, nec unquam in Sacris litteris comparandis labori pepercit.

Tempore studiorum vix expleto, ad munus primo quidem historiae ecclesiasticae explanandae, anno vero sequenti Theologiae dogmaticae et ipse magister electus, discipulis sibi commissis non minus virtutum omnium exemplo quam doctrinâ profecit. Imminente vero Religiosorum Galliae e suis domibus exturbatione, cum juvenibus Scholariis nostris exul factus, in Helvetiâ, tum Seduni, tum Friburgi, officio Lectoris fungens, nullam verbi divini ad populum praedicandi occasionem praetermittebat.

Non mediocri enim animarum zelo succensus, ad hoc saluberrimum conversionis animarum opus omnes suas vires impendere cupiebat. Cujus voti anno 1883 quasi ex parte compos factus, Massiliam ad sanitatem reficiendam adscitur. Quo ex tempore, licet valetudine infirmâ, muneribus, tum praedicationis, tum audiendarrum confessionem magno cum animarum proventu totus incubuit. Contagione vero cholericâ Massiliae grassante, ad sacrum ministerium exercendum in monasterio Sororum Sanctae Crucis ubi lues maximâ vi saeviebat (duodecim enim in

hac domo infra aliquot dies e vitâ discesserunt) invitatur. Nuntio cum gaudio accepto, omnia in cellulâ circumque quasi non reversurus (praesentiebat enim eventum) disponit, statimque ad locum assignatum pergit. Quarto die nondum elapso, et ipse terribili morbo corripitur, et propriam vitam pro conservatione R. Adm. P. Guardiani, qui contagione jam affectus erat et illi tunc assistebat, Deo inspirante et acceptante offert. Deinde omnibus Ecclesiae Sacramentis munitus, Christi crucifixi imaginem osculans et super pectus premens, ore sereno et gaudio circumfusus, victima charitatis, obdormivit in Domino, die 20 julii 1884, annos natus sex et triginta, quorum octodecim in Religione trasegit.

Rogerius (V. F.) a S. Eligio dioecesis Tolosanae, anno 1859, die 20 mensis aprilis natus, in schola seraphica Tolosana educatus habitu nostro die 8 aprilis 1877 indutus est. Prima sua vota Deo reddidit anno sequenti, votaque sua solemnia. Oriolae in Hispania, die 12 mensis junii 1881. Jam subdiaconus, suppliciter tunc a R. Adm. P. Provinciali petiit ut ad Missiones exteras mitteretur, navimque ascendebat cum duobus sociis sacerdotibus in festo Nativitatis Domini ejusdem anni.

Orphanorum educationi Aden adscriptus, huic muneri se totum cum multo fructu impendebat et super impendebatur quum, quasi subito correptus, ardentioris zeli victima, animam suam Deo reddidit flentibus et Fratribus et orphanis, mense maii 1884, annos natus viginti quinque, a vestitione sua anno octavo vix inchoato.

R. I. P.

Fratres defuncti,
quorum nomina
per Kalendaria 1885 nota facta sunt.

In Provincia Romana

1884. — *1 Januarii.* Velitris, Fr. Raphael a Dortona Laicus.
» — *7 Februarii.* Romae, R. P. Laurentius a Zagarolio Concionator pluries Vicarius ac Guardianus.
» — *5 Martii.* Aletrii. R. P. Felix a Varceno Concionator.
» — *28 Martii.* Romae, Fr. Tobias ab Arcepapae Laicus.
» — *24 Aprilis.* Palantianae, R. P. Thomas a Petrella Concionator pluries Guardianus.
» — 5 *Maji.* Romae, Fr. Augustinus a Varceno Clericus.
» — *8 Junii.* Viterbii, Fr. Flavianus a Montefalisco Laicus.
» — *16 Julii.* Romae, Fr. Felix a Castrovetere, Laicus.

In Provincia Bononiensi

1883. — *15 Dec.* Bononiae, P. Angelus ab Imola Concionator.
1884. — *14 Jan.* Forilivii. P. Aloisius a Luco Concionator.
» — *1 Febr.* Imolae, Fr. Joseph a Tiberiaco Laicus.
» — 13 *Febr.* Bastiae in Corsica, Adm. R. P. Bonaventura a Ferraria, Concionator.
» — *31 Martii,* Imolae, R. P. Thomas a Villanova Concionator.
» — 1. *Aprilis.* Imolae. Fr. Franciscus ab Imola, Laicus.
» 25. *Aprilis.* Faventiae, Fr. Ignatius ab Imola, Clericus.
» — *26 Junii.* Bononiae. R. P. Fulgentius a Porrecta Concionator.
» — *26 Junii.* Castri S. Petri. Fr. Clemens a Campeggio Laicus.

Nihil obstat.

Fr. BERNARDUS ab ANDERMATT Min. Gen. Capucc.

Sacerdos Ioannes Savini, Director responsabilis

ANALECTA ORDINIS MINORUM CAPUCCINORUM

ACTA ROMANO FRANCISCALIA

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE XIII

LITTERAE APOSTOLICAE

QUIBUS CONFIRMATVR IUDICIVM

A CARDINALI ARCHIEPISCOPO COMPOSTELLANO LATVM

SVPER IDENTITATE CORPORIS

S. IACOBI M. APOSTOLI

ITEMQUE SS. ATHANASII ET THEODORI

DISCIPVLORVM EIVS

LEO EPISCOPVS

SERVVS SERVORVM DEI

AD PERPETVAM REI MEMORIAM

Deus Omnipotens, qui mirabilis est in Sanctis suis, providentissime voluit, ut, quum eorum animae caelo receptae gaudio perfundantur sempiterno, corpora condita terris singulari observantia colantur ab hominibus et religionis splendore honestentur. — In his vero Dei providentia et misericordia luculenter apparet, qui cum multa sinat per ea divinitus accidere, simul et utilitati consulit nostrae, et gloriae, quam sancti sui consequuntur in terris. Haec enim caelitum beatissimorum pignora, quae nobiscum manent, quoties invisimus, toties admirabilem praeclarissimarum virtutum seriem, quibus, illi in mortali vitae cursu in exemplum ceteris praeluxere, memoria repetimus, et ad eas imitandas vehementer adducimur. Sunt autem, teste Ioanne Damasceno, sanctorum corpora perennes in Ecclesia fontes, ex quibus tamquam rivuli salutares effunduntur in populos christianos dona caelestia, beneficia, et ea omnia quibus maxime indigemus. — Quapropter non mirum est, si providentis Dei consilio nonnulla sanctorum corpora, quae antea in oblivione posteritatis velut in tenebris delitescebant, his potissimum temporibus inlucem prodeant, quibus et Ecclesia maximis agitatur fluctibus, et egent christiani acriori ad virtutem incitamento. Hoc nostro vertente saeculo cum a potestate tenebrarum teterrimum indictum fuerit bellum adversus Dominum et adversus Christum eius, auspicato quidem et divinitus inventi sunt sacri cineres sancti Francisci Assisiensis, sanctae Clarae Virginis Legiferae, sanctorum Ambrosii Pontificis Doctoris, Gervasii et Protasii martyrum, Philippi et Iacobi Apostolorum. — Horum in numerum adsciscendi sunt sanctus Iacobus Maior Apostolus et discipuli eius Athanasius et Theodorus, quorum corpora nuper in templo principe civitatis Compostellanae reperta sunt.

Ex constanti et pervulgato apud omnes sermone, iam inde ab Apostolorum aetate, memoriae proditum est, publicisque Decessorum Nostrorum litteris confirmatum, sancti Iacobi corpus, postquam ille ab Rege Herode capitis damnatus, martyrium fecerat, a duobus discipulis eius, Athanasio et Theodoro clam fuisse subductum. Hi cum valde metuerent reliquias sancti Apostoli nullas futuras, si Iudaei corpore potirentur, eo in navim imposito, solverunt ex Iudaea, deinde sospite transmissione attigere Hispaniam, eamque circumvecti ad extremas Gallaeciae oras appulerunt, ubi uti pia et antiqua traditio habet, post Christi in

caelum ascensum sanctus Iacobus, divino consilio, apostolico munere functus erat. Ibi quum Hispaniensem civitatem quae Iria Flavia nominabatur, accessissent, in praediolo quodam manere decreverunt, mortalesque Apostoli exuvias, quas secum evexerant, in crypta saxo defossa, intra loculum romano opere constructum condiderunt, parvumque supererexerunt sacellum. Sed exacto vitae cursu cum Athanasius et Theodorus naturae concessissent, christiani, qui ea loca incolebant, tum propter eximiam de duobus viris opinionem, tum ne hi a corpore quod in vita sancte asservaverant post mortem seiungerentur, ambos in eodem sepulcro composuerunt unumquemque ad Apostoli latus. — Vexatis paullo post caesisque christianis, ubicumque terrarum Romani Imperatores dominabantur, sacrum hypogeum delituit aliquandiu. Verum ubi, tranquillitate parta . apud Hispanos homines, qui praecipua sancti Iacobi religione tenebantur, de translato eius corpore fama percrebuit, ad sepulturae locum concursus fieri coepit, haud minori fortasse pietatis studio quam quo Romae et alibi sepulcra Principum Apostolorum, et Hieromartyrum coemeteria visebantur. Labentibus vero annis cum barbari primum, deinde Arabes, imperio ductuque Muzae invasissent in Hispaniam, et eas praesertim regiones, quae mare adiacent crebris incursionibus divexarent, sacer sepulcri loculus, exciso et everso sacello, sub ruinarum mole in obscuritate latuit diuturna. — Non tamen vetustate obliterata est apud Hispanos sacri pignoris memoria. Ineunte enim saeculo IX cum Rex Alfonsus, qui dictus est Castus, Hispaniam obtineret, et Iriae Flaviae Ecclesiae datus esset Episcopus Theodomirus, super cryptam, quae sancti Iacobi et duorum discipulorum reliquias contegebat, constans fama est veluti refixam caelo stellam splendidissimam apparuisse, quae suo fulgore indicium faceret loci, ubi sacri cineres conditi fuerant. Episcopus Theodomirus tanto felix auspicio, auctori Deo supplicationes indixit, deinde submotis reiectisque veteris sacelli ruderibus, eo investigando pervenit, ubi, tamquam in cognato sepulcro, tria sanctorum corpora distinctis loculis iacebant. Tunc ut locus ille religione sanctus humanis esset praesidiis munitior, murum in circuitu eduxit, sacrumque thesaurum firmis substructionibus circumsepsit. Quae res ut ad aures Regis Alfonsi pervenerunt ad sanctum Apostoli sepulcrum venerabundus statim accessit, vetus sacellum in novam formam a solo reficiendum curavit, iussitque, fundi illus possessionem, terminis ad tria millia prolatis, in templi tuitionem perpetuo adtribui. Urbs interea cryptae propinqua, quae hactenus Iria Flavia vocabatur, ex visu elucentis stellae potioribus auspiciis Compostellae sibi nomen imposuit. — Sed ad illustrandum Apostoli sepulcrum, praeter illud caeleste signum, non pauca divinitus facta sunt, ita ut non modo ex finitimis civitatibus et oppidis, sed a longinquis etiam locis ad sacros cineres supplicatum populi venirent. Quare Rex Alfonsus III Decessoris sui exemplum imitatus, aedificationem amplioris templi aggressus est, ita tamen ut antiquus loculus intactus maneret, et illud properata molitione absolutum regio sumptu exornavit.

Exeunte saeculo X efferatae Arabum copiae, rursus in Hispaniam irruptione facta , oppida complura diripuerunt, ac magna civium edita strage, omnia ferro et incendiis vastarunt. Nefandissimus Emirus Almansor, quem sepulcri sancti Iacobi cultus non latuerat, ad direptionem et eversionem animum iam intenderat ; quod si perficere potuisset, maximum Hispanorum praesidium, et in quo erat eorum spes omnis, sese expugnaturum arbitrabatur. Quapropter iis, quos praedonibus suis praefecerat, imperat Compostellam recta proficiscantur, urbem adoriantur,

templum et sacra omnia dedant igni delenda. At Deus exortum iam et dilapsum incendium, ad presbyterii limen restinxit, et Almansorem eiusque copias foedis terminibus percussit, quibus divexati Compostella discesserunt, et fere omnes cum Almansore subita morte perierunt. — Extabant adhuc sparsi circa hypogaeum cineres hostilis ferocitatis reliquiae, divini praesidii documentum. Quibus e malis ubi se emersit Hispania, Compostellae Episcopus, Didacus Pelaez, in ipsis ruderibus veteris templi ampliorem aedem ab inchoato excitavit, quae a posteriori Episcopo Didaco Gelmirez, splendidiore cultu et maiestate aucta Basilicae nomine et iure donata est. Huius Episcopi praecipua cura fuit sacris reliquias sibi traditas recognoscere, et educto in sublime pariete, loculum inaccessum reddere. Quae inter agenda ex sacris ossibus particulam quamdam dissociare non dubitavit, eamque sancto Attoni Pistoriensi Episcopo adiectis litteris dono misit. Partem hanc ex hodierna peritorum inspectione compertum est demptam fuisse ex capite : ea enim est, quae epophisis mastoidea vocatur, sanguine adhuc respersa, utpote quae gladii ictu, quum caput cervicibus abscinderetur, percussa est. Hae reliquiae prodigiorum fama et avita civium religione sanctae singulari pietatis studio coluntur adhuc ab Ecclesia Pistoriensi. — Interea Hispaniensis Sanctuarii fama longe lateque pervulgata, innumerabiles peregrinorum cohortes, ex universis fere terrarum partibus, illuc confluebant, et adeo crevit frequentia, ut ingentibus peregrinantium catervis ad sancta Palestinae loca et ad limina Apostolorum Petri et Pauli, merito compararentur. Ac proinde Romani Pontifices Decessores Nostri dispensationem voti de peragenda Compostellana peregrinatione suscepti, Apostolicae Sedi reservarunt.

Saeculo XVI nondum exacto, exorta est foeda et atrox tempestas, qua per Hispaniam fere totam saeviente, sacrum Apostoli sepulcrum in periculo fuit non tam communi, quam proprio. Indicto enim bello Hispanos inter et Britannos, hi, qui a catholica fide ad haeresim desciverant, praedari et diruere catholicorum templa, et sacra omnia violare et delere sibi constituerant. Quapropter in Gallaecia, regione mari citima, exposito exercitu, sacras aedes everterunt, caelitum beatorum imagines, reliquias et quae omnia sanctiora habentur, haeretico furore combusserunt, deinde ad perniciosam, ut aiebant, superstitionem extinguendam, Compostellam versus castra moverunt. — Praeerat id temporis Compostellanae Ecclesiae piissimus Archiepiscopus Ioannes a santo Clemente, qui collatis cum Canonicis consiliis de sacris Sanctorum reliquiis tuto in loco recondendis, hanc praecipuam de sancti Iacobi exuviis curam sibi suscepit. Sed cum iam hostes instarent, tumultuario opere ab eo clanculum tria corpora condita sunt: cavit tamen ut novus loculus ex veteris illius romano more constructi, ruderibus constitueretur, ut aliquod superesset posteris earum identitatis testimonium. Postquam recessum ab armis et belli pericula propulsata sunt, cives Compostellani, et peregrini qui ea loca frequentes adiverant pro certo habebant, sacros cineres eodem esse adhuc in loco ubi primitus composita requieverant. Posteri autem in ea opinione fuerunt qua maiores, ita tamen ut temporibus nostris censerent christifideles in abside sancti sacelli maioris eadem sacra pignora servari, quapropter illuc ad orandum propius accederent, et Basilicae Clerus quotidianae supplicationi ibi cum antiphonae cantu finem poneret.

Cum vero Venerabilis Frater Noster S. R. E. Cardinalis Paya y Rico hodiernus Archiepiscopus Compostellanus aliquot abhinc annis restituendae Basilicae operam agressus esset, consilium cepit,

quod iamdiu agitabat animo, investigandi locum ubi sancti Iacobi, et discipulorum eius Athanasii et Theodori reliquiae sitae essent. Quare ad opus tanti momenti viros peritissimos delegit in ecclesiastica dignitate constitutos, qui operarios dirigerent. Sed praeter opinionem omnium res ceciderunt. Explorato enim toto hypogaeo et latebris quotquot extant adhuc circum altare maximum nihil repertum est. Demum quo maior cleri et populi ad orandum ferebatur devotio, in centra scilicet absidis post altare maius, et ante aliud altare, interius effossum est pavimentum, et cum opus ad duo cubita processisset, occurrit operariis arca, cuius in operculo crux insculpta videbatur. Arca erat lapidibus et lateribus confecta ex antiquiori crypta ac sepulcro excerptis. Remoto coram testibus operculo, ossa reperta sunt ad tria sceleta sexus virilis pertinentia. De iis omnibus Venerabilis Frater Cardinalis Archiepiscopus Compostellanus, secundum sacri Concilii Tridentini sanctiones, auditis doctorum piorumque virorum consiliis, et lectissimorum peritorum sententiis, processuales condidit tabulas, inquisitumque est, constaret ne in repertis reliquiis de identitate corporum sancti Iacobi Maioris Apostoli et duorum discipulorum eius Athanasii et Theodori ? Haec omnia ad ecclesiasticae disciplinae praecepta perpendens, adhibitoque intelligenti iudicio, annuit et approbavit. Deinde idem Venerabilis Frater Archiepiscopus Compostellanus acta omnia et sententiam suam ad Nos misit, petiitque supplex, ut sententia eadem supremo Nostrae Apostolicae auctoritatis iudicio confirmaretur.

Nos admotas Nobis preces benigne excipientes, cum probe noverimus venerabile sancti Iacobi Maioris sepulcrum inter celeberrima sanctuaria iure posse censeri, quae in toto orbe terrarum a christianis coluntur, sacrisque celebrantur peregrinationibus ad suscepta vota persolvenda: idemque a Decessoribus Nostris Paschalis II, Callisto II, Eugenio III, Anastasio IV, et Alexandro III datis constitutionibus fuisse privilegiis et honoribus ornatum et auctum, voluimus ut ad tantum negotium ea conferretur diligentia quam semper Apostolica Sedes adhibere consuevit. Quamobrem ex Sacro Consilio sacris tuendis Ritibus praeposito, aliquot S. R. E. Cardinales destinavimus, nimirum Dominicum Bartolini Praefectum, Raphaelem Monaco Lavalletta, Miecislaum Ledochowski, Aloisium Serafini, Lucidum Mariam Parocchi, Angelum Bianchi et Thomam Zigliara; nec non eiusdem S.Congregationis praesules Officiales dilectos Filios Magistros Vincentium Nussi Protonotarium Apostolicum, Laurentium Salvati ab actis, Augustinum Caprara Quaesitorem de honoribus caelestium, una cum Aloisio Lauri Assessore; quibus idem negotium examinandum commissimus. Conventu habito ad Vaticanas Nostras Aedes die xx Maii vertentis anni, omnibus ad trutinam severa disquisitione vocatis, responsum datum est « *dilata, et ad mentem.* » Mens vero fuit ut nonnullae animadversiones gravioris momenti accuratius diiudicarentur. — Quae res ut expedite ad exitum perveniret, iussimus dilectum Filium Magistrum Augustinum Caprara Sanctae Fidei Promotorem Compostellam proficisci, ut ibi singula quaeque inspiceret, inquireret, referret. Ille testibus, quos prius iusiurandum adegerat, auditis; compositis nonnullis contradictionibus, quae in eorum relatione subesse videbantur; examinatis archeologiae, historiae et anathomiae peritis Matriti et Compostellae, qui de re sententiam ferrent; inspectis vetustioris loculi ruderibus et cum his, quibus arca reliquias continens constituitur, comparatis, nec non inspecto loco sub abside ubi hae inventae sunt; demum quum rursus percontatus esset peritos physicos de singulis sacrorum ossium partibus, Ro-

mam reversus accurata relatione demandato sibi munere perfunctus est. — Quare iisdem collectis comitiis ad Vaticanum die xx Iulii huius anni, dubitationum discussa caligine et veritatis lumine clarius exorto, ad propositum dubium « An sen-
« tentia lata a Cardinali Archiepiscopo
« Compostellano de identitate reliquia-
« rum, quae in centro absidis sacelli ma-
« ximi Metropolitanae eiusdem Basilicae
« repertae sunt et sancto Iacobo Maiori
« Apostolo, eiusque discipulis Athanasio
« et Theodoro tribuuntur, sit confirmanda
« in casu, et ad effectum de quo agitur? »
Dilecti Filii Nostri Cardinales itemque Praesules Officiales considerantes omnia quae proposita erant, ita vera et probata esse, ut refellere nequis posset, ideoque cognitionem rei certam adesse, quae secundum sacros canones et Summorum Pontificum Decessorum Nostrorum Constitutiones in hisce negotiis desideranda est, ita rescripsere: *Affirmative, seu sententiam esse confirmandam.*

Quae cum Nobis a dilecto Filio Nostro Dominico Cardinali Bartolini, eiusdem sacrorum Rituum Congregationis Praefecto relata fuissent, non mediocri Nos laetitia affecti sumus, et toto ex animo Deo Optimo Maximo gratias egimus, cui placitum est ut Ecclesia sua, in tanta praesertim temporum iniquitate, novo hoc thesauro ditesceret. Propterea supradictam peculiaris sacrorum Rit. Congr. sententiam libenter in omnibus ratam habuimus et confirmavimus. Insuper mandavimus ut die xxv Iulii, sancto Iacobo Apostolo sacra, Nostrum confirmationis decretum in Ecclesia Nationis Hispanicae sanctae Mariae de Monte Serrato in Urbe dicata, post Evangelii lectionem ex ambone publicaretur, praesentibus dilecto Filio Nostro Dominico Cardinali Bartolini Sacrorum Rituum Congregationis Praefecto, et dilectis Filiis Magistris Laurentio Salvati ab actis, Augustino Caprara Quaesitore de honoribus caelestium, una cum Aloisio Lauri Assessore et Ioanne Ponzi pro tabulario.

Nunc vero ea, quae per supradictum decretum constituta sunt solemniore Apostolicae auctoritatis documento, novoque Nostrae confirmationis actu communire volentes, Decessorum Nostrorum vestigia persecuti, nempe Benedicti XIII, Pii VII et Pii IX, qui de identitate corporum sanctorum Augustini Pontificis Doctoris, Francisci Assisiensis, Ambrosii Pontificis Doctoris, Gervasii et Protasii martyrum iudicium tulerunt; Nos quoque quibuscumque dubitationibus et controversiis diremptis, Venerabilis Fratris Nostri Cardinalis Archiepiscopi Compostellani sententiam de identitate sacrorum corporum Beati Iacobi Maioris Apostoli, et sanctorum discipulorum eius Athanasii et Theodori, ex certa scientia, atque etiam motu proprio, Apostolica auctoritate approbamus et confirmamus et in perpetuum firmam et validam fore decernimus. Praeterea volumus et iubemus, ne cui fas sit sacras Reliquias, quae iam in veteri conditorio repositae sunt et sigillo super obsignatae, vel earum particulas dissociare, demere vel adsportare sub poena excommunicationis latae sententiae, cuius absolutionem Nobis et Nostris Successoribus omnino reservamus.

Quamobrem committimus et mandamus universis et singulis Venerabilibus Fratribus Nostriis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis ceterisque Ecclesiarum Praelatis, praesentes litteras in sua unumquemque provincia, diocesi et civitate solemniter publicare, ea meliori ratione, quam expedire censuerint: ut auspicatissimus huiusmodi eventus ubique innotescat, atque aucto pietatis studio illum christiani omnes celebrent, sacrasque peregrinationes ad sacrosanctum illud sepulcrum, quemadmodum maiores nostri facere consueverunt, suscipiant. — Et quo efficacius pro Ecclesia Sancta Dei et pro universa christiana republica sancti Iacobi Apostoli

et eius discipulorum patrocinium impetrare valeamus, omnibus et singulis christianis utriusque sexus, qui vere poenitentes die per locorum Ordinarios seligenda confessi, et Sacro Christi Corpore refecti, in templis ubilibet sancti Iacobi Apostoli Deo dicatis, et iis deficientibus in quolibet templo ab Ordinariis designando, pro instantibus gravissimis Ecclesiae necessitatibus eiusque exaltatione, pro haeresum improbarumque sectarum extirpatione sancti Iacobi suppetiis imploratis, pias apud Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum Indulgentiam ac remissionem, quae per modum suffragii etiam animabus piacularibus flammis detentis applicari possit, benigne in Domino tenore praesentium concedimus.

Et quoniam nobilissima Hispanica Natio, mirifica sancti Iacobi ope, fidem catholicam integram inviolatamque servavit, ut Deus misericors ei gratiam impertire velit, propter quam in tanta errorum colluvione, Patrono suo apud Deum medio et sequestro ad sanctitatem religionis avitae et ad pietatis studium firmet animum, amplissimum privilegium ab Alexandro III Decessore Nostro ei concessum, lucrandi scilicet plenarium Iubilaeum eo anno quo festum sancti Iacobi XXV Iulii incidat in Dominicam diem, etiam pro venturo anno concedimus cum ea ipsa die sancto Iacobo sacra festa solemnia inventionis et elevationis corporis eius agenda erunt, ea servata methodo, et cum iisdem facultatibus in Constitutione ipsius Summi Pontificis data die XXV Iulii an. MCLXXIV contentis.

Has quoque litteras et quaecumque in eis contenta nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis seu nullitatis aut invaliditatis vitio seu intentionis Nostrae, vel alio quovis defectu notari, impugnari, sed semper et in perpetuum validas et efficaces esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere; sicque ab omnibus cuiuscumque gradus, ordinis, praeeminentiae et dignitatis censeri volumus; mandantes ut earumdem praesentium transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius publici Notarii subscriptis, et sigillo Personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae approbationis, ratificatiònis, reservationis, concessionis, relaxationis, commissionis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo octogesimo quarto, Kal. Novembris, Pontificatus Nostri anno septimo.

C. Card. SACCONI Pro-Datarius
F. Card. CHISIVS
VISA
De Cvria I. De Aqvila e Vicecomitibvs
Loco ✠ Plumbi
Reg. in Secret. Brevium.
I. Cvgnonivs.

INDULG. PRO RECITATIONE
INFRASCRIPTAE ORATIONIS IACULATORIAE
S. P. N. S. FRANCISCO
et franciscalibus solitae.

Beatissime Pater! Fr. Bruno a Vintia, Ord. Min. S. Francisci Capn. Procurator Generalis, ad pedes Sanctitatis Vestrae humillime provolutus, plurimorum praefati Ordinis Religiosorum, necnon Tertiariorum ad instantiam, enixe Sanctitatem

Vestram supplicat, quatenus, occurrente septimo Seraphici P. Francisci nativitatis centenario, infrascriptam precatiunculam, sive jaculatoriam orationem, quae saepissime in Franciscali familia recitatur, sacris indulgentiis ditare dignetur. Pro qua gratia etc.

« Adoramus Te, Sanctissime Domine Iesu Christe, benedicimus Tibi, quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum. »

SSmus D. N. Leo PP. XIII, in Audientia habita die 4 Martii 1882 ab infrascripto Secretario Sacrae Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui corde saltem contrito propositam precem devote recitaverint, indulgentiam centum dierum, semel in die lucrandam, benigne concessit. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione Contrariis quibuscumque non obstantibus. Datum Rome ex Secreteria ejusdem Sacrae Congregationis die 4 Martii 1882. (1)

Al. Card. Oreglia a S. Stephano *Praef.*
Pius Delicati, Secret.

ALTARE PRIVILEGIATUM CAPUCCINIS

concessum pro missis, quae celebrare solent in obitu Superiorum et Parentum. (2).

Ordinis Minorum Capucinorum.

Cum SS. D. N. Benedictus PP. XIV sub die 15 Julii 1742, ut Missae quae justa constitutiones Ordinis FF. Minorum S. Francisci Capucinorum nuncupat. ab ejusdem sacerdotibus in obitu cujuslibet sacerdotis vel clerici, aut laici Ordinis huiusmodi ab hac luce migrantis, vel alia die celebrantur, ad quodcumque altare ecclesiarum ejusdem Ordinis tam erectarum, quam in posterum erigendarum celebrentur, perinde suffragentur, ac si ad altare privilegiatum celebrata fuissent, in perpetuum concesserit, ac inde hujusmodi indultum, sub die 19 Septembris ejusdem anni ad tres Missas, quas singuli sacerdotes praedicti Ordinis pro anima cujuscumque Summi Pontificis et Cardinalis Protectoris ac Imperatoris atque Regis, necnon illorum, qui Superiores Majores ejusdem Ordinis fuere, qui e vivis decesserint, celebrare solent, benigne extenderit; demum supplicante Procuratore Generali ipsiusmet Ordinis, eamdem gratiam etiam ad unam Missam, quae a sacerdotibus Ordinis hujusmodi pro anima suorum respective parentum ab hac vita migrantium celebretur, extendi; ac hujumodi precibus Sac. Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae relatis, eadem Sac. Congregatio die 6 Aprilis 1745 idem indultum, etiam pro unica hujusmodi Missa, ad quodibet altare ecclesiarum dicti Ordinis in perpetuum concedendum esse censuit. De quibus facta per me infrascriptum Secretarium die 10 ejusdem mensis Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua benigne annuit pro gratia.

C. Card. de Hieronymis, *Praef.*

A. M. Erba, *Prot. Apostolicus, Secret.*

---

(1) Satagant ergo omnes fratres, ut praesens jaculatoria universalius a fidelibus saecularibus recitetur, ut passio Jesu Christi D. N. magis magisque fiat nutrimentum spirituale animarum. Sic per Seraphici Patriarchae filios, eo frequentius Crucifixi fiet memoria, quo frequentius ab impiis atque sectariis mysterium Crucis blasphematur. (*Nota Redact*).

(2) Hoc privilegium omnino authenticum esse constat etiam *ex collectione Josephi Schneider* « Rescripta authentica » etc. auctoritate S. Congregationis, hoc hanno 1885, typis mandata. Unde curandum est, ut in omnium fratrum nostrorum memoriam revocetur *ad spirituale solatium*.

ACTA ORDINIS

FR. BERNARDUS AB ANDERMATT

Totius Ordinis FF. MM. S. Francisci Capuccinorum

MINISTER GENERALIS (l. i.)

OMNIBUS EJUSDEM ORDINIS MISSIONARIIS SALUTEM.

Reverendi Patres et Fratres dilectissimi,

Qnemadmodum non sine Dei singulari favore novissimum Generale nostrum Comitium, tot inter temporum morumque adversitates, Romae die 9. Maji proxime elapsi anni celebravimus; ita ipsius Divinae Providentiae consilio S. Fidelis Protomartyris Sacrae Congregationis Christiano Nomini propagando Collegium nostrum ad ejusdem celebrationem selectum esse arbitramur. Illic enim Venerabiles Patres Capitulares in Domino congregati, divino, ut credere licet, afflante spiritu, cetera inter Ordinis nostri negotia illud exterarum Missionum potissimum eidem Ordini cordi esse debere una voce conclamantes, desiderium suum patefecerunt; ut, ad grravissima evertenda incommoda, quae a pluribus superioribus in unico gubernio necessario dimanant, sub immediatis Ministri Generalis ejusque Definitorii directione ac regimine exteras Missiones tandem aliquando restituerentur. Quod quidem factum est; nam Eminentissimi Principes ad res exterarum Missionum pertractandas deputati, rationes haud leves, quae praefatorum Capitularium ad id postulandum animos movebant, plurimi facientes, simulque, intuitu sibiipsis proprio, quam maxima emolumenta, quae ex hac restitutione Missiones ipsae recepturae essent, praevidentes, per S. Congregationis de Propaganda Fide Decretum, sub die 20 decem. 1884, ardentissima Capitularium vota compleverunt, et Procuratoris Missionum officio dimisso, unicum illarum rectorem et caput Ministrum scilicet Generalem declararunt. Generalis vero Minister, ut constat ex allato Decreto, ad facilius munus suum obeundum, Secretarium seliget, cui praerogativas ipsas, quas Procuratoris officium requirebat, fas est reperiri. Attamen tum Secretarius cum Superior localis, qui in posterum in nostro Collegio S. Fidelis Urbis, sub nomine Praefecti, residebit, servato jure Generalis Definitorii eos eligendi ac praesentandi, ab ipsamet S. Congregatione de Propaganda Fide confirmandi erunt.

Quae cum ita se habeant, Nos qui, licet immerentes, divina dispensatione et Capitularium suffragiis, nostri Ordinis gubernacula suscepimus, temporibus haud certe ipsi Ordini favorabilibus; plures enim Italiae Provinciae ab Ecclesiae persecutoribus pene in nihilum redactae, vestigia tantum de seipsis deserunt; ceterarum regionum quaedam sub tyrannico radicalismi jugo depressae de die in diem deficiunt; et malorum culmine Nosipsi Nostraque Curia alieno hospitio recipi, vel a fundamentis novum magnis sumptibus erigere cogimur, cum in nostro Immaculatae Conceptionis Coenobio civile gubernium ut ulterius degamus non sinat; Nos, inquam, gravissimum onus insufficientiae Nostrae difficillima hac tempestate superimpositum esse optime noscimus, dum exterarum Missionum regimen Nobis restituitur, quae omnes operariorum defectu a primo florenti statu ex parte deciderunt. Multi enim sacrificiorum vita gloriosa perfuncti, apostolatus sui praemia in coelis recepturi, aeterna gaudia petierunt, quin tamen alteri in eorum labores introirent. Non pauci autem, licet continuis molestisque laboribus fracti ac pene consumpti, videntes necessitates, quae passim urgentiores fiunt, locum suum tamquam magnanimi Christi milites fortiter et laudabiliter retinent. Uno verbo nostris temporibus prae ceteris maxime congruit illa Redemptoris sententia: « *Messis qui-*

dem multa, operarii autem pauci (Matth. 9,37). Nihilominus tot inter rerum et personarum angustias haud animo deficimus, Venerabiles Patres, nec in Nobisipsis fiduciam Nostram reponimus, sed in Deo qui de lapidibus potest suscitare filios Abrahae, et in Eo qui humiliat et sublevat, afflictiones praebet atque consolationes.

Quantum autem in Nobis erit nil intentatum relinquemus ad exterarum Missionum profectum, quae semper mentis Nostrae primam omnium cogitationem occupabunt: atque huic excellentissimo operi prompta sollicitudine paternoque affectu Nos devoventes, firmam in pectore spem fovemus, ut Deo adjuvante ac cooperante, novum robur novamque vitam eis infundere valuerimus. Hac de causa juvenes nostri Ordinis sacerdotes jam ferventibus litteris invitavimus, ut vobis auxilium praebituri occurant; et Novitiatus prope Smirnam a Decessore Nostro, unico fine Missionarios instituendi ac disponendi, multis impensis erectus, Nobis quoque summopere cordi erit, ut iteratis sacrificiis, sumptibus et curis tandem aliquando illi candidati sacerdotio functi ad loca vestra vacua occupanda perveniant. Ast dum Nos novos operarios indefessa cura praeparare satagimus, Vos Patres dilectissimi, labores vestros in mystica Domini vinea quam Divina Providentia vobis colendam tradidit, assueto zelo prosequimini, simulque continuis fervidisque precibus Altissimum deprecari ne desistatis, ut Ipsemet ministros juxta cor suum sibi efficiat, eosque ipsa sua charitate inflammet, ac illas regiones, ubi major urget necessitas, eisdem petere inspiret.

Et quoniam in posterum omnes indigentiae vestrae, ad remedinm opportunum obtinendum, Nobis directe patefaciendae sunt, imo quidquid ad Missiones quolibet modo spectat, immediate Nobis sive per litteras sive oretenus est referendum, singulos Illmos. ac Rmos. Vicarios Apostolicos, necnon Praefectos, et in istorum absentia eos qui vices gerunt, exoramus, ut relativorum Vicariatuum ac Praefecturarum statum personalem, moralem atque materialem, prout in presenti a prima die hujus mensis reperitur, ad Nos nullam interponentes moram transmittant (1).

Praeterea siqui religiosi notitias haberent, quae directe vel indirecte ad Missiones referuntur, et quae ad novum munus rite obeundum Nobis lumen aliquod afferre possent, solliciti sint Nobis eas fidentes comunicare, ut in re tanti momenti plena ac certa scientia peragere possimus.

Denique volumus ut Missionarii onera Missarum tantum retineant, quibus per seipsos debito tempore satisfacere possunt, de reliquis vero pro libitu disponere ipsis stricte vetamus; sed ea propriis Missionum Superioribus tradenda recipiant. Superiores autem in primis ceteris Missionariis indigentibus eadem distribuere curabunt; deinde omnia quae supersunt ad Nos mittant, ut eisdem vel aliis Ordinis Missionibus provideamus,

---

(1) Omnes et singuli Illmi. ac Rmi. Vicarii et Admod. RR. PP. Praefecti Apostolici meminerint, quamprimum Romam ad Nos directe remittere Fasciculum, quem anno jam elapso Rmus. Procurator Missionum ad eos misit, et quod continebat tabulas quasdam impressas relate ad numerum Missionarium, ad loca Missionum et ceteras notitias summi momenti, ut in promptu habeatur in nostro Archivio quidquid ad Ordinis Missiones spectare potest. Ad hunc finem praelaudati Vicarii et Praefecti, qui in mora versantur, curabunt ut absque temporis notabili intervallo dictas tabulas praecisione ac perspicuitate a persona idonea disponi et ordinari faciant.

vel nostro Urbis Collegio succurramus, vel tandem, quod pluris interest, ut Missionum candidatis, qui in Smirnensi Novitiatu ad ipsarum Missionum bonum instituuntur, necessaria suppeditare valeamus.

Et dum misericordiarum Patrem enixe adprecamur, ut labores vestros et aerumnas, quas pro Dei gloria et animarum salute fortiter constanterque suffertis, coelestibus suis consolationibus mitiget, pastoralem benedictionem toto cordis affectu Vobis impertimur.

Datum Romae. ex nostro Imm. Conceptionis Coenobio die 21 Ianuarii 1885.

Admus in Xto. pater et humillimus servus

Fr. Bernardus ab Andermatt.

MONITUM R.mi P. MINISTRI GENERALIS.

Ad omnes Provinciarum Moderatores.

Neminem latet Fratres Minores ad hoc potissimum divinitus vocatos esse, ut praecipue exemplo suo Dominum Crucifixum repraesentent, et thesauros, qui in Ipso absconditi sunt, verbis ostendant. Quod quidem sublimissimum ministerium humanitus exerceri minime potest, nisi inter alia requisita etiam haud breve litterarum studium praemittatur. Scientia enim necesraria ubi deest, nec verbum Dei rite praedicari, nec animarum curam haberi, nec aliis viam salutis doceri potest. Hac de causa Religio nostra ab ipsis primordiis sanas litteras non modo non prohibuit, sed et speciali cura ac diligentia coluit, optime noscens quod sicut ipsae a Deo ortum habent, ita recto fine apprehensae ad Deum ipsum reducunt, ut evidentissime constat ex tot tantisque nostris Confratribus, qui scientia ac sanctitate conspicui, Ordinem nostrum summopere illustrarunt. Quae cum ita se habeant, idest cum litterae apud nos nil aliud nisi majorem Dei gloriam, ac nostram aliorumque salutem sibi volunt, valde Nobis cordi esse debet, ut studia nostra meliori, quo possibile sit, modo instituantur. Quare omnibus et singulis Ministris Provincialibus mandamus, ut infra mensem a praesentium publicatione omnia, quae ad propriae Provinciae studiorum ordinem et institutionem spectant, Nobis rationem reddant; et praecipue quoad sequentia, nempe:

1. Quinam litterarum apparatus exigitur a juvenibus in respectiva Provincia habitum nostrum postulantibus, antequam ad Novitiatum recipiantur.

II. Siquis postulans humanarum litterarum studium in aliquo publico Gymnasio vel Collegio nondum cum laude absolverit, quo modo et per quot annos hic defectus suppletur, antequam ad Philosophiae studium admittatur.

III. In illis Provinciis, in quibus Philosophiae ac Theologiae studia, ad normam nostrarum Constitutionum, intra claustra habentur, sciendum Nobis est quo ordine hae scientiae traduntur, quae materiae relate ad eas leguntur, et quot Patres harum disciplinarum traditioni incumbunt.

IV. Quod siqua Provincia praefatarum facultatum studia intra clau-

stra non habet, quo alio modo juvenum instructioni caute et opportune providetur.

V. Denique placeat singulis Provinciarum Moderatoribus, adhibito prius consilio Religiosorum, qui scientia ac virtute pollent, sua vota promere, et propriam afferre sententiam circa studia in Ordine perficienda, habito ad temporum indigentias respectu; ut suo tempore, Deo adjuvante, docendi ordinem et rationem saltem magna ex parte singulis Provinciis convenientes in lucem edere possimus.

Datum Romae die 26 Ian. 1885.

Fr. BERNARDUS AB ANDERMATT.
Minister Generalis

ERECTIO CANONICA
CUSTODIAE LUCENSIS IN PROVINCIAM REGULAREM.
(A) — Facultas S. Sedis.

Beatissime Pater!

Fr. Bruno a Vintia, Ord. Min. Capuccinorum Procurator Generalis ad pedes S. V. provolutus, exponit qualiter *Custodia Lucensis* Capuccinorum, decreto generalitio diei 17 Martii 1820 erecta et custodialibus Superioribus, praevia S. S. venia, munita, ad hunc prosperitatis et observantiae regularis statum evasit, ut nunc in Provinciam regularem perbelle erigi possit.

Tres siquidem Conventus habet, nempe *Lucae, Massae-Carrariae, Villae-Basilicae,* necnon tria hospitia Barges, Camiliani, Campimajoris, cum summa Fratrum circiter 86 prout plenius et fusius in supplici libello exponitur.

Et ideo humilis exponens, nomine Rmi. P. Generalis cum Definitorio, S. V. exorat quatenus benigne concedere dignetur:

« Ut Custodia provincialis Capuccinorum Lucensis, S. Seraphino a Montegranario dicata, in Provinciam regularem cum juribus et privilegiis solitis canonice erigatur. »

« Ut ad praecavendas electionis Superiorum difficultates, S. V., in casu benigne providens, Superiores Provinciae sic erectae designare et nominare dignetur, nempe: In Min. Provincialem A. R. P. Ambrosium a Saltocchio, hodiernum Custodem provincialem. In Definitores PP.: I. Ignatium a Lucca, II, Eugenium a Lucca, III. Faustinum a Lammari, IV. Guidonem a Tempagnano. In Custodes Generales PP.: I. Joachim a Lucca, II. Paulum a Tempagnano.

Quibus de gratiis etc.

Ex Audientia Ssmi. habita sub die 20 Iunii 1884 ab infrascripto D. Secretario S. Congregationis Episcoporum et Regularium, Sanctitas Sua attentis expositis attentoque voto Definitorii Generalis, benigne annuit ac propterea mandavit committi P. Ministro Generali Ordinis, ut ad erectionem memoratae Provinciae servatis servandis procedere possit et valeat. Insuper in Ministrum Provincialem ejusdem Provinciae hac vice nominavit P. Ambrosium a Saltocchio, hodiernum Custodem Provincialem. In I. Definitorem vero P. Ignatium a Lucca, ex Guardianum et Praesidem. In II. Definitorem P. Eugenium a Lucca Lectorem. In III. Definitorem P. Faustinum a Lammari Guardianum. In IV. Definitorem P. Guidonem a Tempagnano, Vice-Magistrum Novitiorum. Denique in I. Custodem Generalem hac vice ut supra nominavit P. Joachim a Lucca ex-Guardianum et ex-Custodem In II. vero Custodem Generalem P. Pau-

lum a Tempagnano ex-Guardianum et Lectorem. Contrariis non obstantibus quibuscunque.

Romae

I. Card. FERRIERI, Praeses.

Loco ✠ Sigilli

I. Masotti, *Secretarius.*

(B) — DECRETUM

ERECTIONIS CUSTODIAE LUCENSIS IN PROVINCIAM REGULAREM.

Fr. BERNARDUS ab ANDERMATT

Totius Ordinis FF. Minorum Capuccinorum Minister Generalis (l. i.)

Cum in Nostra Lucensi Custodia sufficiens Coenobiorum numerus existat, ut ad Provinciae gradum elevetur, et cum opportunum ac expediens videtur eam nunc elevare, sic Nos ex facultate per S. Congregationis Episcoporum et Regularium Rescriptum diei 20 Junii 1884. Nobis tributa, auctoritate qua super Universum Ordinem fungimur, audito prius Nostro Rmo. Definitorio Generali, ejusdemque habito voto, virtute praesentis Decreti perpetuo valituri decernimus et declaramus praefatam Nostram Lucae Custodiam in Provinciae gradum evectam cum omnibus juribus, privilegiis, praerogativis et honoribus, quibus aliae Nostri Ordinis Provinciae gaudent ac perfruuntur. Quamobrem in omnibus triennalibus Comitiis in posterum celebrandis,quorum primum locum habebit tertia feria sexta post Pascha ann. 1887. Minister Provincialis, quatuor Definitores et dum opus fuerit juxtaCostitutionumNostrarum praescriptum, etiam duo Custodes Generales eligendi erunt. Insuper sicut eadem S. Congregatio, ut patet expresse ex superius relato Rescripto, Ministrum Provincialem et Definitores Custodesque praefatae novae Provinciae per Seipsam hac vice et ad triennium tantum duraturos eligere ac nominare decrevit, videlicet in Provincialem *P.Ambrosium a Saltocchio*; in 1.m Definitorem autem P.Ignatium a Luca, in 2m P. Eugenium a Luca, in 3m P. Faustinum a Lammari, in 4m P. Guidonem a Tempagnano; tandem in 1m Custodem Generalem P. Ioachim a Luca, in 2m P. Paulum a Tempagnano; ita Nos virtute ac tenore praesentis Decreti enunciatos in Christo Filios, de quorum scientia, prudentia Regularisque Disciplinae zelo plurimum in Domino confidimus, in eorum respectivis muneribus electos declaramus cum omnibus oneribus, honoribus, juribus ac praerogativis, quibus ceteri eorumdem munerum gaudent et fruuntur. Volumus praeterea, ac virtute s. obedientiae praecipimus omnibus et singulis Nostris Fratribus tam praesentibus quam futuris, ut huic Nostro Decreto omnimode sese conforment, pareant ac obediant.

In quorum Fidem praesens hoc Decretum manu Nostra una cum Definitoribus Generalibus signavimus, ac majori sigillo Officii Nostri muniri voluimus.

Datum Romae, ex Nostro Coenobio Ssmae. Immac. Conceptionis die 2 Iulii 1884.

Fr. **BERNARDUS** ab **ANDERMATT**, qui supra.

Fr. **Franciscus Xav.** ab **Ilmimonasterio**, Def. Gnlis. Cap.

Fr. **Bruno** a **Vintia** Def. et Proc. Gen. Cap.

Fr. **Thomas** a **Foro Livii** Def. Generalis.

N. B. Ceteri Definitores absentes.

Fr. Maurus a Sublaco a Secretis.

CAPITULA PROVINCIALIA

POST NOVISSIMUM GENERALE CAPITULUM CELEBRATA

IX. CAPITULUM PROVINCIAE BOHEMO-MORAVIAE, *celebratum in Conventu Pragae in Hradschin ad B. V. Mariam Angelorum 8 Iulii 1884.*

—

Electi:

MINISTER PROVINCIALIS: **A. R. P. Leo a Praga.**
1. DEFINITOR: A.R.P. Sylvanus a Pfaffengrün.
2. » » » » Hubertus a Bosin.
3. » » » » Romanus a Dürrengrund.
4. » » » » Angelus a Rinholec.
1. CUST. GEN. » » » Albinus ab Holtschitz.
2. » » » » Gustavus ab Iglavia

X. CAPITULUM PROVINCIAE MELITENSIS, *in Conventu Vilhenae 11 Iulii 1884 celebratum, Praeside Vicario Provinciali A. R. P. Bernardo Maria a Melita.*

—

Electi:

MINISTER PROVINCIALIS: **A. R. P. Alphonsus Maria a Valletta.**
1. DEFINITOR: A.R P. Philipp. Ant. a Valletta.
2. » » » » Ioseph M. a Victoriosa.
3. » » » » Bernardus M. a Zurrico.
4. » » » » Seraphinus a Floriana.
1. CUST. GEN. » » » Antonius a Conspicua.
2. » » » » Petrus a Gargur

XI. CAPITULUM PROVINCIAE AUSTRO-HUNGARICAE. *celebratum in Conventu Viennae 16 Iulii 1884.*

—

Electi:

MINISTER PROVINCIALIS: **A.R.P. Richardus a Moora.**
1. DEFINITOR: A.R.P. Placidus a Bupa-Eörs.
2. » » » » Leopoldus ab Hirschbach.
3. » » » » Bertholdus a Bistritz.
4. » » » » Titus a Limbach.
1 CUST. GEN. » » » Marcus a Budapest.
2. » » » » Iosephus a Tata.

XII. CAPITULUM PROVINCIAE BAVARIAE *celebratum in Conventu S. Annae Veteris-Oettingae 29 Iulii 1884 Praeside Rmo. P. Francisco Xaverio ab Ilmimonasterio, Definitore Generali.*

—

Electi:

MINISTER PROVINCIALIS: **A.R.P. Victricius ab Eggenfelden.**
1. DEFINITOR: A.R.P. Hilarius a Dürnzhausen.
2. » » » » Erhardus a Gaden.
3. » » » » Angelus a Niederwalluf.
4. » » » » Corbinianus ab Obergschwend.
1. CUST. GEN. » » » Dominicus a Tirschenreuth
2. » » » » Bonaventura a Wolfratshausen.

XIII. COMMISSARIATUS IBARRAE, *Superiores a Rmo. Definitorio Generali 15 Octobris 1884 ad triennium nominati et confirmati sunt;*

Commissarius: **A. R. P. Balthasar a Savella.**
1. Assistens A.R.P. Seraphinus ab Arenys de-Munt.
2 » » » » Melchior a Tivisa.

XIV. CAPITULUM PROVINCIAE PARMAE, (olim *Lombardiae) celebratum 16 Octobris 1884 in Conventu Regiensi.*

—

Electi:

Minister Rrovincialis: **A.R.P. Angelus a Placentia**
1. Definitor: A.R.P. Ladislaus a Montecastagneto
2. » » » » Constantinus a Placentia.
3. » » » » Ioannes Franciscus a Iombi
4. » » » » Ignatius a S. Secundo.
1. Cust. Gen. » » » Wenceslaus a Finali Modenae.
2. » » » » Fridericus a Castrovictorio

XV. CAPIT. PROVINCIAE LUCANIAE, *in Conventu Siciniani 30 Nov. 1884 celebratum Praeside Rmo. P. Michaelangelo a Riconigro Consultore Generali.*

—

Electi:

Minister Provincialis: **A.R.P. Ioannes Evangelista a Chaletrio.**
1. Definitor: A.R.P. Archangelus a Muro.
2. » » » » Fridericus a Laculibero.
3. » » » » Seraphinus a Petrapagana
4. » » » » Alexander a Massa.
1. Cust. Gen. » » » Antonius a Geofonio.
2. » » » » Benedictus a Laculibero.

XVI. CAPITULUM PROVINCIAE SYRACUSANAE, *celebratum in Conventu Calaxibettae 4 Dec. 1884 Praeside Rmo. P. Felice a Villarosa, Ex-Definitore Generali.*

—

Electi:

Minister Provincialis: **A.R.P. Eugenius a Sortino.**
1. Definitor: A.R.P. Sebastianus a Militello.
2. » » » » Vincentius a Mazzarino.
3. » » » » Samuel a Claramonte.
4. » » » » Ioseph Maria a Biteno.
1. Cust. Gen. » » » Aloisius a Melylla.
2. » » » » Ioseph ab Alimena.

FRAGMENTA SERAPHICA

ACTA EPISCOPALIA ET PONTIFICIA
LEONIS XIII

TERTIUM ORD. RESPICIENTIA.

—

JOACHIMUS etc.

Quintus jam annus est ex quo de *Tertio S. Francisci Ordine* sermonem habuimus, et illius originem, indolem, atque utilitates manifestavimus adhortantes ut intra Nostrae dioecesis fines *Ordo Poenitentiae* et introduceretur et propagaretur. Opportunum tamen duximus et hoc anno de hoc ipso Ordine verba facere, per quem efficacissimum paratur remedium gravissimis malis, quibus jam humana societas in supremum discrimen adducitur. Nec dubitandum quin deus, qui sanabiles fecit nationes, sicut hunc Ordinem a S. Francisco voluit institui ad morum castigationem, ad fidei tutelam, ad animorum in mutua caritate concordiam, ita et nunc eodem uti velit ad perfectam christianae vitae novitatem medios inter fideles reducendam. Nec Nostra tantum haec sententia est; sed plurium praeclarissimorum virorum sensus. Insigni sanctitate vir *Joannes M. Vianney* Curio Arsensis in Gallia, ajebat restitutionem et propagationem Tertii Ordinis S. Francisci, divinae sapientiae consilio, ad civilis et religiosae societatis salutem ordinari. Clarissimus Antistes *De Segur*, vim sanctificatricem Tertio Ordini iustam commonstrans, affirmat in ipso christiani orbis spem inniti. Catholicorum hominum conventus, per Italiam nostram ultimis his temporibus habiti, vota fecerunt ut Ordo Poenitentiae latius in dies propagetur, eo quod ab ipso praepotens virtus emanat, qua Christi Ecclesiae in hostes triumphus properetur. Sed quod magis est, **SS. D. N. Pius Papa IX**, Brevibus Literis hoc anno datis ad Compilatorem *Annalium Franciscalium*, fatetur se quoque eam spem fovere, quae plures fideles erigit, exinde nimirum remedium his malis, quibus praesens societas divexatur, fore derivandum.

Quapropter Nos, qui Sodales Tertii Ordinis speciali semper amore prosecuti sumus et qui ob demandatam a Summo Pontifice Primariae huius Ordinis Congregationis tutelam, amorem in eosdem adauctum esse sentimus, omnibus Civitatis et Diocesis Nostrae Curionibus etiam atque etiam suademus, ut optimam hanc arborem, pretiosissimorum fructuum altricem, suis in Paroeciis inserant et diligenter excolant. Equidem cum Dioecesim Nostram sacra Visitatione lustravimus, maxima animi Nostri laetitia comperimus, iis in locis, quibus plantata virescit, uberes jam dedisse fructus: sublatis enim aut imminutis vitiis et moribus castigatis, fides viget firmior, caritas augetur, bonorum operum exercitium provehitur, et fideles divinam Christi prudentiam edocti, facilius et tutius effugiunt perfidorum hominum insidias, qui omni nisu contendunt Christifideles ab Ecclesiae sinu, et a Romani Pontificis obedientia avertere.

Quapropter omnes quotquot sunt animarum Pastores, majori qua possumus

vi et efficacia, monemus ut omnem curam ac diligentiam convertant ad Seraphicum hunc Ordinem inter greges sibi concreditos propagandum: et sive privatis, sive publicis adhortationibus populo declarent hujus Ordinis excellentiam, facilitatem et commoda : *excellentiam* quidem cum praeclarissimum Virum auctorem habuerit Franciscum Assisiensem, seraphicis spiritibus coaequandum, Christo dilectissimum et simillimum; cum tam multos pietate et doctrina insignes cultores suis Ordinibus adscriptos recenseat, et tot tantosque nactus sit laudatores et fautores, Romanos praesertim Pontifices, qui singularissimis privilegiis et indulgentis illum ditarunt: *facilitatem* vero, ne inanibus difficultatibus aut praejudiciis deterriti, nomen Tertio Ordini dare recusent: suadeant e contra illum a Beato Francisco iis fuisse institutum qui saecularem vitam extra religiosa claustra ducere coguntur, et nullum per se obligationis vinculum sodalibus addere, quos tantum ad divinorum praeceptorum et Ecclesiae mandatorum custodiam, per bonorum operum exercitium, revocare et promovere conatur. Tandem *commoda* atque *utilitatem* ostendant, pacem enim et tranquillitatem ac omnium virtutum chorum Tertius Ordo in domesticam et civilem societatem reducet.

Civitatis autem Curionibus denunciamus, fuisse jampridem hic legitime constitutum Sodalitium Tertii Ordinis, illudque in *Ecclesia Oratorii S. Philippi* sedem habere. Noverint ergo omnes, voluntatem Nostram eam esse, ut Sodalitium nova in dies incrementa suscipiat, sive aucto sodalium numero, sive opportunis, in menstruis tum virorum tum foeminarum conventibus, habitis concionibus, sive religiosissime servatis omnibus, quae per regulas Ordinis praescribentur.

Quod ut juxta vota contingat, necesse est ut omnes, qui in partem pastoralis ministerii vocati sunt, sedulam et continuam Nobiscum navent operam: quam quidem praestantes, firmiter persuasum habeant, se fidei integritati morumque honestati inter suos greges instaurandae aut servandae efficaciter cooperaturos.

Datum Perusiae, XII Kal. Jan. Mille DCCCLXXVII.

(Sequitur.)

DE MALO ASSYRIA (1)
S. PATRIS NOSTRI FRANCISCI.

In Claustro majori Venerabilis Conventus Divi Francisci ad ripas Tiberis pluribus abhinc saeculis erat arbor alta mali Assyriae. unius stipitis, ex quo instar trium brachiorum, prodibant tres rami, in alios minores ramos subdivisi. Haec arbor ex saeculari constantique traditione dicta fuit arbor S. Francisci, quia sanctum Patriarcham in eo loco eam plantasse semper creditum fuit. Anno 1613 cum Paulus V Summus Pontifex in supradicto Claustro amplam cisternam effodiendam curasset, praefatam arborem evellere, et hinc in primo horto ad portam externam, conterminam tertii Ordinis sacrario, eam plantare fuit necesse. Ibi germinavit et fructum sicuti antea tulit, ita ut omnium nationum peregrini se ad Coenobium assidue conferrent, ac pietate ducti quaererent folia, quae habebant ut reliquias, et si eis darentur fructus, se veri thesauri aestimabant possessores (2).

---

(1) Italice *melangolo*, gallice *oranger*.

(2) Wadingus noster in *Annalibus* suis supradicta confirmat his verbis « Adhuc virescit quantumvis quotannis sub Sancti Francisci die expiletur, et frondes omnes evellantur, ut in devotum et avidum populum distribuantur, malus medica in claustro secundo a Sancto Francisco plantata, quem miro in suo fructu signo ipsa demonstrat; nam in orbem a pediculo, vel petiolo quo pomum dependet deducuntur quinque

Ex decreto Victoris Emmanuelis edito die 26 Augusti anni 1871 cum Religiosi ex maxima huiusce Conventus parte expulsi, etiam hortos annexos amisissent; omne studium, omnemque curam posuere in hac arbore servanda, quam cum omnibus radicibus suis in hortulum ianuae Conventus proximum transtulere, et ibi accurate solliciteque coluere.

Vere anni 1872, Religiosi suspiciebant, an arbor emitteret flores; ast haec, tribus parvulis germinibus vix egressis, et statim arefactis, nullum deinceps vitae dedit signum. Quapropter arbor tota habita fuit arefacta, et ideo radicitus evulsa in angulo dicti hortuli, ut quivis inutilis truncus comburendus, fuit projecta.

Aestate anni 1873, Laicus Professus Frater Josephus a Carpineto (3) ex dicto trunco arefacto radicem quasi duorum palmorum longam excidit, et ibidem plantavit, aliis Fratribus Laicis eum vere stultum putantibus, eumque non parum deridentibus: dicebant enim, quod naturaliter nequibat fieri, ut radix omnino arefacta germinaret. Et licet id etiam ei rem corporeis oculis inspicienti persuasissimum esset, firma tamen erat in spe, fore ut S. Franciscus nihil moraretur quominus arefactam radicem novo donaret humore, et ita suam vetustam malum Assyriam ad novam revocaret vitam. Idcirco hac spe nixus assiduum in ea colenda posuit studium, et Deum enixe oravit, ut curis laboribusque suis dignaretur suffragari. Revera mense Augusto, ex supradicta radice tria exigua folia germinantia, indeque tres parvos ramos paulatim succrescentes cum admiratione laetitiaque magna vidit. Quod haud est facile dictu, quanto gaudio affecerit Religiosos omnes, qui ad eos ramos cucurrere videndos, quantumque animum Fratri Josepho dederit, ut opus iam incoeptum omni diligentia prosequeretur.

Sed die quinta Novembris anni 1873, postquam Conventus Familia penitus eiecta, Italicum Gubernium supradicto etiam horticulo potitum fuerit, Fratres, omni cunctatione abiecta, novum germen, ut verum prodigium ab omnibus habitum, ex invasorum eripuere manibus, et ponentes illud in vase, tradiderunt Francisco Morini Romano, hortulano valde perito, qui huiusce prodigiosi germinis curam gessit. Etsi ad servandum nutriendumque germen tanta cura tantaque adhibita fuerit diligentia, per duos annos non pullulavit nec progressum fuit; imo coepit flavescere, et parvam vel nullam praebuit spem vitae, ex quo Religiosi omnes summa tristitia afficiebantur. Huius rei causa, ut postea fuit cognitum, erat ineptitudo vasis quoniam foramen, ad aquarum exitum, non positum erat in medio, ut huismodi vasis solet esse, sed ex latere. Timor autem parvulam amittendi plantam augebatur, quia de eius cura discrepabant Frater Josephus et hortulanus Morini; ille sentiebat in supradicto vase relinquendam esse, ne periret; hic affirmabat, parumper e vase amovendam esse, ut ipse causam cognosceret et provideret. Denique periti hortulani sententia approbata, et vitio plantae diligentissime cognito, ad remedium afferendum prompte venerunt: partem enim radicis iam putridam caedit hortulanus, bonam in novo vase composuit, et operuit fimo: vas contra solem posuit, et cum dicto Fratre Josepho curas omnes ad opus necessarias adhibuit, quae suo tempore optatum tulerunt effectum. Etenim parvula planta statim reviviscere coepit, et exorti tres rami robusti fortesque creverunt; sed annis praesertim 1877 et 1878 perbelle pullularunt, ut pulchris copiosisque foliis ornari viderentur

---

veluti scissurae, quae plantantis quinas illas scissuras vel cicatrices in memoriam reducant (*Annal Minor* Vol. II. pag. 228, num. 31).

(3) Hic Laicus, mense Decembris, 1881, iam supremum diem obiit.

ab omnibus. Tandem 1879 editis multis floribus et iucunde olentibus, septemdecim mala optimi saporis maturavit. Ut huic prodigiosae prospiceretur arbori, visum fuit Religiosis, eam in vase multo maiori ponere, in quo nunc diligentissime asservatur.

Ex his hactenus fideliter expositis, nemo amplificatum putabit, si dicatur, vetustam malum Assyriam S. Francisci redivivam, prodigiose germinasse intercessione nostri Sancti Patris, qui tres Ordines ab eo institutos tribus ramis quasi exprimere voluit, et spem dulcem afferre filiis suis, ipsos, cum Domino placuerit, ob bonum et utilitatem Ecclesiae civilisque societatis, post fere universalem suppressionem, ad novam et salutarem vitam surrecturos. Amen.

(Acta Ordinis Min.)

MINORES CAPUCCINI IN ALMA DOMO LAURETANA.

(Continuatio)

II.

Historiam relationum Familiae Capulatorum cum Sanctuario Lauretano prosequimur, et cum jam in hujusmodi narratione pervenerimus ad annum 1611, quo secundum hospitium Capuccinorum Laureti perfectum fuit, ibique religiosa Familia permanere cœpit (1): nunc aliud decennium descriptione complectimur (1611-1621), in quo plura contigerunt memoratu digna (2).

Tria praesertim exponemus. 1° de praedicatione Capuccinorum in supradicto Sanctuario. 2° de egregia opera, quam Capuccini navaverunt, ut Festum Translationis Almae domus solemniter celebraretur. 3° de gravibus officiis, quae ipsis commissa fuerunt hoc tempore.

Ordo Capuccinorum jam a principio praeclarissimos oratores sacros habuit,(1) qui cum virtute, eloquentia et apostolico zelo florerent et a populis prae ceteris libenter audiebantur: quo factum est, ut non tantum Adventus vel Quadragesimae tempore in civitatibus, in oppidis et pagis ad evangelizandas gentes desiderarentur, sed praeterea, ubi hoc fieri posset, ministerium verbi Dei dispensandi hominibus diebus festis in ecclesiis cathedralibus vel aliis magis frequentatis, ipsis conferebatur: et hoc accidit etiam Laureti, ubi per plures annos soli hoc munere sunt functi (2). Et postea per quoddam tempus ministerium praedicandi in Ecclesia Lauretana alternatim concessum fuit Iesuitis et Capuccinis; at illis (nescio qua causa) oneri renuntiantibus, istis totum ad multos annos iterum impositum fuit (3). Et quidam P. Bonifacius ab Asculo Piceno Capuccinus, Orator tunc celebris, anno 1617 praedicans Laureti Adventum, primus translationis AlmaeDomus panegyricam orationem texuit; et quo fervore hoc fecerit ex fructu in populo facile deducitur (4).

De cujus festi institutione, ut rectam

(1) Vide « Analecta »: Volum. 1. Pag. 38.

(2) Vicarii nostri Ordinis, hoc lapsu temporis fuere: P. Hieronymus a Castroferrettorum 1608-1613, P. Paulus a Cesena 1613-1618, P. Clemens a Noto 1618-1625. Procuratores Generales vero: P. Michaelangelus ab Arimino, P. Clemens a Noto, P. Hieronymus a Castroferrettorum. Domus Lauretana habuit duos Protectores: Cardinalem Gallum, Episcopum Auximanum 1608-1620, Scipionem Borghesium Cardinalem Nepotem, qui donis pretiosis sanctuarium cumulavit 1620-1621. Habuit duos Gubernatores: Tiberium Petroni romanum 1607-1614, Octavium Orsini romanum 1614-1621.

(1) Hic proferre sufficiat Bernardinum Rhegiensem, Hieronymum Narniensem, Hieronymum a Monteflorum.

(2) Manuscripti Annales Provinciae Marchiae in decennio 1612-1621.

(3) Ibidem.

(4) Ibidem.

cognitionem praebeamus, necesse est, nonnulla facta adnotare et in ordinem digerere. In primis invenimus in Moroni(1): Clementem VIII, transeuntem per Lauretum anno 1690, celebrationem Festi translationis Almae Domus permisisse; Bartoli vero (2) asserit, eumdem Clementem VIII in illa suae peregrinationis circumstantia festum praecepisse; in Breviario autem Romano legitur (3), Innocentium XII hoc festum universae Provinciae Picenae mandasse; sed in jam saepe citatis manuscriptis invenitur, laudatum Festum promotum fuisse anno 1617 a F. Thoma ab Ancona Laico Capuccino et a supradicto P. Bonifacio (4), de quibus omnibus facilis erit concordia, si facta in ordine sequenti accidisse teneamus.

Clemens VIII permisit et fortasse praecepit festum, sed tantum Clero et populo Lauretano, et hoc Festum absque ulla solemnitate agebatur. P. Bonifacius et F. Thomas toto pectore curarunt, ut extenderetur saltem universo populo Piceno, et ubique maxima solemnitate fieret (5). Quae solemnitas posita erat in processionibus, in musicis concentibus tum ad missam tum ad vesperas (1), in oratione panegyrica, in magna frequentia populi ad Poenitentiam et ad sacram Synaxim, et in varia, harmonica et maxima copia luminum tum in ecclesia tum supra et circa eamdem et in tota civitate; qui usus luminum in nocte praecedenti festum translationis Almae Domus in universa provincia invaluit et adhuc viget; adeo ut nulla civitas sit, nullum oppidum, nec pagus neque domus colonicae hac illac disseminatae per campos, quae copia luminum et pyris ardentibus perbelle non resplendeant, quod ex aliquo Appennini cacumine conspicientibus spectaculum vere mirandum praebet, eo magis quia illa nocte etiam naves, vel in portu consistant, vel per mare discurrant, fulgent luminibus, ideoque totus ager Picenus ab Appennino ad mare

---

(1) Moroni « Dizionario etc: Parola. *Loreto.* Permise che la festa della traslazione etc.»

(2) Bartoli « Le Glorie maestose del Santuario di Loreto. Macerata 1693 pag. 52-55 » Clemente VIII ordinò che ai 10 di dicembre si dovesse celebrare la festa della venuta di Santa Casa e per i devoti pellegrini forestieri concesse Indulgenza Plenaria.

(3) Breviario Romano, die 10 Decembris ad Matutinum, Lectione 6. in fine.

(4) Annales suprac.

(5) Hic pretium operis est sequens documentum in medium afferre ex Archivio Municipii Anconitani deductum:

Nell'anno 1626 nella nostra Cattedrale (d'Ancona) un certo P. Bonifazio Capuccino predicando l'Avvento fe' tanta calda esortazione alla Comunità di Ancona affinchè celebrasse con solenne festa la memoria del trasferimento della S. Casa che nel Consiglio tenuto il 7 decembre si prese la seguente deliberazione:

Si ordina che li sigg. Regolatori presenti faccino per parte pubblica tutto quello che giudicheranno convenire in solennizzare detta festa, come anche nella sua vigilia con far suonare trombe, tamburi e campane e con fare le solite dimostrazioni di fuochi ed altre allegrezze, imponendo ed esortando a tutti i Gentiluomini ed abitanti di questa Città di porre i lumi alle finestre la sera di detta vigilia, e che altro paresse a detti Regolatori, i quali supplicheranno anche in nome del medesimo Publico Monsignor Illmo. Vescovo, che facci far bandi per la osservanza di detta festa, e che si compiacci che da questo Pubblico si facci una luminaria solenne colla solita cera da darsi alla nuova Chiesa di Santa Palazia, dove dai sigg: Deputati si dovrà fare un altare di detta traslazione a spese della medesima fabrica, e questo si osservi in avvenire, e con quel maggiore argomento di devozione che si conviene per maggiormente riverire la Beatissima Vergine, che si è degnata di far grazia sì grande alla nostra Provincia e specialmente a questa città come capo di essa. – Supradictae solemnitates semper celebratae fuere usque ad annum 1860.

(1) Musica Lauretana nunc in Ecclesia universa celeberrima, et quae inter praestantes coryphaeos, praestantissimos habuit Zingarelli et Vecchiotti, initium a P. Bonifacio et a F. Thoma suscepit.

et littus adriaticum ab Isauro ad Iruentum coelo stellato comparari potest; et hoc est opus Capuccinorum. Innocentius XII autem desiderio, quo populus Picenus flagrabat, suffragari volens, festum ab universa provincía de praecepto celebrari mandavit.

Plura officia fuisse data Capuccinís in sanctuario Lauretano, jam vidimus (1); porro anno 1620, Pontificatus Pauli V 16° (Congregationis nostrae 96°) Scipione Borghesi Cardinali Nepote, Almae Domus Protectore, alia tria gravissima imposita fuere, idest: distríbuendi eleemosinas pauperibus tum indigenis tum peregrinis, praesidendi Nosocomio, gerendi curam infirmorum, atque Triclinio in omnibus providendi pro sacerdotibus et Regularibus vitam Laureti in communi agentibus, et etiam pro advenis. Quae omnia magni momenti esse, non est qui non videat.

Sed cum haec adimplere difficillimum foret, Provincialis Picenus, antequam sibi suisque hoc onus acciperet, non tantum Definitores, verum etiam decem Patres scientia et experientia maturiores convocavit, ut super hoc, quid consilii esset capiendum, dicerent: qui responderunt, hujusmodi officia non esse acceptanda; et hoc non certe ratione laboris, quem aequo animo et libenter Religiosos subituros affirmabant, sed etiam ex pluribus aliis hic nondum inducendis causis.

At hae rationes non persuaserunt Scipionem Borghesium Cardinalem Nepotem et Almae Domus Protectorem, qui per Procuratorem Generalem Nostri Ordinis obediendum esse respondit (2). Provincialis Marchiae, hoc audito, statim obtemperavit (15).

(*Sequitur.*)

RELATIONES MISSIONUM.

VICARIATUS PUNJABENSIS.

SUMMARIUM. — Difficultates praesertim ex missione Protestantium. — Visitatio Rmi. Episcopi ad Murrée. — Descriptio vallis de Kachemyr, et quorumdam incolarum.

Srinaggar (Cachemyr) 29 Juin 84.

.... Quant a moi, Révérendissime Père, je vais bien pour le moment, je suis complètement rétabli de la terrible maladie qui me saisit l'an dernier à mon arrivée aux Indes. Je suis arrivé à Srinaggar, capitale du Cachemyr, il y a environ deux mois. Le pays est très-beau, mais les habitants sont d'une saleté sans exemple. Les hommes et les femmes ont pour vètement une grande chemise qui descend jusqu'à mi-jambe. Ils sont presque tous musulmans: sur cent, il y a 80 musulmans, les 20 autres sont indous. J'ai trouvé ici quatre français qui sont catholiques par le baptême. Quand je vais les voir ils me recoivent bien, mais je ne les ai pas encore vus

---

(1) Vide Analecta. Volum. 1. pag. 49.

(2) Ecce responsum datum a Rmo. P. Hieronymo a Castroferrettorum Procuratore:

« Rev. Padre « Gesù » Si chiamano in Congregazione Padri per vedere se si ha da obbedire all'ordine di un Cardinale Nipote di Papa Regnante, e sí risolve di no; e questo Illmo., che puole e sopra gli dieci Padri e sopra di me e sopra tutta la Religione, risolve e vuole, che onninamente si obbedisca ai suoi comandi, in virtù dei quali alla ricevuta di questo V. P. anderà o manderà a prendere il possesso degli tre già scritti ministeri e si oprerà che sieno esercitati con ogni diligenza e carità possibile.»

(1) Patres, qui supra dicta officia non esse acceptanda existimarunt, fuere: P. Iustus a Monte, ulmo Provincialis, P. Philippus a Rapaniano, P. Bernardinus a Macerata, P. Gabriel a Recineto P. Christophorus a Monte-Grimano, P. Iustus a Sancto Iusto, P. Cesarius a S. Ginesio, P. Marianus a S. Marino, P. Andreas ab Asculo Piceno, P. Ioannes Baptista a Pisauro, qui postea electus fuit Guardianus Laureti, et dictis muneribus omni studio et diligentia cum suis religiosis fungi coepit.

à ma messe le Dimanche. Il sera très-difficile d'établir ici une mission catholique, parce que tout le terrain du Cachemyr appartient au Maharajab ou roi de ce pays. Personne n'est propriétaire et tous les Européens sont à la merci du Maharajab. On dit que les Anglais se disposent à annexer le Cachemyr à leurs possessions des Indes. Ce serait une très-bonne chose, et pour le pays, et pour pouvoir ouvrir sérieusement une mission catholique. Pour le moment j'habite une maison que le roi du Cachemyr a fait construire pour loger les visiteurs Européens. En été, il vient ici plus de 600 personnes des Indes. Ce sont tous des Anglais, par conséquent très-peu de catholiques. J'ai pu obtenir une chambre pour six mois et gratis. Cette chambre unique me sert de chapelle, de réfectoire, de dortoir, de salon enfin *every thing*. Je suis vraiment à l'apostolique et à la franciscaine. Deo gratias!

Durant le mois de Février et Mars, j'ai pu prêcher en anglais tous les dimanches, à la cathédrale de Lahore. Quant à l'hindoustan, cela va un peu plus doucement, cependant je le parle suffisamment pour me faire comprendre; mais je veux l'apprendre à fond.....

Murree, 7 Décembre 1884.

.... Il y a quelques mois, j'eus l'avantage de vous écrire du Cachemyr, où j'ai passé sept mois; n'ayant pas reçu de réponse, je suppose que ma lettre s'est égarée ou bien la vôtre.

Pour le moment, de grandes difficultés se dressent devant l'ouverture d'une mission catholique au Cachemir, qui cependant, avec la grâce de Dieu et un peu de patience et de courage, ne sont pas insurmontables. Le plus grand obstacle actuellement, c'est que ce pays n'est pas complètement ouvert aux Européens. Jusqu'à cette année-ci, les Européens ne pouvaient pas demeurer pendant l'hiver au Cachemyr sans une permission spéciale du Maharajab. La mission protestante, qui est pour nous comme un cauchemar, a pu obtenir deux maisons, grâce à l'influence du Gouvernement Anglais.

Monseigneur m'a appelé à Murree, qui est la station la plus voisine de Srinaggar, capitale du Cachemyr, pour y passer l'hiver et être aumônier d'un couvent qui contient douze religieuses et environ cent vingt-cinq pensionnaires ou orphelines. Monseigneur remplit lui-même les fonctions d'aumônier pendant l'été, mais, comme pendant l'hiver Sa Grandeur fait la Visite générale de la Mission, Elle m'a confié cette charge en attendant son retour en Avril prochain, et alors j'espère reprendre de nouveau le chemin du Cachemir. C'est un assez pénible voyage. J'étais tellement harrassé de chevaucher, que la seule vue d'un cheval me mettait en fièvre.

La vallée du Cachemir longue de 100 kilomètres, large de 20 à 25, ressemble beaucoup à la vallée du Graisivaudán, avec cette différence que les dimensions sont plus grandes. Le fleuve qui roule ses eaux dans le milieu, rappelle l'Isère.

La vallée est bornée de chaque côté par de hautes montagnes qui sont des contreforts des Himalayas. Leurs sommets sont presque toujours couverts de neiges. Le climat est celui de la France, avec cette différence que les mois de Juillet et Août sont plus chauds au Cachemir....

Fr. Marc.

VICARIATUS PATNENSIS.

Relatio DD. Pesci, O. M. Capnor. Vicarii Aplici. Patnensis ad Directores Consilii centralis Operis de Propag. Fide.

Summarium. — Gratiarum actiones. — Patna quoad statum et difficultates conversionis — Daarjelin. — Moniales Lauretanae. — Familiae cujusdam conversio. — Zelus Georgii. — Christiani in Bettiah. — Labores et spes missionariorum. — Barbaries et christianismus. — Missio P. Alexandri. — Pharmacopaea, publicae poenitentiae. — Ecclesia cathedralis ex frondosa arbore in Chuckni, spes, egestas, debita. — Christiani in Bhopal. — Apostolus regionis Pautruisi. — Statio in Sangar. — P. Raphael: obstacula, Sorores Tertii Ordinis, clerici, operarii, indigenae, quoddam votum. — Allahabad: Scholae, opificia, fraternitates. — Lady-Lojal. — Altera familia. — Paulus cognominatus vetus schismaticus. - Nova Magdalene. P. Petronii proposita etc.

L'anno scorso, io ebbi l'onore di mandare alle *Missions Catholiques* alcune notizie staccate intorno alle nostre fatiche di mezzo agl'indigeni dell'immenso Vicariato Apostolico di Patna. Queste notizie furono accolte con benevolenza, poichè anime caritatevoli, rispondendo ai gemiti de' miei zelanti cooperatori, hanno inviato delle elemosine, la cui somma ascende a 400 lire circa. Io sarei ben contento di poter presentare a ciascuno degli oblatori la mia viva riconoscenza e quella de' miei missionarî, ma non li conoscendo, mi fo lecito pregare le VV. SS. d'essere, per mezzo del *Bulletin,* gl' interpreti della nostra sincera gratitudine. Che Iddio degnisi benedire e colmare di favori queste anime generose, come noi ne l'abbiamo pregato e preghiamo tuttodì.

Quest'anno, o signori, pensai di mandarvi un resoconto generale dell'opera della Propagazione dell'Evangelio nel mio Vicariato. Io non vi parlerò punto delle stazioni europee o militari che formano certamente una porzione importante del gregge confidato alle mie cure dalla podestà della Chiesa, ma v' intratterrò unicamente dei nostri cristiani indigeni, del loro stato presente, delle consolazioni che ci procurano, dei loro bisogni e dello sviluppo di cui sarebbero suscettibili, se i mezzi pecuniarî fossero a sufficienza. Possa un tal quadro aggradirvi e meritarci le simpatie del Consiglio e degli associati alla Propagazione della Fede.

Il Vicariato Apostolico di Patna forma quasi un parallelogramma di 120 a 150 leghe di lato, che confina a Nord colla catena dell'Himalaya, a Sud coi monti Windihas, a Ovest colla missione d'Agra e all'Est col Boutan e Bengal centrale. — Questa vasta regione è abitata dai Nepaliesi, dai Lepchasi ecc. nelle parti montuose; dagl'Indî e dai Musulmani nel regno d'Oude; nel Bengala settentrionale, sulle rive del Gange, dai Santhalsi; e da altre tribù più o meno selvaggie nelle montagne del Sud. La popolazione totale potrà ascendere a 50 milioni circa. In proporzione, il numero dei cattolici è ben meschino; non ne abbiamo che un diecimila.

Bisogna però notare che il Vicariato Apostolico di Patna è di fondazione relativamente recente. Prima della sua separazione dal Vicariato d'Agra, gli operai apostolici v'erano assai rari e non potevano gran fatto occuparsi delle provincie lontane. Seguirono poscia l'annessione del regno d'Oude e la guerra che il governo inglese ebbe a sostenere più anni, per reprimere la ribellione dei Sipahisi, conseguenza naturale dell'annessione del regno d'Oude. Finita la guerra, ci volle molto tempo per riorganizzare il paese. Tali vicende non favorivano certo la propagazione del santo Vangelo. Non v'è dunque da meravigliare se una missione nascente non è tanto prosperosa come una missione già antica. Bisognò creare tutto di nuovo; e noi avemmo a combattere il paganesimo co' suoi vizî e pregiudizî

di caste, l'islamismo col suo fanatismo che a stento si potè appena adesso calmare, e le innumerabili sette protestanti, sì potenti per le immense riprese di cui dispongono. I miei venerati predecessori ed io abbiamo fatto però tutto il possibile, talvolta anzi al di là di quanto ci avrebbero permesso i nostri mezzi, per dilatare il regno di Dio in questo campo ingrato. Voi ne giudicherete da quel che segue.

Darjeelin è una città posta sulle frontiere del Nepal, del Sikim, del Thibet e del Boutan. La via di ferro v'arriva da due anni; e Darjeelin riesce un delizioso soggiorno d'estate per gli europei di Calcutta e un centro di commercio per gl'indiani e per tutte le tribù montanine.

Questo luogo sarà molto propizio alla fondazione d'uno stabilimento centrale, destinato a formare dei catechisti e dei preti indigeni, de' quali sentiamo viva necessità; chè l'influenza d'un prete europeo è debole e precaria presso la massa della popolazione. Appena che potrò raccogliere i fondi necessarî a quest'opera capitale, la mia risoluzione è presa: d'accordo coi miei missionarî, noi stabiliremo un piccolo seminario esclusivamente indigeno, e sarà probabilmente a Darjeelin, vicino al seminario e convento europeo. Frattanto io ho dato ordine ai miei missionarî di scegliere e d'allevare colla maggior cura possibile que' fanciulli dei loro distretti, che mostrano per tale istituto disposizioni speciali di virtù e talento. Appena che il piccolo seminario sarà costrutto, questi ragazzi, già preparati alla loro importante vocazione, vi saranno riuniti. Lo so: quest'operà sarà un grave peso aggiunto agli altri molti che ci schiacciano già; ma noi ne speriamo frutto sì grande che, a meno d'una assoluta impossibilità, l'intraprenderemo, fiduciosi nella Provvidenza divina e nella generosità delle anime caritatevoli.

Anzi la Missione indigena di Darjeelin non è solamente un progetto, ma realmente è già cominciata. Poichè da lungo tempo le buone religiose di Loreto ricevono ed allevano nel loro piccolo orfanotrofio alcune ragazze confidate alle materne loro cure anche da parenti idolatri. Alcuna di queste ragazze si maritò all'uscire dall'orfanotrofio, e formò cristiana famiglia: una è adesso religiosa conversa nel convento di Santa Maria di Darjeelin, dove si cattiva l'amore e l'ammirazione di tutti per la sua virtù ed eccellente carattere, e rende grandissimi servigî. Ottenne già dai suoi parenti, che abitano in Boutan e sono ancora Buddisti, che i suoi tre fratellini fossero educati nella religione cristiana, e furono di fatto battezzati nel 1883 dopo una sufficiente istruzione. Spera poi di poter decidere a seguirne l'esempio gli stessi parenti. — Se le religiose potessero stabilire un orfanotrofio indigeno separato, l'opera della conversione delle giovanette di queste montagne farebbe di certo rapidi progressi.

Sentite come il Padre Luigi, Cappuccino, racconta la conversione d'una intera famiglia: « Giorgio Nash, Hindù di razza, era protestante di rito scozzese. Quattro o cinque anni fa sua moglie moriva lasciandogli tre piccole figlie. Invano il povero padre supplicava i ministri protestanti di accettare le sue ragazzine in alcuna delle loro scuole; parlò a' sordi. Le offrì allora alle monache cattoliche che le accettarono di gran cuore, a condizione però che venissero istruite nella nostra santa religione. Accondiscese il padre, e le tre giovanette, ora sono felicissime nell' orfanotrofio. Sbattuto poi da diverse vicende, per curare la sua piccola famiglia Giorgio deve passare a seconde nozze e prende una ragazza Lepcha che acconsente a divenir cristiana. Prega dunque i suoi ministri ad istruirla e a benedire il matrimonio

secondo il rito della loro setta. Menato da mese in mese, senza che i ministri si curassero di legalizzare la sua posizione, divien padre d'un fanciullo che presenta ancora a loro pel Battesimo. Ma questi prorogano la cerimonia senza alcun motivo, e il bambino muore senza battesimo, con sommo dolore dell'infelice padre. Disgustato allora della sua religione e de' suoi ministri, parlò al catechista di Monsignore, e domandò d'essere ricevuto nella Chiesa cattolica. Subito quel catechista fu incaricato d'istruir lui e la moglie, Amendue posero tutto l'impegno a ben apprendere le verità di nostra santa religione, sì che il 29 settembre dell'anno scorso io ho avuto la buona sorte di battezzarli e di benedire la loro unione.

« Lo zelo poi di Giorgio non s'è ristretto alla sola sua famiglia: già m'ha condotto un'altra famiglia che sto istruendo. Ha potuto anche ricondurre al buon sentiero una giovane che, dopo d'avere ricevuto il santo Battesimo e l'educazione cattolica, era stata levata dal convento dai suoi parenti e costretta a seguire le pratiche della religione buddista. Infine questo zelante convertito s'è messo a cercare giovanetti indigeni, che potranno essere collocati nel seminario che Vostra Eccellenza ha in cuore di fondare, e delle giovanette che le suore ben volontieri ricevono. Sarà d'uopo fabbricare un nuovo caseggiato pei missionarî e per le suore, onde favorire quest'opera della conversione degli indigeni, che dà sì belle speranze. »

I nostri Padri Cappuccini del secolo passato avevano una cristianità fiorente a Bettiah, città che giace nel piano tra le montagne del Nèpal e le riva sinistra del Gange. Il grano di semente da loro coltivato è divenuto ora un grand'albero che copre dell'ombra sua da cinque a seicento anime rigenerate dal santo Battesimo. Da queste radici sortì il vigoroso pollone di Choorie e in questo stesso momento, noi ne vediamo con piacere un altro ramo a Chuckni, ventiquattro miglia da Bettiah. — Ne parlerò più sotto.

Il missionario cui è affidata la stazione di Bettiah mi scrive sotto la data del 10 dicembre 1883. « Il mio tempo è talmente assorbito dagli uffizî del santo ministero, dall'orfanotrofio, dalla scuola e dagli altri impegni della mia numerosa e fervente parrocchia, che non me ne resta per correr dietro e cercare le pecorelle che sono ancora fuori dell'ovile. S'io avessi buoni catechisti, potrebbero supplirmi con vantaggio presso dei paesani e condurre buon numero d'anime nel seno della Chiesa. Ond'è che ho ricevuto molto volontieri l'ordine di V. E. di scegliere ed istruire con cura i fanciulli che presentano le migliori disposizioni per divenire catechisti o preti. Ne ho meco di già 6, dai quali mi riprometto assai bene. Appena Vostra Eccellenza avrà trovato mezzi, tal numero potrà essere accresciuto. Oh! quanto è vero, Monsignore, che buoni catechisti e preti indigeni sono il mezzo migliore e più potente per convertire tante anime, le quali noi non possiamo avvicinare che con grandi difficoltà. »

Quest'anno la mia messe d'anime non è sì abbondante come quella degli anni precedenti. Un bambino di due anni, consegnato alle cure d'una famiglia cristiana e due ragazze raccolte nell'orfanotrofio, furono le primizie. Poi ho battezzato due adulti in punto di morte. L'uno è un giovane del paese che aveva vissuto coi cristiani e conosceva già bene le verità di nostra santa religione. Durante l'ultima sua malattia domandò egli stesso e ricevette il santo Battesimo.

L'altra è una donna che avea lasciato l'islamismo per isposare un Hindou. Caduta gravemente ammalata, fu dal suo marito gettata brutalmente alla porta,

benchè avesse già con lui vissuto buon numero d'anni. La malata tentò ritornare alla sua famiglia, ma fu respinta sotto pretesto che aveva rinnegata la sua casta. Consumata da febbre ardentissima, s'era accosciata di sotto un albero, senza che anima viva le offrisse un sorso di acqua. Ma non molto lungi vegliava la carità cristiana. Due donne, da me battezzate or sono due anni, la visitarono la consolarono, e fattala portare alla loro casa, la curarono nel loro meglio e l'esortarono a farsi cristiana, promettendole l'eterna felicità dopo morte. Si fe' pregare per un po' di tempo, sì che poterono le mie parrocchiane come meglio sapevano istruirla. Alla fine acconsentì e fui chiamato. Veggendo di non aver tempo a perdere, finii d'istruirla e la battezzai. Lo stesso dì perdette la cognizione e spirò dolcemente due giorni dopo. Oh! che le vie di Dio sono ammirevoli e infinita la sua misericordia! La casa dove questa convertita morì era vicinissima al villaggio musulmano cui apparteneva, molto lontana invece dal cimitero cristiano. Però i miei buoni parrocchiani di Bettiah, avendo saputa la morte di lei, s'offrirono di portarne essi medesimi la bara sulle spalle fino al cimitero, ov'ebbe sepoltura con tutti i riti di nostra santa religione. Questo riguardo dei cristiani verso una povera straniera toccò vivamente i musulmani, molti de' quali esclamavano: *Davvero la religione cristiana è una religione di carità.*

Finora ho parlato del centro della missione, ora dirò delle diramazioni che nel 1883 vivevano ancora della vita del tronco, ma che per la fine dell'84 spero abbiano ad avere tutte una vita propria ed indipendente.

Il resoconto del P. Alessandro d'Albano comincia con un voto di riconoscenza per le anime caritatevoli che gli hanno mandato mezzi di fornire la sua farmacia, assediata ogni dì più dagli ammalati dei dintorni, cristiani ed indigeni. Mercè tali soccorsi egli ha potuto salvare il corpo e l'anima d'alcuni che, senza medicine, sarebbero morti e morti infedeli.

Mi fa poi osservare che, nonostante la corruzione degl'indigeni e dei mussulmani tra i quali vivono, i suoi cristiani mostrano assai viva fede, accostandosi quasi tutti ai SS. Sacramenti nelle principali feste dell'anno. Egli attribuisce questo fervore, dopo la divina grazia, all'ottima disciplina che regna nella sua cristianità, disciplina mantenuta in vigore colle penitenze pubbliche inflitte dietro sentenza, che vien pronunciata dai principali della parrocchia presieduti dal Missionario. Queste penitenze sono accettate umilmente e fedelmente eseguite.

Lascio al P. Alessandro il narrare la presa di possesso di Chuckni. « A Pentecoste, io sono andato a prendere possesso del villaggio e del territorio di Chuckni acquistato da V. E. per stabilirvi i nostri orfani maritati e i novelli convertiti. »

« In tale occasione venne per la prima volta offerto in quel paese il Divin Sacrificio in una cappella affatto rusticana e silvestre. Un magnifico albero molto fronzuto serviva d'altare, di tabernacolo e di padiglione; e le capannuccie, destinate all'alloggio del Missionario e dei cristiani che aveva condotto seco, formavano all'ingiro una chiesuola tutta di rami e foglie, donde potevasi assistere ai divini misteri. Anche qualche famiglia cristiana dei dintorni era venuta a prender parte alla festa e a compiere i doveri religiosi in questo Duomo di verdura. »

« Quest'anno sono andato tre volte a questa nuova colonia, accompagnato da tutti gli orfani atti al lavoro; i maritati v'avevano condotto le loro famiglie. Noi

abbiamo finora preparato appena il terreno, ma spero che nel 1884 ciascuna nuova famiglia riceverá una capanna e un po' di terra a proporzione del numero dei proprî membri, e allora, stabilmente fondata la colonia, nutro certezza che gl'indigeni comunicando coi nostri cristiani ben istruiti, cominceranno a conoscere le bellezze e la bontà di nostra Santa Religione, che i loro pandite cercano di denigrare come la più vile di tutte, perchè non fa differenza alcuna di caste. Quest'è il grande ostacolo alla propagazione dell'Evangelio in questo paese, ma sfumerà a poco a poco per i buoni esempî de' nostri cristiani, specialmente quando questi potranno formare una classe numerosa e rispettabile. »

« Quest'anno essendo stato il paese afflitto da una mezza carestia, s'è raddoppiato il prezzo dei viveri e per conseguenza anche il numero dei miseri da soccorrere, tanto tra i cristiani che tra gl'infedeli. Degli orfani ne sono stati offerti molti, ma io fui costretto a non riceverne più. E siamo appena al principio della Carestia, che ne sarà alla fine? Probabilmente, Monsignore, la somma che voi aveste la bontà di mandarmi, sarà ben al disotto del bisognevole. Il peggio però si è che, troppo occupati a cercare mezzi di non morir di fame, gli indigeni non sono accorsi sì numerosi come gli altri anni, solleciti del nutrimento delle anime loro: onde gli adulti ch'ebbi la fortuna di battezzare sono pochi. »

Io aggiungerò due parole appena a questa lettera del R. P. Alessandro. Il terreno di Chuckni è realmente già acquistato, ma non del tutto pagato. V'ha un debito con *interesse* altissimo che pesa enormemente sulla mia povera missione.

Traversiamo ora il Gange e percorriamo le cristianità indigene fondate a Sud e a Ovest della Missione.

L'anno scorso le *Missions catholiques* hanno parlato della cristianità di Bhopal fondata e sostenuta in gran parte dalla famiglia dei Borboni. Hanno parimente raccontato le virtù e la morte di Madama Doolaine, l'angelo custode di questa cristianità. Privato oggigiorno del suo più potente aiuto umano, il R. P. Norberto, che ha in cura la missione di Bhopal, non ha punto perduto coraggio. Egli s'è dedicato invece a mantenere con debolissimi mezzi il bene compito e le opere fondate dalla sua nobile e ricchissima parrocchiana. Ma si capisce che abbandonato solo nella sua povertà non ha potuto sollevare tutti i miseri, nè proseguire il bene cominciato da una gran fede aiutata da una grande fortuna. Se noi non vogliamo vedere questa cristianità deperire, dovremo mandare al Padre Norberto quei soccorsi, ch'egli in altri tempi inviava altrove.

Un po' più a Sud-Ovest; ai piedi dei monti Windiah, v'ha la tribù semplice e mezzo ancora selvaggia dei Panthalsi. L'anno scorso vi ho mandato il buon P. Giuseppe Maria per fondare una novella missione in quel paese, che non è soggetto al regime tirannico delle caste, e non fu infetto dall'eresia protestante. Perciò vi speriamo abbondante raccolta d'anime. Già il caro apostolo dei Santhals ha potuto ottenere un vasto territorio ove pensa collocare le famiglie che si convertiranno. Egli s'è fabbricata una umilissima cappella ed una casuccia, impara la lingua, fa delle buone relazioni, cerca guadagnare il cuore del popolo coll'esempio dell'annegazione e della carità. Là bisogna crear tutto dal nulla sì pel temporale che per lo spirituale. Ma noi speriamo colla benedizione di Dio e i soccorsi delle anime pie di avverarsi tra i Santhali, come in molti altri luoghi, quelle parole della S. S.: « *elegit quae non sunt, ut confundat quae sunt.* » Appena questa missione sarà fondata e

produrrà frutti, io m'affretterò a comunicarlo alle Signorie loro, onde far parte di tale consolazione ai buoni associati della Propagazione della Fede.

Risalendo verso Nord-Ovest, quasi alle frontiere nel regno di Gwalior che dipende dalla missione d'Agra, noi arriviamo a Sangar dove il governo inglese ha stabilito una stazione militare per tener d'occhio i suoi vicini alleati e le tribù del Sud. Il R. P. Raffaele, Cappellano militare, trova tempo d'occuparsi anche della parrocchia indigena composta di 250 cattolici; della direzione di 2 orfanotrofi da lui stesso fondati, l'uno per i fanciulli, l'altro per le ragazze indigene, e della conversione degli adulti. Trascrivo alcuni passi del resoconto che m'ha spedito questo zelante missionario:

« Avendo i magistrati del distretto proibito d'inviare ai preti cattolici gli orfani indigeni ed ordinato di consegnarli invece a quelli dei loro parenti ed amici che ne accettassero volontieri la cura, mi fu impossibile quest'anno aumentare il numero dei ricoverati nei due stabilimenti. Abbiamo ciononostante 21 orfani e 25 orfanelle. Oh! quanto gran bene farebbe V. E. se potesse far cessare tale ordinazione dal luogotenente del governatore. »

« Mille grazie, Monsignore, d'avermi mandato quattro religiose indigene, Terziarie di S. Francesco. Da quando esse ne hanno assunto la direzione, l'orfanotrofio delle ragazze prospera sotto ogni riguardo. Spero anche che queste buone religiose saranno di grande aiuto per far conoscere alle donne indigene la nostra Santa Religione, divenendo a poco a poco la loro casa un catecumenato. »

« Tra gli orfani ne ho scelto quattro ai quali insegno il latino, e tra poco potranno cantare in coro. Uno di loro dimostra disposizioni straordinarie per lo stato ecclesiastico. Lo riservo pel piccolo seminario indigeno, appena che Vostra Eccellenza avrà fondato tale istituto tanto necessario. »

« Alcuni de' nostri orfani, avendo imparato l'arte di falegname e di fabbro, possono ormai guadagnarsi da soli di che vivere e bisogna pensare a collocarli e a metter su casa a ciascuno. In generale i miei parrocchiani indigeni si mostrano fedeli alla pratica dei loro doveri religiosi: la loro condotta è buona ed edificante, nonostante la corruzione dei pagani, tra i quali vivono, e il cattivo esempio, bisogna pur confessarlo, degli europei della stazione militare. »

« Quest'anno ho avuto appena quattro volte la consolazione di battezzare indigeni adulti, e la loro conversione non ha nulla di straordinario. Oh! s'io avessi qualche buon catechista ben istruito nella religione e capace d'insegnarla, quanto bene potrei fare tra gli indigeni! È per questo che saluto con gioia la creazione d'un piccolo seminario destinato a provvederci di tali preziosi aiuti. »

Il Nord, l'Est, il Sud e l'Ovest del mio Vicariato l'abbiamo veduto, interniamoci ora fino a Allabadad, la capitale. In questa città io tengo due Missionarî, il P. Petronio e il P. Tommaso, che gareggiano di zelo e di sacrificio per la conversione degli infedeli. Quest'anno essi hanno avuto principalmente di mira di dare impulso alle scuole libere pei figli dei cristiani indigeni. Quella dei ragazzi conta già cinquanta alunni, dei quali cinque solamente sono figli di europei poveri. Nel corrente anno i Missionarî sono andati molto di frequente a catechizzare eglino stessi questi fanciulli, e ne hanno ammessi otto alla Confessione e quattro alla prima Comunione. Così pure hanno preparato per la Cresima tutti quelli che avevano l'età conveniente. La scuola delle ragazze è diretta da Religiose europee, che si sacrificano con tutto l'ardore alla loro istruzione. Il P.

Petronio che di frequente le esamina, mi assicura che sono tutte bene istruite nella religione: quindici hanno fatto la prima Comunione, e ventidue hanno ricevuto la Confermazione. S'accostano frequentemente alla sacra Mensa e sono l'edificazione di tutta la parrocchia. Spesso i genitori hanno espresso al Padre la loro vivissima riconoscenza.

Un anno fa a queste scuole fu aggiunto un opificio per le povere vedove che per l'addietro erano obbligate a frequentare uno stabilimento simile, soggetto intieramente a maestranza protestante, dove udivano sempre la religione cattolica posta in ridicolo e disprezzo dalle soprastanti e dalle compagne. Commosso dal pericolo nel quale si trovavano continuamente queste povere donne di perder la fede, ho spedito al P. Petronio cinquanta *rupie*, onde fondare il detto opificio per le vedove cattoliche. Quest'opera nascente è destinata nel suo svolgersi a produrre un gran bene.

Non posso trattenermi dal riportarvi qualche passo della lunga relazione, che m'invia il caro P. Petronio:

« Ordinariamente noi abbiamo spiegato due volte alla settimana il Catechismo in chiesa ai nostri cari cristiani indigeni Colla loro assiduità alle suddette famigliari istruzioni e colla fervorosa frequenza alla santa Comunione, hanno dimostrato di saper apprezzare gl'insegnamenti di nostra santa religione. Abbiamo stabilito tra loro anche la Compagnia della buona morte, per la quale ebbero da principio qualche ritrosìa; ma adesso l'opera progredisce regolarmente e conta già sessanta inscritti. Nella festa dell'Assunzione ventidue cristiane indigene, preparate con ogni sollecitudine dalle nostre infaticabili monache, furono ascritte all'arciconfraternita dell'*Abitino azzurro*. Secondo i desiderî di V. E. io non risparmierò nè cure, nè fatiche per istabilire in questa fervente cristianità indigena, anche il Terz'Ordine del nostro Santo Padre Francesco e spero per l'anno venturo di poter darle in proposito informazioni assai edificanti. »

« L'annata fu molto malsana per cagione della carestia: principalmente i casi di febbre furono numerosi assai. Non sapendo a qual mezzo appigliarmi per trovare di che soccorrere tanti ammalati, ho pensato d'umiliare una supplica a Lady Loyal, moglie del nostro vicegovernatore. Benchè protestante, la nobil dama mi rispose con affabilissima lettera, ed un'elemosina di centoventi *rupie*. Che Dio la benedica e le renda il centuplo. »

« V. E. apprenderà con piacere la notizia della conversione della famiglia M···, ch'era diventata, si può dire, pagana perchè niuno de'suoi membri s'era mai accostato ai Santissimi Sacramenti. Il padre, vecchio di sessant'anni, si è finalmente confessato e preparato con grande fervore alla sua *prima Comunione*. Ora tutta la famiglia viene regolarmente alla santa Messa in tutte le feste di precetto e spero che, coll'aiuto di Dio, seguirà tra poco l'esempio del capo di casa. Io la raccomando alle preghiere di V. E., principalmente nel santo Sacrificio. »

Il caro P. Petronio mi dà poi informazioni sulle nuove conversioni fatte nel 1883: Io non ne citerò che due per non allungar troppo questa relazione. Quando scriveva aveva anche cinque adulti, la cui istruzione non era ancora compita, epperò non essendo battezzati, non li annovera tra i neofiti.

« Paolo, armeno scismatico, mi scrive il sullodato Padre, frequentava la chiesa cattolica già da molti anni, epperò conosceva la nostra santa religione. Sul letto di morte mi fa chiamare e mi domanda i Sacramenti. — Io gli rispondo che con mio dispiacere non poteva soddisfarlo, perchè scismatico. — Dunque...

Padre mio, che bisogna fare? Io non voglio altro che la salute della povera anima mia. — Abiurare lo scisma e fare professione di credere tutto ciò che insegna la Chiesa cattolica. — Oh! ben volentieri! fu tutta la risposta che potè articolare, e subito perdette la parola. Tuttavia gli feci io l'esame di coscienza ed a segni potè fare l'abiura e la generale confessione di tutta la sua vita, onde ricevette con piena cognizione e fervore l'assoluzione e gli ultimi Sacramenti. La dimane rendeva l'anima a Dio con grande pace, in età di settant'anni. Tutta la sua famiglia, benchè scismatica, mi ringrazia con effusion di cuore del bene fatto al suo vecchio padre. »

« Una donna hindu di mala vita, della quale due figli erano stati battezzati già da tempo dal P. Luigi di Bettiah, si è convertita. Dopo lunga prova, durante la quale fu istruita, io la battezzai imponendole il nome di Maria Maddalena, la patrona dei veri penitenti, e adesso è una cristiana fesvente e l'edificazione di tutta la parrocchia. »

Ecco come il P. Petronio conchiude la relazione della sua stazione: « Se le conversioni degl'infedeli adulti sono meno numerose quest'anno che nei precedenti, è perchè noi non abbiamo più *scuole pei catecumeni, nè scuole professionali*. Ad Allabadad, senza questi due istituti (e, secondo me, sono necessarî anche negli altri centri di Missione) ci è impossibile fare anche la minima concorrenza alle sette protestanti che, colle immense riprese di cui possono disporre, hanno dovunque stabilito e moltiplicato questi due istituti: mentre noi non abbiamo nemmeno un locale per raccogliere i convertiti novelli durante il tempo necessario alla loro istruzione, e continuano quindi a frequentare quei luoghi dove sono dai protestanti allettati. La scuola professionale, prestando alla maggior parte dei nuovi cristiani i mezzi di guadagnare onoratamente il vitto, li unirà e li salverà dal pericolo di soccombere alla tentazione che loro presenta la scuola professionale, protestante. Dopo l'esperienza d'otto anni, io sono convinto che queste due scuole potrebbero raddoppiare in brevissimo tempo il numero dei nostri cristiani. Senza di queste invece, noi avremo un bel fare, ma ci toccherà assistere impotenti alla defezione stessa dei nostri cristiani indigeni. Certamente la nostra Missione è troppo povera per intraprendere subito su vasta scala questa fondazione. Ma se l'opera tanto cattolica e tanto generosa della Propagazione della Fede, se anime buone d'Europa accorrono in nostro aiuto, non potremmo noi cominciare a stabilire un catecumenato e una scuola professionale, appena ad Allabadad da principio e mano mano poi negli altri centri, con quella sollecitudine e grandezza che permetteranno i mezzi della Missione? Sottometto con umiltà, ma con convinzione, questo progetto a V. E. »

Leggendo questa lunga relazione, o signori, voi avete assistito, per così dire al Consiglio della Missione. I miei missionari incaricati dell'evangelizzazione degl'indigeni v'hanno eglino stessi esposto le loro gioie e le loro pene, le loro speranze e i loro timori, i loro successi, le loro sfortune, i loro bisogni. Permettete ch'io riassuma il tutto in breve.

Nel Vicariato Apostolico di Patna, abbiamo attualmente otto stazioni pei cristiani indigeni. Nella parte settentrionale quattro, delle quali in pieno esercizio tre ed una in formazione: nella parte meridionale altre quattro, delle quali in pieno esercizio tre ed una in formazione. Le stazioni completamente organizzate posseggono una chiesa, una casa pel Missionario, scuole ed orfanotrofi. Quello di cui i Missionarii non parlano punto è che pure abbonda in

tutte le stazioni, si è il numero stragrande di poveri, specialmente di povere vedove ch'essi devono necessariamente soccorrere. Non si lamentano mai i miei missionarî di dover così esercitare la carità, ma sì di non poterla spesso praticare largamente quanto il loro cuore e il bisogno di que' poveretti vorrebbe. Nelle stazioni in via di formazione ci mancano persino i mezzi necessarî a coprire i debiti del primo impianto. Eppure, nell'India come in tutte le altre Missioni, sono tali istituti necessari per creare una stazione. Ho parlato nel principio di questa relazione della necessità di fondare un piccolo seminario, per allevare un clero indigeno e catechisti pii ed istruiti: voi avete potuto constatar che tutti i miei missionarî appoggiano con calore questa risoluzione. Da parte mia approvo pienamente anche la proposta del P. Petronio e sarà mia premura di esaudire la sua domanda.

Ma dove trovare mezzi per tante opere tutte utili, anzi tutte necessarie? Tutti gli anni ordino delle questue in tutte le chiese: ma il loro prodotto essendo elargito in gran parte dagli europei che sono in India, deve, a tutto dritto e giustizia, essere diviso tra gli orfanotrofi europei (dei quali non s'è punto parlato in questa relazione) e le istituzioni destinate alla conversione degl'indigeni. Cerchiamo bene di guadagnare alle opere nostre la simpatia di tutte le anime generose, persino de' protestanti: ma il frutto è un bicchier d'acqua in mare, se guardiamo ai nostri bisogni. Poteva da prima far calcolo del concorso de' miei Cappellani militari, che generosamente spartivano colla Missione l'onorario che loro assegna il governo. Ma dopo i nuovi regolamenti militari, parecchi Cappellani non ricevono più o assai diminuito il loro onorario, stante che i soldati cattolici della loro stazione non arrivano a cento. Si lascia loro egual fatica, ma loro si toglie coll'assegnamento ogni mezzo di vita; di maniera che mentre noi facciamo di tutto per la Propagazione della santa Fede presso gl'indigeni, la povertà nostra si fa ognora più stretta.

Nelle mie strettezze, io ricorro umilmente sì, ma pieno di fiducia a voi, signor Presidente, per pregarvi d'essere voi stesso la *mano della buona Provvidenza,* pel povero Vicariato Apostolico di Patna. Vogliate proporre al Consiglio Centrale della Propagazione della Fede, che si degni accordare alla mia Missione una pensione annuale e stabile, come l'accorda a tante altre Missioni che non ne hanno bisogno maggiore. Il Vicariato Apostolico di Patna vi sta innanzi. Se gli volete bene, se l'adottate qual figlio vivrà, l'opera della conversione della fede vi si diffonderà e produrrà frutti immensi ed eccellenti, che saranno accolti nella Chiesa e nel Cielo: se invece lo rifiutate se voi non gli donate le bricciole della vostra tavola, come Lazzaro, languirà d'inedia e morrà. Ma no: non fia mai questo, signor Presidente, voi ascolterete il grido che irrompe dal cuore angustiato di un povero Vescovo e de' suoi Missionarî, che non cercano se non di faticare per la salute di anime ricomprate col Sangue infinitamente prezioso di Cristo Gesù e che sono tuttora avvolte nell'ombra di morte.

Pregherò Iddio che spanda su di voi, signor Presidente, sul Consiglio e su tutti gli associati alla Propagazione della Fede, le sue migliori e più abbondanti benedizioni.

✝ *Fr.* Francesco Pesci, *O. M. C.*
Vicario Apostolico di Patna

MISCELLANEA

Exsturbatio Capuccinorum conventus de Sassoferrato in Piceno. — In Conventu de Sassoferrato Provinciae Picenae, quidam e nostratibus, pietate et annosa se-

nectute commendabiles, religiose degebant, et omnibus aedificationi et solatio erant, ut apprime, in *Diario* catholico Urbis « *La Voce della Verità* » notatum invenimus. Parochis coadjuvandis in ministerio animarum, concionibus et exercitiis spiritualibus hinc inde habendis impigri et alacres incumbebant. Et mirum certe erat optimos cernere Cappuccinos, annis gravatos, omnibus omnia fieri: rudibus et doctis, nobilibus et humilibus, in respectivis eorum necessitatibus, quoad posse, presto esse, ut omnes Christo lucrifacerent.

Porro memorati loci municipium, a quo praelaudati Religiosi ut plurimum octogenarii, dictum conventum tanquam locatarii tenebant, eos exturbare decrevit. Nullus scopus, nullaque ratio hujus tantae injustitiae, ut scite exposuere viri cordati et conspicui qui, contra hujusmodi decretum municipale, protestati sunt. « Venerandi Patres, de religione et civili societate benemeriti, a cella dure expulsi fuere, non obstantibus cleri secularis, Consiliariorum civilium, et majoris saniorisque partis oppidi reclamationibus. » Nos autem hisce Fratribus nostris, canitie et virtutibus venerandis, pro solatio spirituali, verbum Dni. memoramus: « *Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam.* »

Novus Archiepiscopus. — Sacra Cong. de Propaganda Fide, in congregatione generali habita die 5 Ianuarii, sequentem proposuit promotionem a Smo. Dno. Nostro Leone P. XIII in audientia diei 11 ejusdem mensis confirmatam.

In Archiepiscopum Corcyrensem (Corfu) Illmum. et Rmum. D. D. Evangelistam Boni Ord. Min. Capuccinorum Episcopum Zacynthiensem et Cefaloniensem. (Ex « *Osservatore Romano* »).

II. STATUS PROVINCIAE ANGLICAE

Ianuario 1885.

Provincia Anglica numerat 6 Conventus et 2 Hospitia, quorum nomina, fundationis annus et Ecclesiae Titulus sunt:

1. **Chester** (Conv.) 1857. S. Franciscus Assis.
2. **Crawley** (Conv.) 1861. S. Franciscus Assis.
3. **Dulwich** (Conv.) 1879. S. Anton. Patav.
4. **Erith** (Hosp.) 1870. S. Fidelis a Sigm.
5. **Nuneaton** (Hosp.) 1880. S. Maria Angelorum.
6. **Pantasaph** (Conv.) 1852. S. David, Ep. C.
7. **Peckham** (Conv.) 1855. S. Maria V. Doloros.
8. **Pontypool** (Conv.) 1860. S. Albanus Martyr.

Status personalis Provinciae Anglicae:

Sacerdotes	30
Clerici professi	5
Clerici studiosi Philosophiae	6
Clerici studentes in Professorio . .	7
Laici	21
Numerus summarius	69

III. STATUS PROVINCIAE APRUTINAE (Abruzzi)

Ianuario 1885

Provincia Aprutina numerabat 37 Conventus, quorum nomina, fundationis annus et Titulus Ecclesiae sunt:

1. **Aquila** (*Aquila*) 1540. S. Joseph Nutric.
2. » » 1609. S. Michael. Archang.
3. » » 1879. SS. Francisc. et Clara.
4. **Amatrix** (*Amatrice*) 1569. S. Catharina V. M.
5. **Atrium** (*Atri*) 1570. S. Leonardus C.
6. **Avezanum** (*Avezzano*) 1570. S. Maria de Vico.
7. **Camplum** (*Campli*) 1579. S. Iacobus Apost.
8. **Caramanicum** (*Caramanico*) 1590. S. Laurent. Lev. M.
9. **Catinianum** (*Chitignano*) 1580. Nativ. B V. M.
10. **Celanum** (*Celano*) 1570. S. Christophor. M.
11. **Cerminianum** (*Cermignano*) 1672. S. Eustachius M.
12. **Ciculum** (*Cicoli*) 1560. Immac. Concept. B. V. M.
13. **Civitella** (*Civitella*) 1611. Spiritus Sanctus.
14. **Fara S. Martini** (*Fara S. Martino*) 1852. SS. Trinitas.
15. **Fontichium** (*Fontecchio*) 1593. Nativ. B. V. M.
16. **Gessum** (*Gesso*) 1591 S. Maria.
17. **Guardiagrelis** (*Guardiagrele*) 1599. S Maria V.
18. **Iulia** (*Giulia*) 1599. S. Michael Archang.
19. **Lancianum** (*Lanciano*) 1575. S. Bartholom. Ap.
20. **Lauretum**. (*Loreto*) 1583. Visitat. B. V. M.
21. **Leonissa** (*Leonessa*) 1571. Maria Ss. Lauret.
22. **Lucum** (*Luco*) 1582. S. Sebastianus.
23. **Manupellum** (*Manopello*) 1616. S. Michael Archang.

24. **Monsrealis** (*Montereale*) 1574. S. Crux.
25. **Montorium** (*Montorio*) 1580. Nativ. B. V. M.
26. **Ofena** (*Ofena*) 1600. S. Maria V.
27. **Ortona** (*Ortona*) 1586. SS. Trinitas.
28. **Penna** (*Penne*) 1575. Nativ. B. V. M.
29. **Pescara** (*Pescara*) 1621. S. Ioseph Nutr.
30. **Rajanum** (*Rajano*) 1642. S. Andreas Ap.
31. **Scurcola** (*Scurcola*) 1590. S. Maria V.
32. **Sulmona** (*Solmona*) 1658. S. Ioan. a. P. Lat.
33. **Taleacozium** (*Tagliacozzi*) 1626. S. Maria V.
34. **Teate** (*Chieti*) 1580. S. Ioan. Bapt.
35. **Theramum** (*Teramo*) 1543. S. Benedictus Abb.
36. **Tcccum** (*Tocco*) 1583. S. Anton. Patav.
37. **Vastum** (*Vasto*) 1860. SS. Maria V. et Martina.

Nota I. — Omnes Provinciae Aprutinae Conventus enumerati anno 1870 civiliter supressi sunt, quorum tres, videlicet Aquilae, Farae S. Martini et Vasti, Nostri iterum recuperavere.

Nota II. — Aditus ad 20 Conventus uni alterive Confratrum apertus est, in quorum 5 reperitur Familia Canonica, scilicet Aquilae ad SS. Franciscum et Claram, Aquilae ad S. Ioseph, Avezani, Farae S. Martini et Vasti; reliqui vero conventus usque adhuc manent clausi.

Nota III. — Status personalis Provinciae Aprutinae approximativus hic est:

In Conventibus Provinciae degunt Sacerdotes et Laici	90
In aliis Provinciis	21
Extra Conventus	100
Numerus summarius	211.

IV. STATUS PROVINCIAE AUSTRIACO-HUNGARICAE.

Ianuario 1885.

Provincia Austriaco-Hungarica numerat 13 Conventus, quorum nomina, fundationis annus et Ecclesiae Titulus sunt:

1. **Baziniensis** in Hungaria (hung. Bazin; germ. *Boesing*) 1674. Ssma Trinitas.
2. **Besnyocensis** in Hungaria (hung. *Maria-Besnyö*.) 1763. Ass. B. M. V.
3. **Budapestiensis** in Hungaria (hun. et germ. *Budapest*) 1692. S. Elisab. Reg. Hung.
4. **Essekiensis** in Slavonia (hung. Eszék, germ. *Essek*) 1703. S. Iacobus Apost.
5. **Gmundensis** in Austria superiori (germ. *Gmunden*) 1636. Visitatio B. M. V.
6. **Linciensis** in Austria superiori (hung. *Lincs*, germ. Linz) 1606. S. Mathias Ap.
7. **Magno-Waradinensis** in Hungaria (hung. *Nagyvarad*, germ. *Grosswardein*) 1726. Visit. B. M. V.
8. **Moòrensis** in Hungaria (hung. *Moòr*) 1696. Ssma Trinitas.
9. **Neostadiensis** in Austria inferiori (hung. *Bècsujhely*. *germ. Wiener-Neustadt*) 1623. S. Iacobus Apostol.
10. **Posoniensis** in Hungaria (hung. *Pozsony*, germ. *Pressburg*) 1676. S. Stephan. Rex Hung.
11. **Scheibbsiensis** in Austria inferiori (hung. *Scheibbsz*, germ. *Scheibbs*.) 1670. S. Barbara V. et Mart.
12. **Tatensis** in Hungaria (hung. *Tata*, germ. *Totis*) 1744. S. Emericus, Dux Hungariae.
13. **Viennensis** in Austria inferiori (hung. *Becs*, germ. *Wien*.) 1662. S. Maria Angelorum.

Status personalis Provinciae Austriaco-Hungaricae.

Sacerdotes intra Provinciam	88
Sacerdotes extra Provinciam in Missionibus	2
Clerici studiosi Theologiae	24
Clerici studiosi Theologiae Propaed.	2
Clerici studiosi Philosophiae	2
Clerici Novitii	7
Laici	68
Numerus summarius	193

BIBLIOGRAPHIA.

ANONYMUS (*Cap.*) Chronica Provinciae Helveticae Ordinis S. Patris Francisci Capucinorum ex Annalibus ejusdem Provinciae manuscriptis excerpta. Cum licentia Superiorum. Fasciculus I. Solodori typis et sumptibus B. Schwendimann, 1885.

Bonaventura (M. R. P.) da Sorrento. — S. Francesco Poeta e le sue poesie. Piccolo studio del P. Bonaventura da Sorrento cappuccino. S. Agnello di Sorrento, Tipografia all'insegna di S. Francesco d'Assisi 1883. L. 1.

Gesualdo (M. R. P.) da Bronte. — Storia della Città di Bronte, pel R. P. Gesualdo de Luca da Bronte ex Provinciale, e Custode Generale Cappuccino, Professore di Filosofia, Teologia e Diritto Canonico, socio di Accademie Pon-

tificie e Sicole, Consultore di Mons. Vescovo di Muro nel Concilio Vaticano, Avvocato onorario di S. Pietro. Milano Tipografia di San Giuseppe. Via S. Calocero N. 9. 1883, un Vol. illustrato di pag. 444. L. 8.

Giacinto (Rmo. P.) da Belmonte. — Il Beato Angelo da Acri e la Vergine addolorata, per il P. Giacinto da Belmonte Definitore Generale Cappuccino. (Terza Edizione). Roma, Tipografia Editrice-Industriale, Via S. Giacomo N. 12-14, 1884. Cent. 30.

Mauro (M. R. P.) da Subiaco. — Vita del Patriarca S. Giuseppe sposo di Maria Vergine, e Protettore della Chiesa Cattolica, ricavata dalla Sacra Scrittura e dalla tradizione per opera del P. Mauro da Subiaco cappuccino della Provincia Romana. Bastia Tipografia e Libreria Ollagnier 1884. Un Vol. di pag. 472. Lire 1.50 Rivolgersi al P. Archivista Generale.

NECROLOGIA

Severinus (V. Fr.) a Nurcia in Umbria anno circiter 1833 natus, Ordinem nostrum in Italia ingressus est aetatis suae anno vigesimo secundo. Adveniente vero commotione Italica in qua Regulares suis domibus expoliati sunt, in Insulam Corsicam, ubi in nova constituenda Provincia necessarii erant religiosi ad omnes labores exercendos magnasque defatigationes sustinendas parati, Fr. Severinum miserunt Superiores. Sed post undecim annos, febri quam nullum remedium fugabat, victus, in Galliam ad sanitatem refocillandam missus est. Quot vero in nostris Provinciis et quam varia, decurrentibus 18 annis, Fratribus utilia compleverit, incredibile est. Erat enim in eo non mediocre corporis robur, valetudo prope ferrea, infatigabilisque in operando ardor et studium, quae cum magna ad quaeque diversa peritia illum quasi ad omnia aptum reddebant. Omnes norunt quantum sudoris Tolosae praesertim, Lugduni, Aquis Sextiis et Massiliae impenderit. Tanquam ad metalla damnatus, numquam requiem, vix recreationem, parcissimumque somnum capiebat. Jejunium vero a Regula praescriptum, suis non obstantibus fatigationibus, fideli rigore semper observavit. Multamque ab eo adhuc accepturos operam nos jactabamus, cum ob heroicos charitatis actus erga asiatica peste infectos, quasi nobilissima victima, repentina diraque febri in Massiliensi conventu correptus est: et post quatuor dies, adjungente se vero morbo cholerico, suam Deo reddidit animam, requiem, quam in terris vivens semper sibi negaverat, morte aedificationis plena accepturus. Erat autem annos natus quadraginta septem, ex quibus viginti novem in Religione exegerat.

Fratres defuncti,

quorum nomina

per Kalendaria 1885 nota facta sunt.

In Provincia Austriaco-Hungarica.

1884. 18 *Februarii.* Magno-Waradini, R. P. Michael Zvarik a Solna Concionator emer.

» 17 *Aprilis.* Viennae, Rmus. P. Alphonsus Strebitzky a Tata. Ex-Definitor Generalis.

» 4 *Iunii.* Neostadii, Fr. Aemilianus Hornyanszky a Nitria, Laicus.

» 27 *Septembris.* Scheibbsii R. P. Raymundus Watzl ab Hoersching, Concionator et Catecheta.

Nihil obstat.

Fr. BERNARDUS ab ANDERMATT Min. Gen. Capucc.

Sacerdos Ioannes Savini, Director responsabilis

ANALECTA ORDINIS MINORUM CAPUCCINORUM

ACTA ROMANO FRANCISCALIA

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE XIII

CONSTITUTIO QUA NONNULLA CONTROVERSIARUM CAPITA INTER EPISCOPOS ET MISSIONARIOS REGULARES

ANGLIAE ET SCOTIAE

DEFINIUNTUR

—

LEO EPISCOPVS

SERVVS SERVORUM DEI

AD PERPETVAM REI MEMORIAM

—

Romanos Pontifices Decessores Nostros paterno semper caritatis affectu inclytam Anglorum gentem fovisse, et monumentis suis testatur historia, et felicis recordationis Pius IX in Litteris *Universalis Ecclesiae* III kalend. Octobris anno Incarnationis Dominicae MDCCCL datis, graviter ac diserte demonstravit. Quum autem per eas Litteras episcopalem hierarchiam idem Pontifex inter Anglos restitueret, cumulavit quodammodo, quantum temporum ratio sinebat, ea benefacta quibus Apostolica Sedes nationem illam fuerat prosequuta. Ex dioecesium enim restitutione pars illa dominici gregis ad nuptias Agni caelestis iam vocata, ac mystico Eius corpori sociata, pleniorem veritatis atque ordinis firmitatem per Episcoporum gubernationem et regimen rursus adepta est. *Episcopi quippe*, inquit S. Irenaeus, (1) *successionem habent ab Apostolis, qui cum Episcopatus successione charisma veritatis certum, secundum placitum Patris acceperunt*; atque inde fit, quemadmodum S. Cyprianus monet, (2) *ut Ecclesia super Episcopos constituatur et omnis actus Ecclesiae per eosdem Praepositos gubernetur.*

Huic sane sapienti consilio mirifice respondit eventus; plura nimirum Concilia provincialia celebrata, quae saluberrimis legibus religiosa dioecesium negotia ordinarunt: latius propagata in dies catholica fides, et complures nobilitate generis et doctrina praestantes ad unitatem Ecclesiae revocati: clerus admodum auctus: auctae pariter religiosae domus non modo ex regularibus ordinibus, sed ex iis etiam recentioribus institutis, quae moderandis adolescentium moribus, vel caritatis operibus exercendis, optime de re christiana et civili societate meruerunt: constituta pia laicorum sodalitia: novae missiones novaeque Ecclesiae quamplures erectae, nobili instructu divites, egregio cultu decorae; permulta etiam item condita orphanis alendis hospitia, seminaria, collegia et scholae in quibus pueri et adolescentes frequentissimi ad pietatem ac litteras instituuntur.

---

(1) *Adv. haer.* lib. IV. cap. 26, n. 1.
(2) Epist.. 26 *ad lapsos.*

Cuius quidem rei laus non exigua tribuenda est Britannicae gentis ingenio, quod prout constans et invictum est contra vim adversam, ita veritatis et rationis voce facile flectitur, ut proinde vere de ipsis dixerit Tertullianus *Britannorum inaccessa Romanis loca, Christo subiecta* (1). At praecipuum sibi laudis meritum vindicant cum assidua Episcoporum vigilantia tum Cleri universi docilis ad parendum voluntas, prompta ad agendum sollertia.

Nihilominus quaedam ex ipsa rerum conditione ortae difficultates dissensusque inter sacrorum Antistites et sodales ordinum religiosorum obstiterunt, quominus uberiores fructus perciperentur. Illi enim cum praescripta fuiset per memoratas Litteras Praedecessoris Nostri communis iuris observantia, rati sunt se posse omnia decernere quae ad ipsius iuris executionem pertinent, quaeve ex generali Ecclesiae disciplina Episcoporum potestati permissa sunt. Plures contra gravesque causae prohibebant, ne peculiaris missionum disciplina, quae iam inveteraverat, repente penitus aboleretur. Ad has propterea difficultates avertendas et controversias finiendas, Angliae Episcopi, pro sua in hanc Apostolicam Sedem observantia, Nos adiere rogantes, ut suprema auctoritate Nostra dirimerentur.

Nos vicissim haud gravate eam postulationem non minore quam Decessores Nostri benevolentia complectimur, tum quia nihil Nobis est antiquius, quam ut, sublatis dissidii causis, stabilis ubique vigeat mutua cum caritate concordia. Quo gravius autem et cautius a Nobis indicatio fieret, non modo iis quae ultro citroque adducebantur iuribus et auctoritatibus diligenter animum adiecimus, sed etiam sententiam perrogavimus Congregationis specialiter deputatae aliquot S. R. E. Cardinalium e duobus sacris Consiliis, quorum alterum Episcoporum et Regularium negotiis expediendis praeest, alterum christiano nomini propagando. Hi cunctis accurate exploratis quae in deliberationem cadebant, et rationum momentis, quae afferebantur utrinque, religiose perpensis, fideliter Nobis exposuerunt quid aequius melius de singulis quaestionibus decernendum sibi viderentur in Domino. Audito itaque memoratorum Cardinalium consilio, causaque probe cognita, supremum iudicium Nostrum de controversiis ac dubitationibus quae propositae sunt per hanc Constitutionem pronunciamus.

Multiplex licet varieque implexa sit congeries rerum quae in disceptationem vocantur, omnes tamen ad tria potissimum capita commode redigi posse arbitramur, quorum alterum ad familiarum religiosarum exemptionem pertinet ab episcopali iurisdictione; alterum ministeria respicit, quae a regularibus missionariis exercentur, tertium quaestiones complectitur de bonis temporalibus deque usu in quem illa oporteat converti.

Ad regularium exemptionem quod attinet, certa et cognita sunt canonici iuris praescripta. Scilicet quamvis in ecclesiastica hierarchia, quae est *divina ordinatione* constituta, presbyteri et ministri sint inferiores Episcopis, horumque auctoritate regantur (1); tamen quo melius in religiosis ordinibus omnia essent inter se apta et connexa, ac sodales singuli pacato et aequabili vitae cursu uterentur; denique ut esset incremento et perfectioni *religiosae conversationis* (2) consultum, haud immerito Romani Pontifices quorum est dioeceses describere, ac suos cuique subditos sacra potestate

(1) Lib. *adv. Iudaeos* cap. 5.

(1) *Concil.* Trid. sess. 23 *de sacram. ord.* can. 7.

(2) S. Gregor. M. Epist. III Lib. IX. — Bened. XIV Epist. Decret. *Apostolicae servitutis.* prid. Idus. Mart. 1742.

regundos adtribuere, Clerum Regularem Episcoporum iurisdictione exemptum esse statuerunt. Cuius rei non ea fuit causa quod placuerit religiosas sodalitates potiore conditione frui quam clerum saecularem; sed quod earum domus habitae fuerint iuris fictione quasi territoria quaedam ab ipsis dioecesibus avulsa. Ex quo factum est ut religiosae familiae, quas iure communi èt Episcopis propter hieraticum principatum, et Pontifici maximo propter primatum Pontificium immediate subesse, oporteret (1), in Eius potestate esse perrexerint, ex Episcoporum potestate per privilegium exierint. Quum autem re ipsa intra fines dioecesium vitam degant, sic huius privilegii temperata vis est, ut sarta tecta sit dioecesana disciplina, adeoque ut clerus regularis in multis subesse debeat episcopali potestati sive ordinariae sive delegatae.

De hoc itaque privilegio exemptionis dubitatum est, num eo muniantur religiosi sodales, qui in Anglia et Scotia missionum causa consistunt: hi enim ut plurimum in privatis domibus terni, bini, interdum singuli commorantur. Et quamvis Benedictus XIV in Constit. *Apostolicum ministerium*, III kalen. Iunii anno Incarnationis Dominicae MDCCLIII, memoratos missionarios regulares privilegio perfrui declaraverit, subdubitandum tamen Episcopi rursus in praesens existimabant, eo quod, restituta episcopali hierarchia, rem catholicam ad iuris communis formam in ea regione gubernari oportet. Iure autem communi (2) constitutum est, ut domus, quae sodales religiosos sex minimum non capiant, in potestate Episcoporum esse omnino debeant. Insuper ipse Constitutionis Auctor visus est ponere privilegii causam in « publici regiminis legibus..... quibus coenobia quaecumque prohibentur »; hanc vero causam compertum est fuisse sublatam, quum plures iam annos per leges illius regni liceat religiosis sodalibus in collegia coire.

Nihilominus haec tanti non sunt, ut reapse privilegium defecisse iudicemus. Nam quamvis hierarchiae instauratio faciat ut res catholica apud Anglos ad communem Ecclesiae disciplinam *potentialiter* revocata intelligatur; adhuc tamen res ibi geruntur eodem fere modo atque in missionibus geri solent. Iamvero sacrum Consilium christiano nomini propagando pluries declaravit, Constitutiones Clementis VIII *Quoniam* IX kal. Iulii MDCIII, Gregorii XV *Cum alias* XVI kalen. Septemb. MDCXXIV, Urbani VIII *Romanus Pontifex* V kalen. Septemb. MDCXXXIV, itemque Constitutiones Innocenti X, non esse de domibus atque hospitiis missionum intelligendas (1). Ac merito quidem; nam quum dubium iamdudum fuisset propositum Clementi VIII, utrum religiosi viri ad Indos missi in culturam animarum, existimandi essent quasi vitam degentes extra coenobii septa, proindeque Episcopis subesse Tridentina lege iuberentur, Pontifex ille per Constitutionem *Religiosorum quorumcumque* VI Idus Novembris MDCI decreverat eos « reputandos « esse tamquam religiosos viventes intra « claustra — quamobrem — in concernentibus curam animarum Ordinario « loci subesse: in reliquis vero non ordinario loci, sed suis superioribus subiectos remanere. » — Neque aliud sensit iudicavitque Benedictus XIV in suis Constitutionibus *Quavis* V kalend. Martii MDCCXLVI; *Cum nuper* VI Idus

(1) Concil. Vatic. Constit. *Pastor aeternus* cap. 5.

(2) Innocent. X Constit. *Instaurandae*, die 15 Octob. 1652. Constit. *Ut in parvis*.

(1) S. Cong. de Prop. fide 30 Januarii 1627; 2 Martii 1631; 5 Octobris 1655; 23 Septembris 1805; 29 Martii 1834.

Novembris MDCCLI et *Cum alias* V Idus Iunii MDCCLIII. Ex quibus omnibus liquet, etiam hospitia ac domos quantumvis incolarum paucitate infrequentes huius, de quo agitur, privilegii iure comprehendi, idque non in locis solum ubi Vicarii Apostolici, sed etiam ubi Episcopi praesunt; de Episcopis enim in Constitutionibus, quas memoravimus, agebatur. Apparet insuper rationem potissimam exemptionis missionariorum regularium in Anglia non esse exquirendam in legibus civilibus, quae coenobiis erigendis obessent; sed magis in eo salutari ac nobilissimo ministerio, quod a viris apostolicis exercetur. Quod non obscure Benedictus XIV significavit inquiens, « regulares Anglicanae « missioni destinatos illuc proficisci in « bonum sanctae nostrae religionis. » Eamdemque causam pariter attulerat Clemens VIII, cum de sodalibus religiosis ad Indos profectis docuerat, ipsos antistitum suorum iussu illuc concessisse, ibique sub disciplina praefecti provinciae versari « ad praedicandum san- « ctum Dei Evangelium et viam veri- « tatis et salutis demonstrandam. » Hinc post sublatas leges sodalitiis regularibus infensas, et hierarchia catholica in integrum restituta, ipsi Britannorum Episcopi in priori Synodo Westmonasteriensi testati sunt, rata sibi privilegia fore, « qui- « bus viri religiosi suis in domibus vel ex- « tra legitime gaudent, » quamvis « ex- « tra monasteria ut plurimum degant. »

Quamobrem in praesenti etiam Ecclesiae catholicae apud Britannos conditione declarare non dubitamus: Regulares, qui in residentiis missionum commorantur, exemptos esse ab Ordinarii iurisdictione, non secus ac regulares intra claustra viventes, praeter quam in casibus a iure nominatim expressis, et generatim in iis quae concernunt curam animarum et sacramentorum administrationem.

Praecipuam hanc quam definivimus controversiam altera excipiebat affinis, de obligatione qua teneantur Rectores missionum creditam habentes animarum curam, eorumque vicarii, aliique religiosi sodales, facultatibus praediti quae missionariis conceduntur, ut intersint iis Cleri conventibus, quos *collationes* seu *conferentiae* vocant, neque non Synodis dioecesanis. Cuius quaestionis vis et ratio ut intelligatur, praestat memorare quod in Concilio Westmonasteriensi Provinciali IV praecipitur his verbis: « Si duo « vel plures sint sacerdotes in eadem mis- « sione, unum tantum primum designan- « dum qui gerat curam animarum et « administrationem Ecclesiae.... ceteros « omnes curam quam habent animarum « cum dependentia a primo exercere. » (1) Comperta itaque natura facti de quo agitur, et semota tantisper ea quaestionis parte quae Synodos respicit, ambigi nequit, quin Rectores missionum adesse debeant iis Cleri coetibus, qui *collationes* dicuntur. Namque eorum causa eadem ferme est ac parochorum; parochos autem etiam regulares ea obligatione adstringi et docuit Benedictus XIV Constit. *Firmandis* § 6. VIII Idus Novembris MDCCXLIV, et sacrum Consilium Tridentinis decretis interpretandis pluries declaravit (2). Recte igitur in praedicta Synodo Westmonasteriensi fuit constitutum: « Ad suam collationem tenentur conve- « nire, respondere parati omnes sacer- « dotes saeculares et regulares, salvis « eorum iuribus, qui curam habent ani- « marum. » Aliter dicendum videretur de vicariis, aliisque religiosis viris apostolica munia obeuntibus. His enim integrum quidem est de *iure constituto* a memoratis collationibus abstinere, prout alias fuit a sacra Congregatione Concilii de-

(1) Dec. 10 n. 2.

(2) « Forosempronien. » 5 Septemb. 1650 Lib. 19 Decret.

claratum(1). At Nos minime praeterit Concilium Romanum habitum anno MDCCXXV auctoritate Benedicti XIII iussisse confessarios omnes etiam ex ordinibus regularibus intra fines provinciae commorantes coetus illos celebrare « dummodo morales in eorum conventibus lectiones non habeantur. » Quum autem quod sine effectu geritur id geri nullo modo videatur, sacrum Consilium christiano nomini propagando merito existimans domesticas regularium collationes in quibusdam missionum locis parum fructuosas ob exiguum sodalium numerum futuras, cunctis et singulis illic munere perfungentibus imperavit, ut Cleri conventibus interessent. Hisce igitur rationibus permoti declaramus, omnes missionum rectores Cleri collationibus adesse ex officio debere, simulque decernimus ac praecipimus ut iisdem intersint vicarii quoque, aliique religiosi viri missionariis facultatibus concedi solitis instructi, qui hospitia, parvasque missionum domus incolunt.

De officio conveniendi ad Synodum explorata Tridentina lex est (2): « Synodi « quoque dioecesanae quotannis celebren« tur, ad quas exempti etiam omnes, « qui alias, cessante exemptione, inte« resse deberent, nec capitulis genera« libus subduntur, accedere tenentur. Ra« tione autem parochialium aut aliarum « saecularium ecclesiarum etiam adne« xarum; debent ii qui illarum curam « gerunt, quicumque illi sint, Synodo in« teresse. » Quam legem egregie illustravit Benedictus XIV (3). Neque vero putamus cuiquam negotium facessere decretum Alexandri VIII, III kalen. Aprilis MDCXCI quo cavetur, ut ad synodum accedant Abbates, Rectores, Praefecti, omnesque antistites domorum religiosarum quas Innocentius X Episcoporum potestati subiecerat. Quum enim Innocentianae Constitutiones viros apostolicos, qui in sacris missionibus versantur, non attingant, facile intelligitur, neque decretum Alexandri VIII ad eos, de quibus modo apud Nos agitur, pertinere. Quare huic posteriori quaestionis parti hoc unum respondemus: standum esse decretis Synodi Tridentinae.

Proxima est quaestio quae respicit appellationem ab interpretatione quam Episcopi ediderint, decretorum synodalium. Namque hisce decretis pareant oportet etiam religiosi sodales in iis quae ad curam animarum et sacramentorum administrationem referuntur (1), ceterisque in rebus « in quibus eos Episcoporum « iurisdictioni subesse canonica praeci« piunt instituta. (2) » Profecto dubitare non licet quin ab iis interpretationibus ad Sedem Apostolicam provocatio sit; « siquidem, Gelasio 1 (3) et Nicolao 1 (4) « auctoribus, ad illam de qualibet mundi « parte canones appellari voluerunt: ab « illa autem nemo sit appellare permis« sus ». Quare huius appellationis tantummodo vis et effectus potest in dubitationem adduci. At haec dubitatio facile tollitur, si apta fiat causarum distinctio. Fas est nimirum Regularibus appellare *in devolutivo* tantum, quoad interpretationem decretorum, quae de iure communi, sive ordinario sive delegato, Regulares etiam afficiunt; quo vero ad interpretationem aliorum decretorum etiam *in supensivo*. Authentica namque interpretatio quae manat ab Episcopis, qui Synodorum auctores sunt, tanti profecto

(1) « Forosempronien. »- 12 Maii 1681 Lib. 55 Decr. fol. 258 « Aquipendien. VV. SS. LL. 12 Martii 1718.

(2) Sess. 24 cap. 2 « de reform. »

(3) *De Synod. Dioec.* lib. 3 cap. 1. § 11-

(1) Concil. Trid. sess- 25 cap. 11 *de regular.*

(2) Innoc. IV cap. 1 *de privileg.* in 6.

(3) Epist. 7 *ad Episc. Dardan.* ann. 495 Tom. 2 collect. Harduini.

(4) Epist. 8 ad Michael. Imperat. Tom. 7 collect. Harduini.

est quanti sunt ipsa decreta. Ex quo illud omnino est consequens, licere religiosis sodalibus a primo decretorum genere appellare eo iure et modo, quo licet cuilibet e dioecesi appellare a lege communi, scilicet *in devolutivo.* (1) At vero ad reliqua decreta quod attinet, ea certe lata contra regulares vim rationemque legis amittunt: quare constat illos sic exemptionem a iurisdictione episcopali possidere uti ante possederint; donec Pontificis maximi auctoritate iudicetur, iure ne an secus cum iis actum sit.

Hactenus de exemptionis privilegio; nunc de iis quaestionibus dicendum, quibus ministeria quaedam per regulares exercita occasionem praebuerunt. Excellit inter haec munus curationis animarum, quod saepe, ut innuimus, religiosis viris demandatur intra fines ab Episcopis praestitutos; locus autem iis finibus comprehensus *missionis* nomine designatur. Iamvero de his missionibus disceptatum fuit, an et quomodo fieri possit ab Episcopis earum divisio, seu, ut dici solet, dismembratio. Nam qui Regularium iura tuebantur, negabant hanc divisionem fieri posse nisi legitimis de causis adhibitisque iuris solemniis quae praescripta sunt ab Alexandro III (2) et a Concilio Tridentino. Alia vero erat Episcoporum opinatio.

Profecto si divisio fiat paroeciae veri nominis, sive antiquitus conditae, sive recentiore memoria jure constitutae, dubitandum non est quin nefas sit Episcopo canonum praescripta contemnere. At Britannicae missiones generatim in paroecias ad iuris tramites erectae non sunt: idcirco sacrum Consilium christiano nomini propagando anno MDCCCLXVI officium applicandi missam pro populo ad Episcopum pertinere censuit, propterea quod dioecesium Britannicarum non ea sit constitutio, ut in veras paroecias dispositae sint. Itaque ad divisionem missionis simplicis ea iuris solemnia transferenda non sunt, quae super dismembratione paroeciarum fuerunt constituta: eo vel magis quod propter missionum indolem et peculiares circumstantias, numero plures ac leviores causae possint occurrere, quae istarum divisionem suadeant, quam quae iure definitae sint ut fiat paroeciarum divisio. Neve quis urgeat similitudinem quam utraeque inter se habent; cum enim obligatio servandi solemnia iuris libertatem agendi coerceat, ad similes causas non est pertrahenda. Silentibus itaque hac super re generalibus Ecclesiae legibus, necesse est ut Concilii Provincialis Westmonasteriensis valeat auctoritas, cuius hoc decretum est: « Non obstante rec-
« toris missionarii deputatione, licebit E-
« piscopo de consilio Capituli, intra limi-
« tes missionis cui praeponitur, novas
« Ecclesias condere ac portionem distric-
« tus iis attribuere, si necessitas aut utili-
« tus populi fidelis id requirat. » Quae cum sint ita, ad propositam consultationem respondemus: licere Episcopis missiones dividere, servata forma sancti Concilii Tridentini (1), quoad missiones quae sunt vere proprieque dictae paroeciae; quoad reliquas vero, ad formam Synodi I Provincialis Westmonasteriensis (2). Quo melius autem missioni, quae dividenda sit, eiusque administris prospiciatur, volumus ac praecipimus, ut sententia quoque rectoris exquiratur, quod iam accepimus laudabiliter esse in more positum: quod si a religiosis sodalibus missio administretur, Praefectus Ordinis audiatur; salvo iure appellandi,

(1) Bened. XIV *de Synod. Dioec.* Lib. 13 cap. 5 § 2.

(2) Bened. XIV *de Synod. Dioec.* Lib. 13 capitolo 5. § 2.

(1) Sess. 21 cap. 4 *de reform.*

(2) Cap. 4 sess. 21 *de reform.*

si res postulet, a decreto episcopali ad Sanctam Sedem *in devolutivo* tantum.

Peracta missionis, cui regulares praesint, dismembratione, alia nonnunquam quaestio suboritur: utrum nempe Episcopus in praeficiendo Rectore missioni quae nova erigitur, ipsos religiosos sodales ceteris debeat praeferre. — Quamvis illi hanc sibi praerogativam adserant, obscurum tamen non est haud leves exinde secuturas difficultates et offensiones. Ceterum in ea de qua sermo est, nova erectione, necesse est alterutrum contingere; nimirum ut paroecia veri nominis, aut mera missio constituatur, Si primum fieret, perquam alienum esset ab Ecclesiae disciplina e religiosa familia arcessitum parochum praeferri; sic enim iure quod modo viget arcentur regulares a parochi munere, ut illud suscepturi venia Apostolica indigeant. Ad rem Benedictus XIV in Constit. *Cum nuper*, VI Idus Novembris MDCCLI, « Quemadmodum, inquit, negari nequit, ex veteri canonum lege, monachos et regulares ecclesiarum parochialium regiminis capaces fuisse, ita certum nunc est ex recentiori canonica disciplina interdictum esse regularibus parochiarum curam adsumere sine dispensatione Apostolica. » Hinc sacrum Consilium Tridentinis decretis interpetrandis ad dubium: « an annuendum sit precibus « Patrum Augustinianorum de nova paroecia iisdem concedenda » rescripsit: -- Negative et amplius. -- (1) Sin autem, quod secundo loco posuimus, mera missio erigitur, ius certe non obest religiosis viris ne inter eos eligatur rector; ast ne iis quidem praeferri optantibus suffragatur. Rem itaque integram et in sua potestate positam aggrediens Episcopus, libertate sua utatur oportet; ubi enim iura silent, loco legis est Praesulis auctoritas; praesertim vero quod, ut doctorum fert adagium, Episcopus *intentionem habet in iure fundatam* in rebus omnibus, quae ad dioecesim suam administrandam attinent. Quamobrem praelatio quoad novam missionem, a Regularibus expetita, aut nullo iuris subsidio fulcitur, aut in disertam iuris dispositionem offendit (1).

Officium curationis animarum sedulitati Regularium commissum alias etiam dubitationes gignit; eaeque loca spectant finibus comprehensa missionum quae ab ipsis reguntur. Coepit enim ambigi utrum coemeteria et pia loca, intra fines illarum sita, Episcopus visitare possit. Ast in coemeteriis facilis ac prona suppetit distinctionis adeoque finiendae controversiae ratio. Nam si de coemeteriis agatur quae solis religiosis familiis reservantur ea plane ab Episcopi iurisdictione, proindeque a visitatione exempta sunt; cetera vero fidelium multitudini communia, quum uno ordine haberi debeant cum coemeteriis paroecialibus, iurisdictioni Ordinariorum subsunt indubitate, ac propterea optimo iure ab Episcopo visitantur, quemadmodum statuit Benedictus XIV in Constit. *Firmandis* VIII Idus Novembris MDCCXLIV. Haud absimili distinctione de locis piis quaestio dirimitur, ea secernendo quae exempta sunt ab iis quibus praeest Episcopus sive ordinario iure, sive delegato. De utrisque igitur, tum coemeteriis tum piis locis, sententiam Nostram paucis complectimur pronunciantes: sacrorum canonum et constitutionum Apostolicarum praescripta esse servanda.

Superioribus dubiis arcto iungitur nexu illud quo quaeritur an Episcopis subesse debeant scholae pauperum, quae *elementares*, etiam *primariae*, *puerorum* nuncupantur; est enim sanctissimum docendi ministerium, et proximum piis locis ordinem tenent scholae de quibus agendum

(1) *De regimine congregationum seu missionum*. n. 5.

(1) In Januen. *dismembrationis* XXV Janu. MDCCCLXXIX.

est. Quo illae pertineant ex ipso nomine dignoscitur; intendunt nimirum ad puerilem aetatem primis litterarum elementis primisque fidei veritatibus, ac morum praeceptis apte instituendam: quae quidem institutio omnibus est temporibus, locis et vitae generibus necessaria, ac multum habet momenti ad universae societatis humanae, nedum singulorum hominum incolumitatem; ex puerili enim institutione pendet, ut plurimum, qua quis ratione sit reliquae aetatis spatium acturus. Itaque quid a docentibus eo loci praecipue praestandum sit, sapienter Pius IX significavit scribens: « In hisce « potissimum scholis omnes cuiusque e « populo classis pueri vel a teneris an- « nis sanctissimae nostrae religionis my- « steriis ac praeceptionibus sedulo sunt « erudiendi et ad religionem civilemque « vivendi rationem accurate formandi, « atque in iisdem scholis religiosa prae- « sertim doctrina ita primarium in insti- « tutione et educatione locum habere ac « dominari debet, ut aliorum cognitiones « quibus iuventus ibi imbuitur, adventi- « tiae appareant. » — Nemo exhinc non intelligit istam puerorum institutionem in Episcoporum officiis esse ponendam, et scholas, de quibus agitur, tam in urbibus frequentissimis, quam in pagis exiguis inter opera contineri quae ad rem dioecesanam maxime pertinent.

Insuper quod ratio suadet lux historiae confirmat. Nullum quippe fuit tempus quo singularis non eluxerit Conciliorum cura in huiusmodi scholis ordinandis ac tuendis, pro quibus plura sapienter constituerunt. Eorum nempe decretis prospectum est ut illas Episcopi in oppidis et pagis restitui et augeri curarent (1), puerique ad discendum admitterentur, qualibet, si fieri posset, impensa remissa (2). Eorumdem auctoritate dictae leges, quibus alumni religioni ac pietati operam darent (1), definitae dotes et ornamenta animi, quibus magistros praeditors esse oporteret (2), iisque imperatum, uti iurarent iuxta formulam catholicae professionis (3): demum scholarum curatores constituti qui eas adirent, ac circumspicerent ne quid inesset vitii aut incommodi, neve quid omitteretur ex iis rebus, quas de illarum disciplina leges diocesanae sanxissent (4) — Ad haec, quum Patres Conciliorum probe intelligerent parochos etiam pastoralis ministerii compotes esse, partes haud exiguas iisdem tribuerunt in scholis puerorum, quarum cura cum animarum curatione summa necessitate iungitur. Placuit igitur in singulis paroeciis pueriles scholas constitui (5), quibus nomen est *parochialibus* impositum (6): iussi sunt parochi munus docendi suscipere, sibique adiutricem operam magistrorum et magistrarum adsciscere (7): iisdem negotium datum scholas regendi et curandi diligentissime (8): quae omnia si non ex fide integreque gesserint, officium deseruisse arguuntur (9), dignique haben-

(1) Epist. ad Archiep. Friburg. *Cum non sine maxima* XIV Iulii MDCCCLXIV *Acta* vol. 3.

(2) Synod. I Provincial. Camerac. tit. *de schol.* cap. 1 - Synod. provinc. Mechlin. tit. *de schol.* c. 2.

(1) Synod Namurcen. an. 1604 tit. 2 cap. 1.

(2) Synod. Antuerpien. sub Mireo tit. 9. cap. 3.

(3) Synod. Cameracen. an. 1550.

(4) Synod. II Provinc. Mechlinien. tit. 1. cap. 3.

(5) Synod. II Provinc. Mechlinien. tit. 20. cap. 4. — Sinod. Provin. Pragen. an. 1860, tit. 2. cap. 7.

(6) Synod. Valens. an 529. can. 1. — Synod. Nannet. relat. in cap. 3. *de Vit. et. hon. clericor.* — Synod. Burdigal. an. 1583. tit. 27.

(7) Synod. I. Provinc. Mechlin. tit *de scholis* cap. 2. — Synod. Provinc. Colocen. an 1863, titolo 6. — Synod. Provinc. apud Maynooth anno 1875.

(8) Synod. Nannet. sup. cit. — Synod. Antuerp. sup. cit. — Synod. Prov. Burdig. an. 1850. tit. 6. cap. 3.

Synod. Prov. Vienn. ann, 1858. tit. 6. capitolo 8. — Synod. Prov. Ultraiect. an. 1865. titolo 3. cap. 2.

(9) S ynod. Prov. Colocen. an. 1863. tit. 6. capitolo 5. — Synod Prov. Colonien. an. 1860. titolo 2. cap. 23. — Synod. Prov. Ultraiect. anno 1863. tit. 9. cap. 5.

tur in quos Episcopus animadvertat (1).

In unum ergo collineant argumenta ex ratione et factis petita ut scholae, quas pauperum vocant, institutis dioecesanis et paroecialibus praecipuo iure adnumerandae sint; eaque de causa Britannorum Episcopi ad hanc usque aetatem in missionibus tam saecularibus quam regularibus easdem pro potestate sua visitare consueverunt. Quod et Nos probantes declaramus: Episcopos ius habere quoad omnia visitandi huiusmodi scholas pauperum in missionibus et paroeciis regularibus aeque ac in saecularibus.

Alia profecto causa est ceterarum scholarum et collegiorum, in quibus religiosi viri secundum ordinis sui praescripta iuventuti cathalicae instituendae operam dare solent; in hisce enim et ratio postulat, et Nos volumus firma atque integra privilegia manere quae illis ab Apostolica Sede collata sunt, prout aperte est declaratum anno MDCCCLXXIV a sacro Consilio christiano nomini propagando, quum acta expenderentur Concilii Provincialis Westmonasteriensis IV (2).

Quum res in vado sit quod ad scholas attinet et collegia regularium iam constituta, adhuc tamen est in ancipiti, si de novis erigendis agatur. De his enim quaeritur; an et cuius superioris venia sit impetranda? Porro cum latius ea dubitatio pateat et ecclesiarum quoque ac coenobiorum erectionem pertingat, omnia haec unius questionis et iudicii terminis complectimur. Atque hic primo occurrunt Decretales veteres, quibus est cautum ne quid huismodi quisquam instituerct absque Sedis Apostolicae licentia speciali (3). Postmodum Tridentina Synodus in eodem genere quidquam operum fieri prohibuit « sine Episcopi, in cuius dioecesi « erigenda sunt, licentia prius obtenta (1) »: quo tamen Concilii decreto haud est superioribus legibus derogatum, veniam ab Apostolica Sede impetrari iubentibus. Quapropter cum ea in re liberius passim ageretur, Urbanus VIII (2) pravam consuetudinem emendaturus, opera eiusmodi improbavit tam quae sine venia Episcopi, quam quae sola illius auctoritate susciperentur, et veterum canonum simul Conciliique Tridentini leges omnino in posterum servari decrevit. Huc etiam spectavit Innocentius X in Constitut. *Instaurandae* Idibus Octobris MDCLII, qua praecepit ut nemo ex familiis regularibus « domos vel loca quaecumque de novo « recipere vel fundare praesumat absque « Sedis Apostolicae licentia speciali ». Quare communis hodie sententia est, cui favet passim rerum iudicatarum auctoritas, non licere regularibus, tam intra quam extra Italiam, nova monasteria aut conventus sive collegia fundare, sola Episcopi venia impetrata, sed indultam quoque a Sede Apostolica facultatem requiri (3). Iisdem insistens vestigiis sacrum Consilium christiano nomini propagando pluries decrevit, veniam Apostolicae Sedis et Episcopi aut Vicarii Apostolici ecclesiis collegiisque erigendis, etiam in missionibus, ubi religiosi sodales domos sedesque habeant, esse omnino necessariam (4). His ergo de causis ad propositum dubium respondemus: sodalibus religiosis novas sibi sedes constituere, erigendo novas ecclesias, aperiendove coenobia, collegia, scho-

(1) Synod. I Prov. Cameracen. tit. *de Scholis* cap 2.

(2) Decret. 26.

(3) Cap. Religiosorum § *confirmatas de relig. domib.* et cap. *Ex eo* de excess. praelat in 6.

(1) Concil Trident. sess. 25 cap. 3 *de Regular.*

(2) Constit. *Romanus Pontifex* XIII kalen. Septembris 1624.

(3) Bened. XIV, *de Synod. dioecs.* lib. 9 cap 1, num. 9. — Monacelli *formul, legal.* part. I, tit. 6, form. 19, num. 31.

(4) Sac. Congreg. de Prop. Fide in coetibus habitis diebus 22 Mart. 1669; 3 Nov. 1688, 1705, 1768; 23 Aug. 1858; 30 Maii 1865; 17 Iulii 1865.

las, nisi obtenta prius expressa licentia Ordinarii loci et Sedis Apostolicae, non licere.

Fieri solet utique subtilior inquisitio, an duplex ea venia sit impetranda, si non prorsus novum opus regularis familia moliatur; sed ea quae sunt instituta velit in alios usus convertere. Verum neque obscura, neque anceps erit futura responsio, si varios, qui accidere possunt, casus distinguamus. Initio enim quis serio dubitet, an ea quae pietatis religionisque causa instituta sunt, liceat in usus a religione et pietate alienos convertere? Restat itaque ut de tribus hisce dumtaxat quaeratur, utrum nempe liceat dimovere de loco instituta alioque tansferre: aut immutare in usum consentaneum, qualis esset si schola in ecclesiam, coenobium in collegium, in domum pupillis aegrotisque recipiendis, vel vicissim mutaretur; at demum, priore uso retento, novam causam sive usum inducere. Iam vero quominus duo illa prima, privata ipsorum auctoritate, religiosi sodales efficiant, obstat decretum Bonifacii VIII, qui eos vetuit « ad habitandum domos » vel loca quaecumque de novo recipere, » seu hactenus recepta mutare (1). » Rursus qui fieri potest ex duobus illis alterutrum, nisi res recidat in fundationem novam « Monasteriorum, Collegio« rum, domorum, conventuum, et alio« rum Regularium locorum huiusmodi? » Atqui id perfici prohibuit Urbanus VIII per constitutionem *Romanus Pontifex*, nisi « servata in omnibus et per omnia « sacrorum canonum et Concilii Triden« tini forma. » Sic unum superest de quo contendatur; num priore usu retento, nova causa vel usus adiici valeat. Tunc autem pressius rem urgere oportet et accurate dispicere, utrum ea inductio alterius usus ad interiorem administrationem, disciplinamque domesticam spectet, velut si tirocinium aut collegium studiorum causa iunioribus sodalibus in coenobio constituatur; an fines interioris administrationis sit excessura, puta si inibi schola fiat aut collegium quod pateat etiam alienis. Plane si dictos fines excesserit, res redit ad alterutram illarum, quae a Bonifacio VIII et Urbano VIII fieri pro lubitu, ceu diximus, prohibentur. Sin autem intra limites domesticae disciplinae mutatio contineatur, suo certe iure Regulares utuntur; nisi forte leges fundationis obsistant. Ex quibus singillatim perpensis manifesto colligitur: Religiosis sodalibus non licere ea quae instituta sunt, in alios usus convertere absque expressa licentia Sedis Apostolicae et Ordinarii loci, nisi agatur de conversione, quae, salvis fundationis legibus, referatur dumtaxat ad internum regimen et disciplinam regularem.

Nunc ad illud progredimur controversiae caput, in quo de temporalibus missionum bonis disputandum est. Ex liberalitate fidelium ea parta bona sunt, qui cum sua sponte et voluntate dona largiantur, vel intuitu missionis id faciunt, vel eius qui missioni praeest. Iam si missionis intuitu donatio contigerit, ambigi solet, an viri religiosi quibus donum sit traditum, accepti et expensi rationem reddere Episcopo teneantur. Atque istud quidem fieri oportere, sacrum Consilium christiano nomini propagando, super dubio proposito ob missiones Britannicas religiosis Ordinibus sive Institutis commissas, die XIX Aprilis MDCCCLXIX, rescripsit in haec verba: « 1° Missionarii re« gulares bonorum temporalium, ad ipsos « *qua regulares* spectantium, rationem « Episcopis reddere non tenentur. 2° Eo« rum tamen bonorum, quae missioni, « vel regularibus *intuitu missionis* tributa « fuerunt, Episcopi ius habent ab iisdem « missionariis regularibus, aeque ac a « Parochis cleri saecularis, rationem e« xigendi. » Quo vero tabulis accepti et expensi ratio constaret, sacer idem Coetus die X Maii anno MDCCCLXVIII, in-

mandatis dederat ut bona missionum diligenter describerentur, ea secernendo quae propria missionum essent ab iis quae ad sodalitia sodalesve singulos pertinerent.

Nihil enimvero in his decernendis vel praecipiendis est actum, quod iuris communis doctrinis vulgatissimis apprime non congruat. Nam quaevis oblatio parocho aut alteri Ecclesiae Rectori data piae cuiusdam causae intuitu, ipsimet piae causae acquiritur. Ex quo fit, ut qui rem pecuniamve oblatam accepit administratoris loco sit, cuius est illam erogare iuxta mentem et consilium largitoris (1). Quoniam vero administrantis officio incumbit rationes actus sui conficere eique reddere cuius nomine res gesta fuit (2), ideo parochus vel Ecclesiae Rector facere non potest quin rationes reddat Ordinario loci, cuius est iurisdictio et causae piae tutela (3). At missiones, de quibus apud Nos actum fuit, pleno iure ad Episcopum pertinent; huic ergo cuiusque oblationis earum intuitu collectae rationes oportet exhibere. Neque haec ex eo infirmantur, quod Urbanus II in Concilio Claromontano, aliique post eum Romani Pontifices decreverunt (4) circa Ecclesias Parochiales, quoad temporaria Monasteriis iunctas, teneri vicarios respondere Episcopis de *plebis cura*, de temporalibus vero non ita, cum monasterio suo sint obnoxii; siquidem seposita etiam ratione historica unde ea profecta est iuris dispositio (1), certum exploratumque est, in iis pontificiis decretis ac litteris, appellatione temporalium, beneficii fructus et quae beneficiati personae adhaerent compendia significari.

Quocirca ea confirmantes quae a S. Congregatione de Propaganda Fide rescripta et mandata sunt, statuimus, religiosos sodales, redditis Episcopo rationibus, docere debere de pecunia, intuitu missionum sibi allata, et quantum de ea et quos in usus impenderint aeque ac missionarios Cleri saecularis, iuxta praedictas resolutiones eiusdem Congregationis die XIX aprilis MDCCCLXIX, et instructionem diei X Maji MDCCCLXVIII.

Tandem ne quis obrepat error aut dissensus in his quae modo iussimus exequendis, definiendum censemus, quae pecuniae, quaeque res viris religiosis oblatae intuitu missionum intelligantur. Namque receptum est hac in re, spectari primum oportere quid largitor voluerit; quod si non appareat, placuit, parocho vel rectori ecclesiae collatam donationem praesumi (2). At multum ab hac regula recessum est propter consuetudinem, quam quidam ecclesiastici iuris periti fere communem evasisse docent; cuius vi « hodie « pene solae oblationes quae in Ecclesia « sub missis ad altare fiunt et quae « pro administratione sacramentorum, « pro benedicendis nuptiis aut mulieri- « bus post partum, pro exequiis et se- « pulturis, aut aliis similibus functioni- « bus specialiter offeruntur, ad parochum « spectant; consuetudine reliquas ferme « omnes ecclesiis ipsis aut sacellis aut « aliis certis finibus applicante (3)». Prae-

(1). Fagnan. in cap. *Pastoralis, de his quae fiunt a Prelatis,* n 29. — Card. de Luca *in Conc Trid·* discur. 18, n. 5 — Reiffenst. Lib. 3 *Decret.* tit. 30 num. 193.

(2) L. 1. § *officio ff. de tutelae et rat. distr.* — L. 2. § *et sane* ff. *de negot. gest.* L. *Curator*. L. *Tutor* Cod. *de negot. gest.*

(3) Sac. Cong. Concilii *Nullius*, seu *Nonantulan. iurium parochialium* 27 Iunii 1751 ad dub XII.

(4) Lucius II *ad Priorem S. Pancratii in Anglia*, Alexander III, *ad Monaster. S. Arnulphi*, Lucius III *ad Superior, Praemonstrat, et ad Abbatissam S, Hilarii in diocesi Fesulana.*

(1). Conzal. Comment. in Cap. 1 *de Cappel. monach.*

(2) Argum. ex cap. *Pastoral. 9 de his quae fiunt a Praelat.* cap. *Transmissa, de Verb.sign.* ac praesertim cap. I *de Statu Monach.*

(3) Reiffenst. *L. 3 Decretal.* tit. 30, num. 193, Van. Espen *ius eccles. univ.* part. 2, sect. 4, tit. 2: cap. 40, nn. 20 e 21.

terea si in parochum rectoremve, a quibus spiritualia adiumenta fideles accipiunt (1), haud inconcinne praesumi potest collata liberalitas, ubi ecclesia bonis praedita sit, per quae religionis decori et ministrorum tuitioni prospiciatur, longe aliud iudicium esse debet, ubi eam bonorum copiam Ecclesia non habeat, ac liberalitate fidelis populi unice aut potissimum sustentetur. Tunc enim largitores putandi forent voluisse consulere cultus divini splendori et religionis dignitati, ea ratione et modo quem ecclesiastica auctoritas decerneret. Ideo apud christianos primaevos lege cautum fuerat ut pecunia omnis dono accepta, inter Ecclesiam, Episcopum, Clericos et egenos divideretur. Legis porro sese interponens auctoritas, si largitionum tempora et causas praestituat, illud effecit quoque, ne fideles semper pro arbitrio possint modum et finem designare in quem oblatam stipem erogari oporteat; nequit enim facere privatorum voluntas, ut quod a legitima potestate in bonum commune praecipitur certo destituatur effectu. Haec Nobis considerantibus visi sunt prudenter et opportune egisse Patres Concilii provincialis Westmonasteriensis II, cum partim interpretantes piam et aequam donantium voluntatem, partim ea, quae Episcopis inest, utentes potestate imperandi pecuniae collationes decernendique quo tempore et qua de causa conferri oporteat, statuerunt in capite *de bonis ecclesiasticis*, quid censendum sit intuitu missionis collatum. Iubet igitur ratio, itemque Nos constituimus, hac in re religiosos ad leges Westmonasteriensis Synodi sese affatim accomodare oportere.

Sublatis controversiis cognitioni Nostrae prositis, confidimus, curam a Nobis in iis componendis adhibitam eo valituram, ut ad tranquillitatem et incrementum rei catholicae in Anglia non leviter conferat. Equidem pronunciationes Nostrae ad iuris et aequitatis regulam studiose religioseque exegimus, nec dubitamus quin in iis exequendis par diligentia et religio eniteat illorum inter quos iudicium protulimus. Sic enim fiet, ut Episcoporum ductu et prudentia religiosi sodales de Anglicis missionibus apprime meriti strenue et alacriter e laboribus suis fructus salutis ferre pergant laetissimos, atque utrique (ut voce utamur Gregorii Magni ad Angliae Episcopos) *communi.... consilio, concordique actione quae sunt pro Christo zelo agenda disponant unanimiter, recte sentiant, et quae senserint, non sibimet discrepando perficiant* (1). Concordiam hanc postulat paterna caritas Episcoporum in adiutores suos et et mutua Cleri in Episcopos observantia; hanc concordiam flagitat finis communis qui situs est in salute animarum iunctis studiis ac viribus quaerenda; hanc eamdem exigit necessitas iis resistendi qui catholico nomini infensi sunt. Haec vires gignit et infirmos quoque pares efficit ad grandia quaeque gerenda; haec signum est quod sinceros Christi discipulos ab iis disterminat qui se tales esse mentiuntur. Ad hanc igitur singulos et universos enixe cohortamur in Domino, rogantes cum Paulo ut impleant gaudium Nostrum, ut idem sapiant eamdem caritatem habentes, unanimes, idipsum sentientes (2).

Demum ut firmiter ea consistant quae constituimus, volumus atque decernimus, praesentes Litteras et in eis contenta quaecumque, ex eo quod praedicti religiosi sodales et alii quicumque, in praemissis interesse habentes cuiusvis status, gradus, ordinis et dignitatis existant, seu alias specifica mentione digni iis non consensenserint, nec ad ea vocati et auditi, causaeque propter quas praesentes ema-

(1) Argum, ex cap. *quia Sacerdotes* 13 caus. 10, quaest. 1.

(1) Apud Bedam *Hist. Angl.* II. 29.

(2) Philip. II, 2.

naverint sufficienter adductae, verificatae et iustificatae non fuerint, aut ex alia qualibet etiam quantumvis iuridica et privilegiata causa, colore et capite etiam in corpore iuris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet, qnantumvis magno et substantiali, individuamque expressionem requirente defectu impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos iuris reduci, seu adversus illas restitutionis in integrum aliudve quodcumque iuris remedium intentari vel impetrari; sed ipsas praesentes Litteras semper firmas, validas et efficaces existere et fore, quibuscumque iuris seu facti defectibus, qui adversus illas ad effectum impediendi vel retardandi earum executionem quovis modo vel quavis de causa opponi possent minime refragantibus, suos plenarios et integros effectus obtinere, easque propterea, omnibus et sinlis impedimentis penitus reiectis, ab illis ad quos spectat, et pro tempore quocumque spectabit, inviolabiter servari; sicque et non aliter in praemissis per quoscumque iudices Ordinarios et delegatos iudicari ac definiri debere, ac irritum fore et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus praemissis, et quatenus opus sit Nostra Cancellariae Apostolicae Regula *de iure quaesito non tollendo*, aliisque Apostolicis ac in Universalibus, Provincialibus et Synodalibus Conciliis editis constitutionibus et ordinationibus, nec non quorumcumque Ordinum, Congregationum, Institutorum et Societatum, etiam Iesu, et quarumvis Ecclesiarum et aliis quiquslibet, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis et consuetudinibus, ac praescriptionibus etiam immemoralibus, privilegiis quoque, indultis et Litteris Apostolicis quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, editis et factis ac licet pluries iteratis. Quibus omnibus et singulis, etiamsi pro illorum derogatione specialis forma servanda foret, tenores earumdem praesentibus pro plene ac sufficienter dumtaxat specialiter et expresse derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Quocumque autem modo earumdem praesentium Litterarum exempla in Anglia publicata fuerint, volumus ut statim post huiusmodi publicationem omnes et singulos quos concernunt vel concernent in posterum perinde afficiant, ac si unicuique illorum personaliter intimatae ac notificatae fuissent.

Nulli ergo hominum liceat paginam hanc Nostrarum decisionum, declarationum, decretorum, praeceptorum et voluntatis infringere vel ei ausu temeriario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo octogesimo quarto, Kal. Novembris, Pontificatus Nostri anno septimo.

C. Card. SACCONI Pro-Datarius

F. Card. CHISIVS

VISA

De Cvria I. De Aqvila e Vicecomitibvs

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Secret. Brevium.

I. Cvgnonivs.

Decretum S. C. S. Officii, circa « Craniotomiam »

« Eminentissime et Reverendissime Domine: Eminentissimi PP. mecum Inquisitores Generales in Congregatione generali habita Feria IV die 28 labentis

Maii, ad examen revocarunt dubium ab Eminentia tua propositum: « AN TUTO « doceri possit in Scholis catholicis lici- « tam esse operationem chirurgicam « quam CRANIOTOMIAM appellant, quando « scilicet ea omissa mater et filius peri- « turi sint, ea e contra admissa salvanda « sit mater, infantè pereunte? » Ac omnibus diu et mature perpensis, habita quoque ratione eorum quae hac in re a peritis catholicis viris conscripta, ac ab Éminentia tua huic Congregationi transmissa sunt, respondendum esse duxerunt: TUTO DOCERI NON POSSE.

Quam responsionem cum SS. D. N. in audientia eiusdem Feriae ac diei plene confirmaverit, Eminentiae tuae communico, tuasque manus humillime deosculor.

Romae 21 maii 1884.

Humillimus et addictissimus servus verus

R. CARD. MONACO

Eminentissimo Archiepiscopo Lugdunensi.

VARIAE INDULGENTIAE

FF. Min. Capuccinis concessae

Beatissime Pater! Fr. Erhardus a Radkerspurgo, Minister Generalis Ordinis Minorum S. Francisci Capucinorum, ad pedes S. V. humiliter provolutus exponit, qualiter ipse a multis sui Ordinis Religiosis continuo et instantissime rogetur pro concedenda licentia visitandi loca sancta Romae, Laureti, Montis-Varalli, Assisii et Alverniae, ita ut denegata licentia ad evitandum fratrum evagationem, aut ob alia justa motiva, ipsi novas faciant instantias, interponendo etiam recommendationes, et Superiorem saepius in angustias reducendo. Idcirco Orator similia inconvenientia, quantum fieri potest, impediri desiderans quadam cum recompensatione qua, et ex una parte lucrarentur thesaurum indulgentiarum sacrarum, visitationi memoratorum sanctuariorum annexarum, et ne ex altera parte se a propriis removeant Conventibus, supplicat humiliter summam S. V. clementiam, quatenus omnes utriusque sexus Religiosi suae obedientiae subiecti, lucrari possint praefatas indulgentias mediante quadam devota peregrinatione per sua respectiva claustra et successiva propriarum ecclesiarum visitatione, videlicet: Pro septem ecclesiis Urbis, eundo per claustrum septem vicibus, et visitando in fine Sanctissimum Sacramentum. Pro sanctuario Laureti eundo ter per claustrum, et semel visitando altare aut imaginem Beatissimae Virginis. Pro sanctuario Montis Varalli, eundo pariter ter per claustrum, et visitando altare, aut imaginem Crucifixi. Et demum pro sanctuario Assisii et Alverniae, eundo similiter ter per claustrum et visitando altare, aut imaginem S. P. Francisci, orando semper in praedictis circuitibus aut peregrinationibus et respective sacris visitationibus pro exaltatione sanctae Matris Ecclesiae, exstirpatione haeresum, conservatione Summi Pontificis, et pro christianorum Principum pace et concordia. Quod Deus etc. — SSmus D. N. Pius PP. VI. attentis expositis, praefati P. Ministri Generalis Ordinis Minorum S. Francisci Capucinorum precibus annuendo, omnibus et singulis Religiosis viris atque Monialibus dicti Ordinis eidem Ministro Generali subiectis unum quodque ex antenuntiatis piis exercitiis devote peragentibus, semel in anno eo respective die, quo praemissa sacramentali Confessione sumptaque SS. Eucharistia, et pias ad Deum preces, uti in supplici libello enuntiatur, fundendo, hujusmodi peregerint, plenariam omnium peccatorum indulgentiam in forma Ecclesiae consueta, benigne concessit. Da-

tum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis Indulgentiarum die 25 Septembris 1779. (1)

J. C. DE SOMALIA, *Secret.*

ACTA ORDINIS

FR. BERNARDUS AB ANDERMATT

Totius Ordinis FF. MM. S. Francisci Capuccinorum
MINISTER GENERALIS (l. i.)

OMNIBUS ORDINIS NOSTRI FRATRIBUS
SALUTEM ET BENEDICTIONEM

Reverendi Patres et Fratres dilectissimi,

« Multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una. » (Act. 4. 32.)

Dominus et Salvator noster humillimam Minorum Capulatorum Familiam multiplicibus beneficiis singularibusque dilectionis monumentis, novissimis hisce temporibus cumulare, ditare atque laetificare dignatus est, ut vobis omnibus certissime constat.

Unde, spiritum regularis observantiae et perfectae unitatis in charitate per vitae seraphicae uberiorem manifestationem et robur magis magisque a paucis annis florescere, post tot tantasquae regularibus institutionibus adversas vicissitudines, nemo est qui non videat.

Et re quidem vera, hodie fratres nostri hinc inde iniquis legibus a claustrali tranquillitate exturbati, maximis laboribus, constanti indefessaque sollicitudine, variis in locis sub Superiorum directione coadunantur ad vitam religiosam pro viribus instituendam atque communiter sectandam; et Superiores, extraordinariis curis et opportunis statutis, damna ex civilibus suppressionibus vinculis cum Ordinis Capite generalius obstringuntur; ut facilius inimicorum conatibus obsistere possint.

Hinc factum est, ut Generalis Ordinis Moderatoris directio, salutaris influxus atque paterna auctoritas efficacius diffundatur: hinc et Instituti nostri Pastor Supremus melius faciliusque oves suas cognoscit, pascit atque servat, et cognoscunt eum suae, uno facto ovili unoque Pastore, cujus vox frequentius et libentius auditur, insidiis impiorum atque persecutionibus quibuslibet in vanum adversantibus.

Verum in hodierno unitatis Ordinis et regularis subjectionis zelo, in nostra Sodalitate, Deo donante suscitato, nobilissimum tenent locum fratres nostri hispani, duce eorum Superiore P. Joachim a Llevaneras; cum nuperrime perfectissimae subjectionis, filialis devotionis et perdulcissimae fraternitatis aeternum pactum, per plenariam cum Ministro Generali unionem, toto plaudente Capulatorum coetu, feliciter perfecerunt, inde-

---

(1) *Circa praesens Rescriptum sequentia notare placet:* I. Devotae pregrinationes non immoderatae a viris religiosibus peragi debent, cum difficulter cempensari possint bona ex solitudine et quiete claustrali promanantia. Unde haud raro spiritus divagationis innumera peregrinationum bona impedit maxime quoad illos fratres, qui importunis instantiis licentiam extorquent, potius libertatem quam pietatem quaerentes.

II. Cavendum est ab omni tenacitate in postulandis superiorum licentiis, ne obedientiae nocumentum destruat pietatis nutrimentum.

III. Non tamen reprehendi debent moderatae peregrinationes, quae fiunt cum vera obedientia et legitima et non extorta licentia Imo merito laudantur, maxime quando proprium et proximorum spiritualem profectum notabiliter promovent, de quo soli superiores judicare debent.

IV. Dictae verae laudabiles peregrinationes ita institui debent, ut seraphica paupertas, animarum ministerium et propria officia minime labefactentur, quod rarissime vitari poterit in longinquioribus et diuturnioribus.

V. Ut spiritualia privilegia per rescriptum concessa magni aestimentur, peroptandum esset, ut quilibet religiosus sibi assignaret diem vel dies fixas ad opera praescripta privatim adimplenda. Sed Magistri Novitiorum, Praeceptores et Lectores possent singulis annis praefatas spirituales peregrinationes ad rescripti tenorem solemmiori modo apud proprios discipulos instituere, ut praesentis rescripti beneficia redundent ad communem Novitiatuum et Studiorum devotionis et fervoris augmentationem. (N. R.)

pendentiae et divisionis etiam speciem de medio tollendo, universumque Ordinem sub unico Generali Ministro vere et effective constituendo.

Etenim plane notum est, quod ab anno 1793 et sub currentis saeculi primordiis, Catholica Ecclesia innumeris angustiis oppressa, peculiaribus et extraordinariis mediis religiosorum familiarum bono consulere debuit. Quapropter, religiosis undequaque fere dispersis, vita regularis in Hispania praecipue, et fratrum numero et civili quadam stabilitate florebat, ut apprime colligitur ex Pio VII. Hinc factum est, ut adstantibus temporum, locorum et gravissimarum circumstantiarum *insolitis adjunctis*, omnes hispani regulares, instante civili potestate, per Apostolicam Sedem constituti fuerunt sub dependentia Superiorum Nationalium, a Moderatoribus effective Generalibus quasi independentium, retentis tantum paucis quibusdam unitatis vinculis pro rebus maximi et essentialis momenti, et dato jure *alternativae* Superioritatis Generalis, inter hispanos et exteros, potius honoris, quam jurisdictionis causa, ut colligitur ex actibus Pii VII, quibus limitatur pro Hispania tantum jurisdictio fratrum hispanorum, qui decursu temporum nomine *Moderatoris Generalis* perfruantur, ad tenorem constitutionis praelaudati Pontificis.

Adveniente autem etiam in Hispania generali civili suppressione anno 1835, brevioribus dispersionibus jam praenuntiata, fratres hispani neque numero neque stabilitate, ut patet, caeteros praecellerunt. Unde, cessantibus praecipius causis, quae in Pii VII constitutione notantur, Superiores Generales Hispani successive substituti fuerunt per simplices Commissarios ad nutum S. Sedis revocabiles, qui in tristissimis circumstantiis quinquaginta fere annorum suppressionis, fratres hinc inde dispersos in aliquibus dirigebant, paucas religiosas familias tandem magnis laboribus constituentes omnesque subditos, auctoritate delegata, extraordinaria et quasi independenti a Generalibus Superioribus, moderantes.

Cum vero novissimis hisce temporibus in regione Hispana instauratae fuerint variae religiosae familiae, ex illis hispanis praesertim, qui sub Generalium Superiorum obedientia educati fuerant; antiqua, ordinaria et communis Superioritatis forma restituta fuit, sive apud recentiores Congregationes regulares, sive generatim apud antiquiores, imprimis quoad illas quae magis hodie florent et propagantur.

Inter quas, meritissime recensetur Seraphica Capulatorum Familia, quae hodie, in Hispania, plaudentibus populis, nova prole robustaque sobole dilatatur. Etenim religiosi hispani ab ipsis restaurationis exordiis nihil tam in corde habebant, quam ut sub auctoritate et jurisdictione Ministri Generalis totius Ordinis constituerentur, per veram et solidam unionem cum toto Ordine et cessationem quasi independentiae ab Ordinis Centro.

Hinc P. Joachinus a Llevaneras, mense Augusti 1883, suam mentem aperuit Rmo. P. Ægidio a Cortona totius Ordinis Ministro Generali, et amplissimis beneditionibus sapientibusque consiliis acceptis, sanctissimum *unionis* negotium aggressus est. Mense autem Martii 1884, postulato etiam auxilio et consilio Praelatorum in Ecclesiastica Hierarchia conspicuorum, servatisque servandis, supplicem libellum confecit, ad unionem proprio et subditorum nomine (quorum optimam voluntatem perfecte noverat, quia unitatem communi documento, a seipso etiam subscripto, olim postulaverant) sequentibus, humilibus et instantissimis precibus implorandam:

Beatissime Pater,

Frater Joachim a Llevaneras, Commissarius Apostolicus Fratrum Minorum

Capuccinorum in Hispania, ad pedes Sanctitatis Vestrae devotissime provolutus, humiliter exponit, quatenus cum fratribus subditis ardentissime exoptet, ut tota Capuccinorum Hispanorum familia per S. V. constituatur sub omnimoda, ordinaria et immediata dependentia, obedientia et jurisdictione Ministri Generalis totius Ordinis nostri, ut cessante etiam specie independentiae et separationis ab Ordinis Centro et Capite, uberiores sint fructus et utiliores apostolici labores a fratribus nostris hispanis ex Dei misericordia producti vel producendi. Igitur, obedientissimus Orator, et per praesentem supplicem libellum et per mandatarium suum Patrem Josephum Calasanctium a Llevaneras, ad hoc expresse Romam missum, instantissime postulat, ut S. V. benigne concedere et Apostolica Auctoritate decernere dignetur totalem et perpetuam unionem Capuccinorum Hispanorum cum Capite Ordinis, per transformationem Commissariatus in veram, propriam et ordinariam Provinciam sub invocatione SS. Cordis Jesu, gubernandam et regendam juxta ordinarias leges, ordinationes et constitutiones in aliis Ordinis nostri Provinciis solitas, sub ordinaria potestate Ministri Generalis totius Ordinis, ita ut nollo unquam pacto reviviscere queant jura Commissariatus, nec contra abolitionem praedicti Commissariatus reclamari possit.

Qua de gratia.

Matriti, die 29 Martii an. 1884.

L.✠S.

Fr. Joachim a Llevaneras
Com. Ap. Cap. Hisp.

Devotissimum P. Hispanorum Moderatoris documentum Apostolicae Sedi fuit definitive praesentatum die 24 Aprilis 1884 benigneque acceptum. Sic Divina Providentia disponente, authentice incoeptum est unionis negotium, unanimi Romanae Curiae et Majorum Superiorum plausu.

Generalia Ordinis Comitia mox celebrata sunt, adstante etiam P. Joachim a Llevaneras Hispanorum Superiore, qui in solemni sessione, e suo loco surgens, motu proprio, corde et animo fraterno et vere filiali AA. RR. PP. Capitularibus, et in eis toto Ordini manifestavit ardentissimum sui suorumque desiderium de unione hispanorum cum unico Ordinis Capite, perdulcissimumque unitatis fraternaeque charitatis inivit pactum dicens:

« Universale Capitulum, et meo « et meorum subditorum nomine, « rogo atque obtestor, ut publice et « solemniter Hispanos Capucoinos « recipiat sub omnimoda et totali « obedientia Ministri Generalis, aut « saltem, ut dum pontificium unionis « decretum a me postulatum specto, « votum emittat unionis et imme- « diatae fraternitatis Hispaniae cum « toto Ordine. Sic cessante etiam « specie independentiae, vere una, « vere catholica et vere fraterna erit « tota Capuccinorum Familia, sub « unico et peramantissimo Capite « Ministro scilicet Generali. »

Haec nobilissima verba, universali plausu audita fuere, omnesque PP. Capitulares iteratis gratulationibus hispanorum Superioris et subditorum optimam voluntatem celebrarunt, et unanimiter sanctissimum unitatis pactum confirmarunt:

« Fratribus Hispanis, gratulantes « ex eo quod perfectam unionem « cum toto Ordine ardentissime de- « sideraverint, instantissime petie- « rint et promptissime sint ad effe- « ctum adducturi. »

In audientia a Smo. D. Nostro Leone PP. XIII toto Capitulo concessa, P. Commissarius Hispanus, ad pedes S. S. genuflexus, devotissime postulavit Aposto-

licam benevolentiam in negotio unionis. Haec valde *Sanctissimo* placuerunt, qui unionem fratrum Hispanorum amplissimis benedictionibus et iteratis laudibus celebravit, P. Joachim ad perseverantiam in unionis negotio adhortatus est simulque declaravit: quod *haec unio erit vis et soliditas vera Capuccinorum Hispanorum*; *et quia ipsis strictius conjunctis cum P. Generali, qui cum Romano Pontifice abundantius et directius communicat, fortitudo et vigor fratrum hispanorum adaugebitur majorque fiet Capuccinorum Hispanorum cum Sancta Sede conjunctio et filialis illorum Pontifici Maximo subjectio.*

Deinde, sciens per fratrem P. Commissarii ardentissimum inter FF. Hispanos esse unionis desiderium, respondit: *Hoc desiderium complebitur.*

Sic Mense Maji 1884, coram Christi Vicario et per Christi Vicarium, totius Capituli Generalis adstantibus Patribus, aliisque Ordinis nostri fratribus, omnes Provincias peragentibus (1), auspicante B. Maria Virgine Immaculata, *substantialiter et quasi causaliter facta est Ordinis nostri perfecta unitas,* canonicis unionis formalitatibus successive postea adimpletis.

Quapropter Generale Definitorium, praesentem confecit supplicem libellum:

Beatissime Pater,

P. Bruno a Vintia, Procurator Glis. Ord. Min. Capnorum. ad pedes S. V. humillime provolutus exponit, quatenus religiosi et Commissarius Apostolicus sui Ordinis in Hispania ardentissime desiderent uniri et subjici Superioribus Generalibus totius Ordinis per abolitionem Commissariatus et constitutionem unius Provinciae Hispanae, sub nomine et invocatione SS. Cordis Jesu, gubernandae et regendae juxta generales et communes leges in aliis Capuccinorum Provinciis solitas.

Quam laudabile et nobile sit optimum desiderium Capuccinorum Hispanorum, duce ipso Commissario Apostolico P. Joachim a Llevaneras, constat ex ipsius unitatis Ordinis utilitate et necessitate, ex innumeris bonis ex unione proventuris, ex totius novissimi Generalis Capituli plausu et gaudio ad auditionem declarationis et petitionis Commissarii Apostolici Hispani, factae in pleno Capitulo: *de unione quamprimum facienda, ut unicus sit Pater omnium Capuccinorum,* nec non ex verbis approbatoriis et paternis exhortanibus hac occasione a S. V. benignissime Commissario Apostolico, praesentibus omnibus PP. Capitularibus, prolatis et concessis.

Commissariatus Hispanus constat octo conventibus, una residentia et una fundatione sive fabrica. Quorum nomina vulgo sunt:

Pamplona, - Fuenterrabia, - Monte-Hano, - Leon, - San Lucar de Barrameda, - Antequera, - Santa Magdalena (Valencia), Arenys de mar, - Madrid, - Bilbao.

In praedictis domibus seu conventibus sunt:

64: Sacerdotes, confessionibus, praedicationibus et Missionibus dediti.

40: Clerici professi scientiam ecclesiasticam colentes.

83: Laici.

44: Novitii.

11: Tertiarii ad Novitiatum destinati.

32. Alumni Scholae Seraphicae sive Seminarii Novitiatus praeparatorii.

In omnibus supra enumeratis domibus floret et viget vita perfecte communis, observantia regularis et diurna et nocturna, exercitium spiritualis ministerii et zelus animarum. Unde, sive ex novitiorum et clericorum numero, sive ex permultis apostolicis laboribus a Capuccinorum hispanis susceptis cum universali populorum et Episcoporum plausu

(1) Adstabant 140 circiter fratres.

sive ex continuis fidelium utriusque ordinis instantiis ut multiplicentur fundationes seu conventus in maioribus civitatibus aedificandi, facile praedici et praevideri potest quantum erit Ordinis incrementum in tota regione Hispana, si Commissariatus uniatur et subjiciatur ordinariae jurisdictioni Ordinis et Ministri Generalis, ut primordia restaurationis firmentur et roborentur in vinculo unitatis, obedientiae et fraternitatis verae cum omnibus Capuccinis.

Quapropter infrascriptus, nomine totius Capituli Generalis et Ministri item Generalis cum suo Definitorio (motus aliunde instantissimis votis Commissarii et Religiosorum Hispanorum circa unionem), enixe postulat, ut S. V. benigne dignetur:

1. *Supprimere Commissariatum Apostolicum Capuccinorum Hispaniae*, et omnes hispanos Capuccinos subjicere ordinariae potestati Ministri Generalis totius Ordinis Capuccinorum, per erectionem canonicam *Provinciae Hispanae, sub invocatione et nomine SS. Cordis Jesu*, cum omnibus et solis juribus, privilegiis et exemptionibus in aliis Ordinis Provinciis solitis.

2. Directe, pro prima vice, *eligere Superiores praelaudatae Provinciae.*

Omnibus praeparatoriis formalitatibus peractis, Summus Pontifex, novis benedictionibus huic operi concessis, sive in Audientia die 28 Nov. 1884 Revmo. Definitorio Nostro et aliis Curiae Nostrae fratribus, adstante et auspicante peramantissimo Emo. Raphaele Monaco Lavalletta Ordinis Nostri Protectore amplissimo, concessa; sive coram Emo. Confratre nostro Card. Massaia unitatis propugnatore atque promotore felicissimo, tandem Apostolica Auctoritate Paternaque Benignitate, sequens Decretum extendi mandavit:

DECRETUM

Quamvis inimici Crucis Christi acrius hisce luctuosis temporibus animum intendant ad Ordines Regulares toto terrarum Orbe evertendos Religiosasque familias, si fieri posset, de medio tollendas, Regulares tamen omnes divina ope freti magis in dies, frustra obnitente humani generis hoste, arctiori unitatis et caritatis vinculo ad invicem obstringuntur. Quem sane ad finem hodiernus P. Commissarius Apostolicus Ordinis Capuccinorum Hispanae Ditionis, Frater Joachim a Llevaneras zelo Regularis observantiae flagrans, supplex apud S. Sedem extitit pro perfecta hujusmodi unitate assequenda. Exposuit namque SSmo. D. N. Leoni, Divina Providentia Papae XIII, in suis suorumque votis esse, ut tota Hispanorum familia Ordinis Capuccinorum Auctoritate Apostolica constitueretur sub omnimoda, ordinaria et immediata dependentia, et obedientia ac jurisdictione P. Ministri Generalis totius Ordinis; ut adeo, cessante etiam specie independentiae et separationis ab Ordinis Centro et Capite, uberiores in dies evadant Evangelicae perfectionis fructus, ac Apostolici labores fiant Christianae Civilique Societati Deo fortunante, utiliores. — Quare Commissariatum hujusmodi Apostolicum in Hispania supprimendum, ac in veram propriamque Provinciam sub invocatione SS. Cordis Jesu convertendum expostulavit; ita ut haec nova Provincia sub ordinaria potestate praelaudati P. Ministri Generalis regatur atque administretur iisdem quidem legibus, ordinationibus, et Constitutionibus, quibus aliae Pro-

vinciae ejusdem Ordinis reguntur atque administrantur. Enixis enunciati P. Commissarii Apostolici precibus suas quoque P. Minister Generalis ejusque Definitores preces addidere. — Hisce SSmo. D. N. de more relatis, Eadem Sanctitas Sua spiritualia bona perpendens, quae ex perfecta hac unitate obventura confidit, benigne in omnibus annuit, ac per hanc Sacram Congregationem Episcoporum et Regularium Decretum fieri mandavit. Quapropter vi praesentis Decreti Commissariatus Apostolicus Capuccinorum Hispaniae omnino supprimitur, ac suppressum esse penitus declaratur; ac omnes Religiosos Capuccinos ad illum pertinentes subjici ac subjectos esse ordinariae potestati P. Ministri Generalis totius Ordinis Capuccinorum hac in Alma Urbe residentis per canonicam erectionem, quae ad formam Constitutionum conceditur, unicae Provinciae Hispanae sub invocatione et nomine SS. Cordis Jesu, cum omnibus ac solis juribus, privilegiis et exemptionibus in aliis ejusdem Ordinis Provinciis habere solitis.

Quod vero spectat ad hujus Provinciae Moderatores, pro hac prima vice, praesentis pariter Decreti tenore, eliguntur ad nutum S. Sedis, ac electi omnino habeantur Religiosi viri qui heic sequuntur, nempe:

In Ministrum Provincialem P. Joachim a Llevaneras actualis Commissarius Apostolicus.

In Definitores Provinciales P. Franciscus Xaverius ab Arenys de Mar, — P. Petrus ab Usun, — P. Antonius ab Oriola, — P. Aloisius a Masamagrell.

In Custodes Generales P. Petrus a Castejon, — P. Marcus a Montevito.

Haec Sanctitas Sua voluit, decrevit atque constituit, et executioni demandari jussit, Apostolicis ac proprii Ordinis Constitutionibus, Ordinationibus atque Decretis in contrarium facientibus aliisque etiam speciali et individua mentione dignis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secria. S. Congnis. Episcoporum et Regularium hac die 4 Februarii 1885.

I. Card. Ferrieri *Praefs.*

D. P. M. Episcopus. Niss. *Secrius.*

Decretum pontificium unionis Hispanorum cum toto Ordine incredibili gaudio et magna valde laetitia ab omnibus fratribus Hispanis et aliis acceptum est. Hinc P. Joachim a Llevaneras, qui, ut dictum est, unionem tam ardenter constanterque postulaverat, statim ac faustissimum nuntium accepit, primum subjectionis actum per telegraphicam communicationem peregit « ad pedes Rmi. P. Generalis provolutus specialem benedictionem postulans ».

Nos autem, gratissimo animo accipientes Superioris et subditorum Capuccinorum Hispaniae obedientiam, filialem devotionem atque omnimodae subjectionis obtestationem; per praesentes litteras Rmi P. Joachim a Llevaneras et suorum subditorum nobilissimum unitatis exemplum perpetuae et perdulcissimae totius Ordinis nostri memoriae com-

mendamus: omnibus Fratribus Hispanis ex corde congratulamur et super praelaudatum P. Joachim a Llevaneras speciatim et super omnes Hispanae Ditionis Fratres generatim nomen Domini invocamus et ipsis amplissimam seraphicam benedictionem impertimur, iisdem S. P. N. verbis: *Benedicti vos a Domino -- Qui vobis benedicit a Domino benedicatur; qui vos fovet aut suscipit, mercedem recipiat sempiternam. Nullam in vobis potestatem Satan exerceat, supra id, quod potestis, non tentet. Vobis super illum et suos sit imperandi facultas, portas illius possidete et spolia dissipate. Patris vos adjuvet potentia, Filii vos dirigat sapientia, et Spiritus sancti vos foveat clementia, amen.* »

Quapropter, PP. et FF. desideratissimi, benedicamus Dominum in omni tempore laudemusque Immaculatam Ordinis nostri Patronam, pro sanctissimo fraternitatis et unitatis exemplo a PP. Hispanis exhibito, tristissimis hisce diebus, quibus religiosae civilisque auctoritatis, subjectionis et obedientiae vincula acerrimo impiorum pulsantur bello. Et omnes ex Hispania fratres strictissime amplectamur « in osculo sancto », in charitate seraphica, in pacto sempiterno, ad majorem Ecclesiae utilitatem et totius Ordinis spirituale solatium. Hodie tota Capulatorum turba in vera societate solidatur, et Nationum varietates charitatis universalitatem et unitatem potius confirmant. Omnes Capuccini ab uno eodemque reguntur Pastore; ad unicum eumdemque S. P. N. in Familia nostra Successorem « veniunt Francigenae, FESTINANT HISPANI, Teutonici et Anglici currunt ». (1).

Ergo, ad pedes S. P. N. Francisci adunati, « carissimi diligamus nos invicem, quia charitas ex Deo est. Et « omnis qui diligit, ex Deo natus est, « et cognoscit Deum. Qui non diligit, « non novit Deum, quoniam Deus charitas est » (2). Christus voluit ut qui crediturí erant in illum « omnes unum « sint, (ait) sicut tu Pater in me, et ego « in te, ut et ipsi in nobis unum sint, « ut credat mundus quia tu me misisti. Et Ego claritatem quam dedisti « mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut et « nos unum sumus. Ego in eis, et tu in « me, ut sint consummati in unum, et « cognoscat mundus, quia tu me misisti, « et dilexi eos, sicut et me dilexisti » (3). Faciat SS. Cor Jesu, cui tota Familia Capuccinorum specialiter et Provincia nostra Hispana specialissime dicatur, ut perfecta in veritate et charitate unitas magis magisque firmetur inter omnes minores Capuccinos!

Denique, dum omnibus Superioribus mandamus, ut praesentes litterae in publica mensa legantur, vobis omnibus, PP. et FF. desideratissimi, paternam benedictionem impertimur.

Admus. in X.to pater et humillimus servus.

FR. BERNARDUS AB ANDERMATT
Minister Generalis.

NOMINATIO
SUPARIORUM PROVINCIALIUM
HYBERNIAE

(A). — Facultas S. Sedis

Beatissime Pater,

Fr. Bruno a Vintia Ord. Min. Capnor. Procurator Genlis, ad pedes S. V. humillime provolutus, exponit qualiter fel. rec. Clem. PP. XII per Suas Aplicas Litteras incip: « *Apostolicae servitutis,* »

(1) S. P. N. Franc. collat. 1.

(2) I. Joan. IV.

(3) Joan. XVII.

diei xxii Sept. an. 1733, Provinciam regularem Capnorum Hyberniae canonice erexit. Quae Provincia, per plurimos annos, fructus protulit uberes. Sed, ob infaustas hujus nostri saeculi rerum perturbationes, decrescente in dies fratrum numero, Provinciam prope collapsam, per simplicem Commissarium administrare necesse evasit. Nunc autem, Deo dante, res in melius succedere videntur, quum coenobia iterum erigantur et fratres nonnulli ibi existant animosiores, ita ut opportunum sit, ad praelaudatos Fratres confortandos et incitandos, Provinciam iterum sub ordinariae administrationis conditionibus constituere.

Et ideo, humilis Exponens, nomine P. Ministri et Definitorii Genlis, facultatem implorat cujus virtute, pro hac vice tantum, ipse P. Minister Generalis cum suis Definitoribus, superiores Provinciales Capucinorum Hiberniae, Ministrum Provincialem, cum Definitoribus quatuor et cum duobus Custodibus Generalibus, eligere ac nominare possit et valeat.

Qua de gratia.

Ex Audientia SSmi diei 11 Ianuarii 1885.

SSmus Dominus Noster Leo Divina Providentia PP. XIII, referente me infrascripto Archiepiscopo Tyren. S. Congregationis de Propaganda Fide Secretario, attentis expositis, benigne annuere dignatus est pro gratia juxta preces.

Datum Romae ex Aed. dictae S. Congregationis die et anno ut supra.

(L ✠ S)

D. Archiep. Tyren. *Secrius.*



(B) — DECRETUM DEFINITORII GENERALIS

Fr. BERNARDUS ab ANDERMATT

Totius Ordinis FF. Minorum Sancti Francisci Capuccinorum

Minister Generalis (*l. i.*)

Cum nostra Hyberniae Provincia, quae per Litteras Apostolicas Clementis XII, incip. « Apostolicae Servitutis" diei xxii Sept. 1733 canonice erecta, plurimorum virorum doctrina, pietate et validissimo zelo conspicuorum, per anteactos annos, gloriosa evasit et salutiferae frugis feracissima, ob infaustas labentis seculi rerum perturbationes, decrescente in dies Fratrum numero, canonicis conditionibus ad Provinciam regularem requisitis, non amplius donaretur, Commissarii Generalis curae et administrationi ad tempus subjecta fuit.

Verumenim vero provida clementissimi Dei gratia, et animosiorum quorumdam ex nostris indefesso zelo, ultimis hisce annis, memoratam Provinciam nova quasi virtute redivivam, magna cordis Nostri laetitia paulatim accrescere et florescere conspeximus, eamque sub ordinaria regularis Provinciae administratione nunc iterum constituere opportunum judicavimus. Quare, audito prius Rmo Definitorio Nostro Generali, ejusdemque habito voto, humillimas Ssmo D. N. Leoni PP. XIII, per Rmum Procuratorem Generalem in curia Romana porrigi preces curavimus, ut, pro hac vice tantum, Nobis et Definitorio Nostro Superiores Provinciales eligendi tribueretur Indultum. Quibus precibus Summus Pontifex per S. Congregationis de Propaganda Fide Rescriptum, sub die 11 Ianuarii 1885, benigne annuere dignatus est. Itaque vigore facultatum per Rescriptum praelaudatum Nobis et Definitorio Nostro tributarum, novos Superiores Provinciales Hybernae nostrae Provinciae, tenore ac virtute hujus

Decreti, pro hac vice tantum et ad triennium, a data praesentium, duraturos eligimus ac nominamus, videlicet in Ministrum Provincialem A. R. P. Seraphinum a Brugis, in 1. Definitorem autem A. R. P. Victorem de Appeltern, in 2. A. R. P. Paulum de Freshford, in 3 A. R. P. Engelbertum de Huissen, in 4. A. P. Matthaeum de Herry; et tandem in 1. Custodem Generalem praelaudatum P. Paulum de Freshford et in 2. P. Engelbertum de Huissen. Volumus praeterea et virtute S. obedientiae praecipimus omnibus et singulis nostrae praefatae Provinciae Fratribus, ut enunciatos in Christo Filios, de quorum scientia, prudentia regularisque disciplinae zelo plurimum in Domino confidimus, in eorum respectivis muneribus, cum omnibus oneribus, juribus ac praerogativis a Nobis et Definitorio Nostro modo electos, ut tales recognoscant atque huic Nostro Decreto omnimode sese conforment, pareant, ac obediant.

In quorum Fidem praesens hoc Decretum una cum Definitoribus Generalibus manu Nostra signavimus ac majori Officii Nostri sigillo muniri voluimus.

Datum Romae, ex Nostro Imm. Conceptionis Coenobio, die 21 Ianuarii 1885.

L. ✠ S.

Fr. **BERNARDUS** ab **ANDERMATT** qui supra.

Fr. **Franciscus Xav.** ab **Ilmimonasterio,** Def. Gnlis. Cap.

Fr. **Bruno** a **Vintia** Def. et Proc. Gen. Cap.

Fr. **Hyacinthus a Bellomontio** Def. Gen. Cap.

Fr. **Pacificus M.** a **Conegliano** Def. Genlis Cap.

Fr. **Stanislaus** a **Janua,** Def. Glis Cap.

N.B. Fr. **Thomas a Forolivii** Def. Gen. Cap. absens.

Fr **Maurus a Sublaco** Secr. Gen. Cap.

DECRETUM
DE ABOLITIONE CUSTODIARUM
PROVINCIAE BONONIENSIS

Fr. BERNARDUS ab ANDERMATT
Totius Ordinis FF. Minorum S. Francisci Capuccinorum
MINISTER GENERALIS (l. i.)

Dilectissima nostra Bononiensis Provincia, quae ad pacem caritatemque inter fratres fovendam ac magis magisque constabiliendam, nec non ad justitiae aequitatisque regulas inter eos observandas, per Literas Apostolicas Pii VI, incip. « Quod in Religiosis Familiis» diei 15 Iulii 1776, in quatuor custodias divisa fuit, ob infaustissimas temporum morumque adversitates tot tantasque, quoad coenobiorum Fratrumque numerum in dies decrescentem, subiit vicissitudines, ut peracta divisio, quemadmodum in votis erat, non amplius in ipsiusmet bonum verteretur. Qua de causa Minister Provincialis enunciatae Provinciae, optime noscens quod judicii immutatio sapiens sit post rerum mutationem, audito prius Rmo Definitorio Generali, ejusdemque habitis approbatione et consensu, deinde singulorum Patrum, qui in novissimo Provinciali Comitio, die 20 Iunii 1884 celebrato, adfuerant, majori saltem ex parte obtentis secretis suffragiis, pro ipsarum custodiarum abolitione humillimas preces SSmo. D. N. Leoni Divina Providentia PP. XIII porrexit. Quibus precibus Summus Pontifex satisfacere volens, praehabito voto Rmi Procuratoris Generalis in Curia Romana, per S. Congregationis Epis. et Regularium Rescriptum, sub die 23 Ianuarii 1885, benigne annuit Ministro Generali, ut non obstantibus praefatis Apostolicis Literis, ad dictarum custodiarum abolitionem quandocumque devenire possit et valeat. Nos itaque de consensu Rmi Definitorii Nostri ac vigore facultatum per Rescriptum praelaudatum Nobis benigne tributarum, praesenti hoc Decreto perpetuo valituro, no-

strae Bononiensis Provinciae custodias abolitas esse declaramus, sicut de facto abolemus, ita ut imposterum ex quatuor custodiis una tantum Provincia regularis efformetur. Sicut autem cessante fine, ea omnia cessant quae ad illum relationem habebant, ita abolitis custodiis, etiam conditiones, quae propter earum divisionem in memoratis Literis Apostolicis Pii VI appositae erant, vigorem suum fas est amittere. Quapropter in omnibus triennalibus Comitiis, quae ex hoc tempore prout et ordinariae Congregationes, ita ipsa etiam in Bononiensi Coenobio, quoad fieri potest, semper habebuntur; Minister ac Definitores Provinciales, nec non custodes Generales, nullo habito respectu ad locum vel personas, illi eligendi erunt, qui ad ea munia idonei in Domino existimantur. Minister vero Provincialis electus in dicto Bononiensi Coenobio residentiam ordinariam habebit, ibique, ut sana ratio suadet, etiam Provinciae Archivium permanenter reperiatur. Volumus tandem, et etiam virtute S. Obedientiae praecipimus omnibus et singulis nostrae Bononiensis Provinciae Religiosis, sive subditis sive Superioribus, ut huic Nostro Decreto omnimode sese conforment pareant atque obediant.

Datum Romae, ex nostro Immaculatae Sanctissimae Conceptionis Coenobio, die 17 Februarii 1885.

L. ✠ S.

Fr. Bernardus ab Andermatt. qui supra.

Fr. Maurus a Sublaco *Secret. Gen. Cap.*

ELECTIO SUPERIORUM MISSIONIS RHETIAE
UCATORITATE S. CONGR. ET ORDINIS FACTA

DECRETUM

S. Congregationis de Propaganda Fide

Referente infrascripto S. C. de Propag. Fide Secretario, Sacra Congregatio Praefectum Missionum Rhetiae ad suum beneplacitum declaravit R. P. Iulium loci Bergamo Ord. Min. Capuccinor. cum auctoritate ea exercendi, quae ad earumdem Missionum regimen pertinent ad praescriptum decretorum Sacrae Congregationis et facultatum eidem concessarum, et non alias nec alio modo.

Datum Romae ex aedibus dictae Sacrae Congregationis die 4 mensis Januarii 1885.

Ioannes Card, Simeoni *Praefectus.*
Loc. ✠ Sigilli
D. Archiep. Tyren. *Secretarius.*

Rmus. Pater Minister Generalis cum suo rescripto dato sub die 23 Januarii 1885 nominavit ac declaravit R. P. Victorem loci Alice Vice-Praefectum earumdem Missionum Rhetiae.

CAPITULA PROVINCIALIA
POST NOVISSIMUM GENERALE CAPITULUM CELEBRATA

XVII. PROVINCIAE TOLOSANAE *celebratum per schedulas et per Decretum Generale 19 Februarii 1885, confirmatum.*

Electi:

Minister Provincialis: **A. R. P. Eustachius a Rupella.**

1. Definitor: A.R.P. Georgius a Villafranca.
2. » » » » Ioseph Calasanctius a Llevaneras.
3. » » » » Alphridus a Carrugia.
4. » » » » Simon-Maria ab Aurillaco.
1. Cust. Gen. » » » Damasus a Cadurco.
2. » » » » Dominicus a Castro novo Arii.

XVIII. SUPERIORES PROVINCIAE NEAPOLITANAE *per Decretum Generale electi 20 Februarii 1885.*

Electi:

Minister Provincialis: **A. R. P. Ludovicus a Petra Fusorum.**

1. Definitor: A.R.P. Felicianus a Sorrento
2. » » » » Samuel a Sancto Antimo.
3. » » » » Bonaventura a Sorrento.
4. » » » » Fulgentius a Maddaloni.
1. Cust. Gen. » » » Camillus a Succivo.
2. » » » » Cherubinus a Paupisi.

FRAGMENTA SERAPHICA.

MINORES CAPUCINI IN CELEBERRIMO
B. M. V. VETOETTINGAE SANCTUARIO.

Relatu dignus habetur locus quidam famosus in regno Bavarico situs nominis „ *Vetoettinga* " (Altoetting), qui a fidelibus populis „ Lauretum Germanicum" vocatur, propter imaginem B. V. Mariae hic veneratam et Lauretanae simillimam, praecipue vero propter innumera miracula, quae ad instar Thaumaturgae Lauretanae, etiam hoc in loco facta sunt et adhuc in diem eveniunt. Sacrarium autem, in quo Thaumaturga saltem ex duodecim jam saeculis sedem tenet, est Sacellum sacrum (vulgo „ heilige Capelle ") in centro loci Vetoettingani situm atque aedibus tam sacris quam profanis quasi corona circumdatum, et quod S. Rupertus, Bavariae Apostolus, juxta monumenta antiqua et probatam traditionem, consecravit, ibidem simul reponens statuam B. V. Mariae, quae propter suam nigritudinis speciem (sicuti Thaumaturga Lauretana) verba ex Cantibus Canticorum cap. I, v. 5 verificat: « Nigra sum, sed formosa, filiae Jerusalem; ideo dilexit me Rex et introduxit me in cubiculum suum.» Iam ex antiquissimis temporibus veniebant huc peregrinantes a Matre gratiosa auxilium supplicantes; cumque illi gratiam sibi impertitam quoquoversus divulgassent, undique concurrerunt et concurrunt fideles Reginam auxiliatricem summis honoribus et anathematibus seu ex-voto donis colentes atque gratiam ampliorem ab ea petentes. Invenis in B. V. M. Sacrario devotos ex propinquo et longinquo, non solum ex Bavariae provinciis, imo vero ex omnibus Germaniae et Austriae regionibus; invenis omni tempore peregrinantes uniuscujusque status, conditionis ac dignitatis, eo magis, quia hoc Sacrarium gaudet etiam charactere Sacelli regii.

Vetoettingae et quasi ad pedes Matris miraculosae erat antiquis temporibus locata sedes principum, inter quos historia nominat etiam illum Carolum Magnum, quem dicunt Sanctum. — Hic Carolomannus, Italiae et Bavariae rex, induxit anno 876 S. Benedicti filios in servitium B. V. Mariae et elegit sibi hic etiam locum suae sepulturae — Carolus II Imperator, ditavit Sacrarium donis magnis anno 885; nec minus benemeritus est de gratioso loco Ludovicus III, Imperator Carolingorum in Germania novissimus: horum dona evaserunt quasi fundamentum illorum donariorum, quibus B. V. Sacellum usque nunc pollet. Vetoettingae in conspectu S. Sacelli, et B. V. Maria auxiliante, fregit anno 912 Arnulphus, Bavaricae dux, immanitatem atque audaciam Hunnorum gentis, omnem christianam culturam devastantis. Illo calamitoso tempore Sacrarium B. M. miraculosae solummodo intactum ab incendio et devastatione remansit.

Ludovicus I Kelhemensis, Bavariae dux, necessitatibus huius loci gratiose prospiciens, erexit et fundavit anno 1231 aedes pro duodecim canonicis regularibus cum Decano et Praeposito, ut semper sacris operarentur et curam animarum exercerent. — Maximilianus I, Roman. Imperator, saeculo XI., de Imperio optime meritus et omni virtute ornatus, non potuit omittere, quin Vetoettingam visitaret et divinae Matri se commendaret. — Anno 1630 venit Vetoettingam Ferdinandus II, Roman. Imperator, princeps vere pius et religiosus, qui unitus Maximiliano I, Bavariae duci, summo fidei studio Religioni catholicae contra irruentem haeresim et ejus fautores fortem tutelam praebuit. Venerunt cum eo Imperatrix et filii eorum Ferdinandus, Ungariae rex atque Leopoldus Wilh. Episcopus Passaviensis, ut suae in B. Vir-

ginem devotioni satisfacerent et in illo turbulento ac malis pleno tempore subsidium coeleste expeterent. Et ecce! B. Virgo ostendit se miraculosam. Inopinato enim exorto incendio valido, confugit populus ad B. V. Auxiliatricem. Asportata vero ex Sanctuario miraculosa S. Matris imagine et benedicto cum Ea igne, illico stetit incendium. Imperator autem cum tota sua familia huic felici eventui adfuit. — Inter principes Bavariae omnino venerabiles eminet **Wilhelmus V.** Ut vera Religio contra haeresim gliscentem et incautos decipientem defenderetur et cultus B. V. Mariae magis magisque incrementa susciperet, instituit Vetoettingae anno 1591 Collegium Societatis Jesu, quod, expulsis Jesuitis 1773, Melitensi Ordini extraditum fuit. — Maximilianus I, dictus Magnus, Bavariae elector, ille indefessus fidei defensor et infensissimus fortissimusque oppugnator haeresis Lutheranae, dedit S. Sacello Tabernaculum ex puro argento confectum, anno 1645, cum hac scriptura: « Mancipium me Tibi dedico consecroque, Virgo Maria, hoc teste Cruore atque Chyrographo: Maximilianus peccatorum Coryphaeus." Piissime defuncti cor maximis in Dei Matrem ardoribus incensum, conditum est in S. Sacello, ut Viator sciat, Maximilianum post mortem quoque toto corde Mariam diligere. — Ad latus Maximiliani Magni conditum est cor sui Mareschalli Tilly, celeberrimi ducis exercitus ligistici, qui iterata vice Matrem gratiosam venerando visitans pretiosa dona obtulit et fundator illius beneficii factus est, quod adhuc in S. Sacello sub titulo fundationis Tilly perdurat. Locum quietis ejus superscriptio sequens indicat: « Illustrissim. D. Comit. Joann. Tilly Cordio-Taphion. Cujus vita militia, mors Triumphus. Et cor nunc est, ubi thesaurus fuit. Humilis ancillae humilitatem, Castus matrem castitatis coluit, Miles certamen Dei certavit, fidem servavit, cursum consummavit; ideo repositam justitiae coronam reddidit illi Dominus justus judex ultima die MDCXXXII.» Ante altare B. V. Mariae auxilii Christianorum expetierunt sibi Leopoldus I, Roman. Imperator, una cum uxore sua Eleonora (obiit in fama sanctitatis) benedictionem coelestem contra Turcas Romanum imperium invadentes; hic exhibuit Maximiliano Emmanueli, Bavariae electori, gladium gemmis ornatum, cum voto utendi illo pro defensione Religionis catholicae et contra hostes christiani nominis. Oratio et votum eximii et piissimi Imperatoris non fuerunt inania; nam barbari repulsi sunt a Vienna et Hungaria anno 1683, in qua gloriosa actione praestitit Bavariae elector valde memoranda. Multum, imo mirabilia fecit in dicta bellicosa actione auspicante B. V. Maria, venerabilis P. Marcus ab Aviano, qui anno 1680 Bavariam intrando non omiserat in Sacrario Vetoettingano B. Auxiliatricem venerari eique necessitates populi christiani manifestare. Ab Innocentio XI Pontifice, Leopoldo I Imperatore supplicante, P. Marcus in Austriam dimissus, erat Imperatoris amicissimus et optimus consiliarius, fovebat inter principes contra Turcas pugnantes necessariam concordiam, atque milites oratione et benedictione sua ad pugnam confortabat. —

Imperatores ex familia Habsburgo-Lotharingana gratioso loco non raro addicti se exhibuerunt. Hac causa ductus, venit huc anno 1654 Ferdinandus III cum Imperatrice ejusque filio Ferdinando IV, et cum pluribus aliis principibus, inter quos specialiter nominandus venit Ferdinandus-Maria, Bavariae elector, qui pietate et veneratione erga Thaumaturgam nemini cessit. Hac occasione accessit Vetoettingam etiam Franciscus Wilh. de Wartembergo, Wittelsbacensis, Cardinalis, Princeps Episcopus Ratisbonensis et Vetoettinganae ecclesiae collegiatae Praepositus. Cum in veneratione B.

V. Mariae totus esset, voluit in dilectissimae Matris honorem pro firmanda fide et meliori pastoratione fidelium peregrinantium, augere operarios in vinea Domini. Posuit ergo cum extraordinaria solemnitate primum lapidem pro erectione novi Monasterii et induxit ibi 1657 Fratres Reform. O. S. Francisci, qui usque 1802 peregrinationi servientes locum tenebant. — Perplurimi alii Principes hic non nominandi,ostenderunt nostrae Thaumaturgae omnibus modis suum venerationis cultum, maxime vero Bavarienses. Tamquam symbolum hujus praecipuae venerationis et confidentiae haberi potest figura quaedam plastica, Maximilianum Iosephum III electorem repraesentans, quae argento confecta et genuflexa specie ad latus altaris Matris gratiae cernitur;vita decessit ille sub invocatione Mariae 1777 In S. Sacello et quasi sub umbra magnae et dilectissimae Matris requiescunt etiam corda condita plurium tum e ducali, tum electorali, tum regali stirpe progenitorum et defunctorum Bavariae principum.—

Summi Pontifices, e. g. Urbanus VIII, et alii, ditaverunt hoc Sacrarium specialibus Privilegiis et Indulgentiis; Pius VI, Vienna Monachium profecturus, anno 1782 et visitans Vetoettingam, celebravit in B. V. M. Sacello Missam solemnem; deinde impertivit populo innumero benedictionem suam papalem. Pius IX honoravit B. V. Mariam in signum perenne charitatis dono lampadis pretiosae, quae a Nuntio Apostolico allata, nunc lucet ante B. V. imaginem in medio (quasi primatum tenens) aliarum lampadum. — Ad illud a Potentatoribus et Summis ecclesiae Pastoribus summopere aestimatum Sacrarium confugit populus christianus in omni genere malorum, tribulationum et necessitatum, praesidium atque intercessionem gratiosae Matris implorans, idcirco S. Sacellum intra et extra, ab imo usque ad summum decoratum apparet imaginibus et aliis rebus votivis et quidem non raro pretiosis. In circuitu vero Altaris gratiosi nulla alia nisi auro et argento confecta anathemata locum habent. Altare ipsum extat nobilissimae structurae et per totum puro argento conflatum. Statuam ipsam Thaumaturgae cum divo Pusione decoravit devotissima fidelium veneratio veste, gemmis et margaritis renitente. Locus, in quo Sacrarii thesaurus asservatur obtendit visitantibus innumera dona votiva (quamvis bellicosis temporibus multa perierunt) summi pretii, mirandae artis et antiquitatis.

Ex his eminet donum Ludovici Barbati (Jngolstadiensis) Bavariae ducis, quod actum mysticae desponsationis divi Parvuli in gremio Matris sedentis, cum S. Catharina, præsentibus SS. virginibus Agnete et Barbara, repraesentat. Est opus plasticum et valoris inaestimabilis respectu artificiosi laboris, suavissimae nitidatis et excessivi pretii.

(Sequitur.)

DOCUMENTA ANTIQUA

Provincia Lotaringia.

1637. — Non desierint, non obstante quasi extrema casuum violentia, ubi Barbariae et haereticae malitiae furor integrae plenorum conventuum ruinae et rapinae pepercit, et omnem qualemcumque supellectilem abstulit, et singulariter apud S.tum Nicolaum, Fontancium, Tandeodatum, Albomontem, Charmas, Rembervillam, Valdersingam, Phalzeburgum, Haarburgum, Vizalezium et alibi accidit, non desierint, inquam, (Patres) domos huiusmodi, sic intus et foris exhaustas, et omni subsidio temporali nudatas constanter inhabitantes, solo et insolito Divinae providentiae et protectionis subsidio fulti, et in labore plurimo miseras et desolatas

populi reliquias omni ope fovere, et iisdem aliquando a propriis Pastoribus et a quibuslibet aliis viris religiosis derelictis ritualia et in pagis et in Urbibus vastatis ministrare. Quare Sacramentum Poenitentiae administrandi munus quod alias, propter constitutionum nostrarum praescriptum detrectaverant, prae charitate suscipere compulsi sunt quod certe nisi nostri constanter et perseveranter egissent et domos nostras in rigidioribus cladibus quasi asylum exhibuissent, innumeri et temporalibus spoliati essent, et sine spiritualium administratione aut obiissent, aut quasi ferae sylvestres omni Christiana educatione caruissent, in hac tanta et calamitosa facie rerum et desolatione quae totam longe lateque regionem, per tantam temporis seriem sine ulla intermissione vastavit.

Et tamen non obstantibus quae fuerunt et adhuc supersunt, calamitatibus, certe mirabile videtur quomodo non desinat manus Domini Dei spiritualiter et temporaliter in tanta rerum angustia nostris succurrere, ita ut etiam nunc post talem desolationis faciem, in tota Provincia quae a plusquam quinquaginta annis perseverat, integrae non tantum steterint domus nostrae flammis et bellorum ruinis illaesae, sed etiam per pias populi sic exhausti reliquias, aliae et aliae denuo sint absolutae, quae a triginta propemodum annis coeptae erant, et ita in regulari disciplina perseverent; imo mirum omnibus videtur, quomodo multo plures modo inveniantur et sustententur Fratres in Capucinorum domibus, quam caeteris quibuscumque aliis domibus religiosis et Monasteriis Lotharingae, quantumcunque alias opulentis, ita ut fateri quilibet compellitur quod digitus Dei est hic. Sicut et videndo quod ubi magnifica et opulentissima alia Monasteria, prae populi inopia et temporum inclementia, dilabuntur et in solitudinem rediguntur, sola Capucinorum monasteria non solum stant feliciter integra, sed etiam quotidie consummantur, ita ut videri possit et tangi a quolibet haec spectante, Divinae huius promissionis tam frequentis in ore Beati Patris nostri Francisci infallibilitas: Iacta cogitatum tuum in Domino et ipse te enutriet.

1638. — Cum aliquando Fratres in Conventu Nanceiano iam ad mensam (signo facto) properarent, et nihil omnino panis suppeteret ad proponendum et de hac re superior admoneretur, eo ipso tempore pulsato ianuae tintinnabulo, frater ad ianuam accurrens, juvenem reperit elegantissimae formae, qui duas notabiles tortas panis recentis obtulit, et interrogatus a quo mitteretur? respondit, id quaeri non debere, et sufficere ut acceptarentur. Quare accipiens frater cum gratiarum actione et postmodum retrospicere volens benefactorem et Bajulum, nil omnino, quasi evanuisset, videt, ex quo caelitus esse datas, non leve fuit argumentum.

DE FRATRIBUS
QUI PESTE LABORANTIBUS
MINISRANTES PIE IN HOC
MINISTERIO OCCUBUERUNT, ET
IN DOMINO DORMIERUNT.

Quo ad illos Fratres qui in hoc pio charitatis opere voluntarie Domino sacrificaverunt, cum circa annum 1630, et infra, antequam visitans Dominus in hac Provincia in gladio primum visitasset in peste, quae per totam fere Lotharingiam, diversis circa hoc tempus vicibus, grassata est, Fratres nostri tanto charitatis ardore, sese ad succurrendum peste laborantibus obtulere, ut Ministro Provinciali difficillimum fuerit continuis isque importunis eorum precibus, satisfacere, singulis alios sibi praeferri in hoc pio charitatis opere aegre ferentibus. Unde aliquando ad singulis satisfaciendum, opus fuit, ut Superiores per sortes eligerent eos, qui aequali charitatis spiritu ducti et idoneitate instructi, praemittendi forent.

Caeterum qui missi fuerunt in omnibus locis ita bonus odor Christi facti sunt,

religiosae sedulitatis et Christianae charitatis exemplo, ut postmodum ferme omnibus aliis religiosis, et etiam parochis periculum declinantibus, Fratres in omnibus locis, non tantum ubi sunt conventus, sed etiam in plerisque aliis fuerint requisiti et expositi; unde et in tota Provincia loca pro construendis conventibus tanto libentius et gratius oblata a civibus, quanto, praeter ordinis venerationem et aestimationem, etiam insignem sperarent, si necessitas occurreret, religiosae charitatis opem.

Inter eos autem qui huic operi vacantes et strenue laborantes occubuere in Metensi amplissima civitate, quae tum erat Provinciae Lotharingiae, fuit ab anno 1625 Reverendus Pater Cherubinus Briennenis olim Provincialis huius Provinciae, qui post multos exantlatos labores et multa tam catholicis quam haereticis, qui in hac civitate abundant, exhibita charitatis officia, post multos haereticos praeclaris vitae exemplis et exhortationibus ad fidem catholicam conversos, fideliter occubuit, tota civitate amatissimi Patris mortem deflente, imo ipsis haereticis simul cum catholicis ipsius corpus ad tumulum cum lachrymis prosequentibus.

Ibidem in eodem anno charitatis victima Venerabilis Pater Franciscus a Barro; et anno 1629, Venerabilis Pater Hyacinthus Staunensis Praedicator, uterque saepius Guardiani et probatissimae vitae.

Item Venerabilis Pater Pacificus Salonensis Praedicator, et Venerabilis Pater Innocentius a Bigney Metensis anno 1630.

In Urbe Vicensi occubuit circa annum 1627 in eodem pietatis Officio Venerabilis Pater Philippus Nanceianus: ibibem postmodum anno 1634, eidem ministerio adlaborans cum aliis Patribus nostris obiit F. Ioannes Maria Vicensis Clericus.

In insigni Oppido S. Nicolai de portu occubuerunt inter peste infectos quibus ministrabant, Venerabilis Pater Spiritus Bayonensis, et Venerabilis Pater Ambrosius Vizeliensis Praedicatores boni nominis et integerrimae vitae, et Venerabilis Pater Lucas Staunensis Sacerdos anno 1631: eorum corpora iacent in caemeterio Varangevillae.

In Urbe Linciensi obierunt in eodem charitatis ministerio Venerabilis Pater Faustinus de Morlaincourt, et Venerabilis Pater Ægidius Linciensis uterque Sacerdos an. 1630.

Spinali, primum Venerabilis Pater Felix Nanceianus, et aliis locis praeclaram peste laborantibus cum aliis Fratribus eodem spiritu charitatis afflatis operam exhibuit, et tandem in Urbe Sammiellana eidem operi indefesse vacans cum socio Fratre Bonaventura Bayonensi Clerico feliciter obdormivit in Domino circa annum 1631.

Ibidem postmodum obiit in eodem ministerio charitatis Frater Laurentius Mirecuriensis Laicus.

Mussiponti, Venerabilis Pater Julianus Metensis et Venerabilis Pater Nicolaus Mussipontanus; item Venerabilis Pater Valerianus Mussipontanus, Sacerdotes pie et fideliter Deo et patriae suae inservientes, in eodem charitatis officio defuncti sunt anno 1636, quibus eodem anno quasi fidelis cooperator adiunctus est Frater Dominicus d'Arbois pius et humilis Laicus.

Ibidem sequente anno 1637, Venerabilis Pater Eusebius Mussipontanus Sacerdos post exantlata toto vitae tempore praeclara et indefessa charitatis opera circa peste laborantes, ubicunque se occasio obtulerat, etiam Lugduni, dum insignis in illa praegrandi civitate lues omnia depascebat, in qua Provincia habitum sumpserat, Metis, apud Sanctum Nicolaum, et plerisque aliis locis, tandem eidem operi usque ad mortem intentus, dum militibus belli ex Germania reducibus sub auspiciis Eminentissimi Cardinalis de Valette, omni tunc labe infectis et putridis, quotidie quolibet et spirituali et corporali subsidio succurreret, communicata

pestilenti febre feliciter etiam omnis charitativae consummationis vidit finem.

Spinali, Venerabilis Pater Joannes Ludovicus de Fondis an. 1626 in eodem opere charitatis obiit, sicut et Venerabilis Pater Bernardus a Septem fontibus, qui in Vico d'Elcot an. 1637 vocatus ad idem pietatis officium feliciter vitam consummavit.

Anno 1634 F. Constantinus a S. Nicolao Clericus in loco de Bitsche, quem locum primo Fratres incolere caeperant, sed ante ullam aedificationem supervenientibus cladibus bellicis deserere coacti; et Frater Romanus Lingonensis Laicus. Tulli an. 1632, Frater Faelicianus item Laicus Merecuriensis, Vizelizii anno 1634 cum Venerabili Patre Zacharia Commerciensi et plerisque aliis ex Fratribus nostris adiuncti qui ibidem peste laborantibus cum magna populi aedificatione, et satisfactione inservierunt soli, caeteris ex morbo intactis, aut convalescentibus felicem sui laboris terminum pretiosa morte invenerunt.

Fuerunt autem in his et aliis temporibus, quamplurimi fratres qui Nanceii, Barri, Mercuriae, et aliis locis insignibus, imo et in vicis Provinciae, vitam et labores suos corporaliter et spiritualiter expensissime exposuerunt, suam coronam qua hora Dominus venturus est, sine dubio accepturi.

Inter quos circa Venerabilem Patrem Zachariam Commerciensem qui in omni tempore pestium omnibus semper adfuit, mirabile quiddam Metis accidit. Cum enim ibidem peste laborantibus ministrando ardentissima febre ita correptus esset, ut iam extremum spiritum exhalare videretur, vixque posset prae nimia virium extenuatione aliquam vocem articulatam proferre, ac demum pro mortuo aut brevi morituro haberetur, unde cum a socio Sacramentum extremae unctionis accepisset, ita tali adminiculo eodem momento convaluit, ut e lecto, in quo iacebat, exiliens statim voluerit ad infirmum moribundum accurrere, Sacramenta quae expetebat administraturus, stupente interim et spectante effectum Sacramenti Chirurgo Calvinista qui ipsi sicut et caeteris pestiferis inserviebat, et illum sine dubio moriturum affirmaverat, et ingenue fatente, tam subitam morbi curationem non alio quam supernaturali remedio accidere potuisse.

Placet etiam hic superaddere nomina eorum piorum Patrum et Fratrum quae habere potuimus et eos notare, qui in eodem, quo supra, peste laborantibus ministerio satagentes, etsi morte non occubuerunt, fideliter tamen servierunt et vitam et animam suam exposuerunt: maiorem enim charitatem nemo habet quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.

R. P. Cherubinus a Barro.
V. P. Anacletus a Gurillon. } *Mircurae*
V. P. Archangelus a Nanceio.
Nanceii et alibi
V. P. Bonifacius a Morisecur. *Nanceii*
V. P. Franciscus Damascenus. *Nanceii.*
Frater Marinus. *Apud S.tum Nicolaum.*
F. Modestus Nanceianus.

(Ex documentis in Archiviis « *di Siato* » Mediolanensibus adservatis et exactissime reproductis.)

BIBLIOGRAPHIA

PIATUS (P. S. Theologiae Lectore et SS. Canonum in Universitate Catholica Lovaniensi Licentiato, Provinciaeque Belgiae Min. Capuccinorum Definitore) MONTENSIS — Principia Theologiae Moralis theoreticè et practice exposita auctore F. Pio Van der Velden emendata ac pluribus adnotationibus locupletata — Parisiis. Libraria internation-Catholica, via vulgo Bonaparte, 66 - it. Lipsiae apud Kittler via Querstrasse, 34 - it. Tornaci, Casterman. 2 volumi - in pag. 600.

PIATUS (P. qui supra) MONTENSIS — Commentarius ad Constitutionem « Apostolicae Sedis » qua Ecclesiasticae censurae latae sententiae limitantur, in lectorum ac studiosorum nostrorum utilitatem primarie editus. Vol. in 8° pag. 375. apud eosdem Bibliopolas ac supra.

PIATUS (P. qui supra...) MONTENSIS — Nouvelle Revue Théologique ou Série d'articles et de consultations sur le Droit Canon, la Liturgie, la Théologie Morale etc. honorée d'un bref de Sa Sainteté Pie IX. Cette Revue parait tous les deux mois, à partir du 15 Janvier et forme chaque année un fort volume in 8° de 705 pages. La collection déjá parue forme 14 volumes avec tables spéciales et générale. — Chez les mêmes libraires que plus haut.

OPUSCULA DE TERTIO ORDINE

LIBERTUS (P) MECHLINIENSIS. — Min. Capuccinorum — Volledig Handboek der Broeder's en Zusters van de Derde-Orde der Boetveerdigheid van den H. Vader Franciscus van Assisie. — Drukkerji Sant-Augustinus. — Desclée, De Brouwer en C. Brugge. Belgie 1883 in 12° fol. XXV - 462.

APOLLINAIRE (P) DE VALENCE. — 1. Histoire des Capucines de Flandre, écrite au XVIII siècle par une religieuse de cet Ordre (ouvrage revu, annoté et publié par le P. Apollinaìre de Valence. capucin). Paris, Poussielgue Fréres, 1878, 3 vol. in 8° de XVI, 559, 632 et 615 pages — 2 portraits gravés. Tiré à petit nombre. Prix: 30 francs, affranchisement par la poste compris. (Intra Ordinem 25 franc. seu libellae),

2. *Bernardin (P.) de Paris* — L'Esprit de S. François d'Assise, par le P. Bernardin de Paris, capucin, revu et augmenté d'une notice sur l'auteur par le P. Apollinaire de Valence, religieux du même ordre. Paris, Poussielgue frères, 15, rue Cassette, 1880, 2 vol. in 8 jésus de XXXII-447 et 504 pages. Prix 6 francs.

3. *Cyprien (P.) De Gamaches.* — Mémoires de la Mission des Capucins de la province de Paris près la Reine d'Angleterre, depuis l'année 1630 jusqu'à 1669, par le P. Cyprien de Gamaches, prédicateur capucin et missionaire d'Anglelerre, revus, annotés et publiés par le P. Apollinaire de Valence, religieux du même ordre. Paris, Poussielgue frères, rue Cassette 15. 1881, in 8; j. XII - 374 pages. — Prix net, 5 francs.

Fratres defuncti,

quorum nomina

per Kalendaria 1885 nota facta sunt.

In Provincia Bavarica

1884. — 3 *Februarii.* Carolostadii Fr. Lazarus ab Obernburg, Laicus.
» 19 *Aprilis.* Immenstadii. V. P. Clemens a Weihorf, Vicarius.
» 2 *Junii.* Vetoettingae. A. R. P. Anton. Maria. (Vid. p. 63.)
» 4 *Junii.* Lohrae. Fr. Blasius a Neuhütten, Laicus.
» 12 *Septembris.* Vetoettingae. V. P. Antonius a Sünzhausen, Concionator.

In Provincia Corsica.

1884. 13 *Febr.* Bastiae, R. P. Bonaventura a Ferraria, Concionator emeritus.
» 19 *Aprilis.* In Convent. Bonifacii, Fr. Simon a Stronconio, Laicus.
» 13 *Junii.* Bastiae R. P. Franciscus

a Scolca, Definitor et Scriptor.
» 21 *Novembris*. Bastiae. R. P. Antonius a Laureto, Definitor et Novit. Magister.

In Provincia S. Nicol. Barensi.

1884. P. Gian-Francesco da Taranto.
» P. Teodorico da Laterza.
» Fra Benedetto da Ceglie.
» Fra Giuseppe da Copertino.
» Fra Luigi da Gioia.

In Provincia Helvetica.

1884. 24 *Jan*. Appencellae, Fr. Thomas a Fislisbach, Laicus.
» 22 *Aprilis*. Altstaetten, A. V. P. Gabriel a Dietikon.
» 30 *Iunii*. Tugii, M. V. P. Blasius ab Unteraegeri, Vic. act.
» 2 *Iulii*. Solodori, A. V. P. Leo,
» 24 *Iulii*. Bulli, V. P. Chrysogonus, Vall. a St. Luca.
» 2 *Septembris*. Bulli, M. V. P. Bertholdus ab Onnens, Guardianus.
» *Dec*. Dornaci, Fr. Vitus ab Olten, Laicus.

In Provincia Lugdunensi.

1884. 29 *Febr*. Aquis Sextiis, R. P. Michael a Telonis Portu, Missionarius.
» 6 *Maji*. R. P. Ildefonsus de Bard les Pesmes, ✠ in sua Patria, Lector.
» 28 *Julii*. Aquae, R. P. Maximinus ab Alleins, Guardianus.
» — Massiliae, Fr. Severinus a Nurcia Italiae, Laicus.

In Provincia Parisiensi.

1884. 4 *Septembris*. Lorient, Fr. Aegidius de Léké in Belgio, Laicus.
» 14 *Novembris*. Audegariae, R. P. Ernestus ab Ames, Missionarius emeritus.

In Provincia Pedemontana.

1884 — 27 *Febr*. S. Mariae ad Agros R. P. Fidelis a Montelaro, Conc. Mission.
» 3 *Martii*. Racconixii R. P. Ioannes Ioseph a Carmaniola Conc. Guard.
» 13 *Martii*. Cadralii R. P. Anastasius a Mombello, ex-Vic.
» 24 *Martii*. S. Mariae ad Agros V. F. Germanus a Villastellono, Laicus.
» 31 *Martii*. Niceae ad Mare R. P. Daniel a Garexio, Conc.
» 7 *Aprilis*. Racconixii R. P. Petrus a Vigono, Conc. ex-Guard.

In Provincia S. Caroli.

1884. — 10 *Ianuar*. Albini. A. R. P. Basilius a Mediolano, Guar. Defin.
» 29 *Ianuar*. Bergomi. P. Desiderius a Leuco, Sac. Auctor.
» 13 *Aprilis*. Cremae. F. Hieronymus a Burno Cleric.
» 14 *Iulii*. F. Placidus a Cerete alto, Laic.
» 25 Oct. Salodii F. Andreas ab Oreno, Laic.

In Provincia Tirolensi.

1884. 21 *Januarii*. Brunopoli, R. P. Gelasius Angerer a Stilfs, Defin., Guard. et Concionator paroch. actualis.
» 12 *Martii*. Brixinae, V. P. Elias Niederwieser ab Anras, Concionator.
» 16 *Martii*. Bulsani, Fr. Poemon Guggenberg, Laicus.
» 12 *Novembris*. Lanae, V. P. Honoratus Gamper a Proveis, Concionator.
» 17 *Novembris*. Bulsani V. P. Irenaeus Oberfrank ab Ahrn, Concionator.

In Provincia Tolosana.

1884. 7 *Septembris*. Claramontani, R P. Benedictus a Steinhofen, Guardianus et Definitor.
» —Claramontani, Fr. Iosephus Maria a Claromonte, Laicus.
» 23 *Septembris*. Oriolae, V. Fr. Norbertus a Chatellerault, Subdiaconus.

R. I. P.

Nihil obstat.
Fr. BERNARDUS ab ANDERMATT Min. Gen. Capucc.

Sacerdos Ioannes Savini, Director responsabilis

ANALECTA ORDINIS MINORUM CAPUCCINORUM

ACTA S. SEDIS

EX S. RIT. CONGREG.

FESTUM PATROCINII S. JOSEPH

Sponsi B. M. V.

sub ritu duplici 2ae classis cum Octava.

Bmc. Pater;

Infrascriptus Ordinis Minorum Sancti Francisci Capuccinorum Procurator generalis, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humillime exponit qualiter cultum erga Sanctum Joseph B. M. V. Sponsum, familia Franciscalis, tum anteactis saeculis egregie promoverit, tum impraesentiarum magis ac magis haereditario zelo promovere satagat. Ex hinc quamplures enunciati Ordinis alumni, pro sua in praelaudatum S. Joseph devotione plenissima, maxime in votis habent, ut Ipsum solemnioribus laudibus frequentare possint. Quum autem Ejusdem festum, sub die 19 Martii, propter Sanctae Quadragesimae occurrentiam, cum Octava celebrari nequeat, humilis Exponens nomine Rvmi. Patris Ministri Generalis cum suo Definitorio, enixe Sanctitatem Vestram supplicat, quatenus, ad normam gratiae Presbyteris Societatis missionum ad Exteros, aliisque familiis religiosis, jam a Benignitate Apostolica elargitae, concedere dignetur ut in universo Fratrum Minorum Sancti Francisci Capuccinorum Ordine, Festum Patrocinii S. Joseph, dominica tertia post Pascha, sub ritu duplici primae classis cum Octava, celebrari possit et valeat.

E Conventu Minor. Capuc. Urbis, Immacul. Concept.

Die 1a Martii, 1885.

Fr. Bruno a Vintia. Proc. Glis. Cap.

Ordinis Minorum
Sancti Francisci Capuccinorum.

Quum singulari devotionis affectu Sanctum Josephum Sponsum Beatae Mariae Virginis universus Ordo Minorum Sancti Francisci Capucinorum ad haec usque tempora prosecutus fuerit; hodiernus Rmus. P. Minister Generalis ipsius Ordinis, piissimis Alumnorum suorum votis satisfacturus, solemniori ecclesiastico ritu Festa ejusdem castissimi Deiparae Sponsi peragere cupientium, a Sanctissimo Domino Nostro Leone Papa XIII, humillimis precibus efflagitavit, ut Festum illius Patrocinii, Dominica secunda post Pascha occurrens, in posterum sub ritu duplici primae classis cum Octava ab Alumnis totius memorati Ordinis celebrari valeat. Sanctitas porro Sua has preces ab infrascripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario relatas peramanter excipiens, benigne indulgere dignata est, ut, nulla facta immutatione ritus, nempe secundae classis, praedictum Festo *cum Octava* in universo Fratrum Franciscalium Capucinorum ordine

amodo recolatur: servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. (1)

Die 5 Martii 1885.

L.✠S.

D. Cardinalis Bartolinius S. R. C. Praefectus

Laurentius Salvati, S. R. C. Secretarius.

Concordat cum originali.

Fr. Pius a Langonio. Secrius. Gnlis.

EX S. CONG. EPISC. ET REGULARIUM

Dubia nonnulla respicientia Episcoporum auctoritatem in moniales clausurae obnoxias.

Die 16 Julii 1884.

Sub die 16 Julii 1884, dubia sequentia proposita fuerunt diluenda S. Congregationi Ep. et Reg., nimirum:

I. An Episcopus, auctoritate propria, permittere valeat, ut recipi possint in Monasteriis clausurae subiectis, mulieres quae ingredi cupiunt veluti *pensionariae*?

II. Pariter potest Ordinarius, auctoritate propria, ad tempus vel in perpetuum, monialem aliquam de uno ad aliud Monasterium transferre, etiam Ordinis eiusdem, iusta interveniente causa?

III. Potestne tandem Ordinarius, auctoritate propria, transferre aliquam monialem quando eadem electa fuerit in Superiorissam alterius monasterii, aut censeat utilem esse et expedire translationem eiusmodi cum hoc munere?

Sacra Congregatio Emorum Cardinalium negotiis Episcoporum et Regularium praeposita, super praemissis precibus die 16 Julii 1884 mandavit rescribi: « *Negative in omnibus* ».

Resolutio S. C. Ep. et Reg. circa suspensiones a Superioribus Regularibus inflictas.

In Congregatione generali habita in Palatio Apostolico Vaticano die 3 Martii 1866 ab Emis. et Rmis. Patribus Sacrae Congregationis Episcoporum et Regularium, proposita fuit Causa — Ordinis Praedicatorum Suspensionis cum Dubiis.

I. An Religiosus non approbatus juxta leges proprii Ordinis a suo Superiore, vel ipso invito, cum sola facultate Ordinarii valide excipiat confessiones saecularium?

II. An Superiores Regulares jurisdictionem habentes possint suos subditos suspendere ab audiendis confessionibus saecularium, etiam ex informata conscientia? — Et in casu affirmativo.

III. An valeat suspensio oretenus, et absque scripto communicata?

IV. An absolutio impertita ab eo, qui tali suspensione est innodatus, sit valida? — Et si invalida.

V. An qui hujusmodi absolutionem attentat irregularitem incurrat?

Emi. Patres referente Emo. Bizzarri Ponente, re mature perpensa, ad proposita Dubia rescripserunt· Ad *primum*, affirmative. Ad *secundum*, affirmative, ita tamen ut Religiosus suspensus, illicite non tamen invalide Confessiones excipiat. Ad *tertium* affirmative, cum feratur per modum praecepti particularis. Ad *quartum*, affirmative. Ad *quintum* provisum in praecedentibus.

Datum Romae ex Secretaria praefatae Sacrae Congregationis, hac die 21 Martii 1866.

A. Card. Quaglia *Praef.*

S. Svegliati *Pro-Secretarius.*

---

(1) Qui voluerint, etiam hocce anno 1885. praefato privilegio, pro spirituali solatio, gaudere, commemorationem prout in die Festi Patrocinii, quotidie peragant, ad normam rubricarum; et in ipsa die Octava, quum hocce anno praecise occurrat Festum Inventionis Ssmae Crucis D. N. I. C. non fit nisi commemoratio, juxta Rubricam de Occurrentiis N. 3.

Caeterum in proximo Analectorum fasciculo insertum invenietur Officium Octavae.

INSTRUCTIO

de Bonis ecclesiasticis in Missionibus.

Nota 1. In praecedenti Analectorum fasciculo, ex integro inserta est Constitutio Apostolica « *Romanos Pontifices* » quae veluti norma hodierni iuris de controversiis inter Episcopos et Missionarios Regulares accipienda est, non solum pro Missionibus Angliae et Scotiae, sed pro omnibus aliis, prout abunde constat ex multiplici eiusdem constitutionis ad alias missiones aut regiones applicatione. Sic, v. g. pro Nostratibus Hollandiae et Calvariensis Provinciae, erectio conventus a Benignitate Apostolica concessa fuit cum expressa clausula de Constitutione *Romanos Pontifices* exacte servanda. Sic etiam eadem Constitutio formaliter extensa fuit ad Missionem regionis Tunetanae, prout constat ex Actis Synodalibus ecclesiae Carthaginiensis, diei XXXI Jan. 1884.

2. Porro in praelaudata Constitutione, circa peculiarem et satis arduam de bonis ecclesiasticis controversiam, Ssmus. Dnus. Noster Leo XIII — quem Deus diu sospitet! — in memoriam revocat, confirmat, corroborat et tanquam S. S. proprias innovat decisiones et decreta Secundi Concilii Provincialis Westmonasteriensis, hisce verbis : « *Patres Concilii Provincialis Westmonasteriensis II, cum partim interpretantes piam et aequam donantium voluntatem, partim ea, quae Episcopis inest, utentes potestate imperandi pecuniae collationes, decernendique quo tempore et qua de causa conferri oporteat, statuerunt in capite* de bonis ecclesiasticis, *quid censendum sit intuitu missionis collatum. Jubet igitur ratio, itemque Nos constituimus, hac in re religiosos ad leges Westmonasteriensis Synodi sese affatim accommodare oportere.* »

His stantibus, opportunum imo necessarium existimamus, citatas Westmonasteriensis Concilii leges de bonis ecclesiasticis hic integraliter inserere.

« I. Bona quae a fidelibus in religionis propagationem et decorem, cleri sustentationem, pauperum sublevationem aliosque pios usus erogantur, Deo et Ecclesiae donata censentur ; eorumque administratores seu curatores, sive viri ecclesiastici sive laici fuerint, nihil amplius quam eorum dispensatores, Deo ipsi reddituri rationem, sunt habendi. Cum igitur hic jam inter dispensatores quaeratur, ut fidelis quis inveniatur, de iis, quae rectam bonorum ecclesiasticorum administrationem respiciunt, in hac synodo plenius nobis agendum videtur, quia praesertim in primo provinciali Concilio, rebus maioris momenti occupati, hujusmodi materiam ad tempus opportunius remiserimus.

II. Igitur allaborandum ut omni modo determinetur (si dubium exsistat) intentio et animus donatoris vel testatoris alicujus fundi, et ut usui ab ipso definito ipsius fructus accuratissime applicentur.

III. Si vero hujusmodi intentio non constet ex aliquo certo documento, servandae sunt regulae sive canones, quibus de tali voluntate recte judicari potest.

IV. Quotiescumque erigatur aut provideatur ecclesia seu schola, sive aliud quodvis aedificium usibus religionis destinatum, sive ex integro sive ex parte pecuniis collatis a fidelibus, vel etiam a quavis societate piorum Catholicorum eleemosynarum administratrice, ejusmodi aedificium habendum est veluti in perpetuum illi loco addictum. Et quamvis missio de qua agitur sit ab aliqua corporatione religiosa occupata et administrata, eleemosynae illae praesumuntur non corporationi ipsi, sed Dei cultui promovendo et pauperum levamini fuisse collatae, eoque in loco ad hosce usus erogandae.

V. Similiter judicandum, si ab aliquo benefactore talia aedificia alicubi provi-

deantur, nisi certissime constet declarasse se in tali erectione non loci ejusque fidelium commodum respexisse, sed ordini illi donum voluisse conferre. (Regulae, sub numero praecedenti et sub hoc traditae quoad jus in fundationes, sunt applicandae ad novas tantum fundationes, cum de regularibus agitur.)

VI. Non vero licebit episcopo, missionem legitime alicui Ordini religioso concreditam dicto titulo ipsi auferre. Respiciunt enim hae regulae solummodo casum in quo regularis illa familia vel nequeat vel nolit illius missionis curam retinere, si, exempli gratia, e superiore ab illo loco revocetur, vel alia quavis de causa cesset omnino et non ad tempus duntaxat ibidem exsistere.

VII. Si vero aliqua missio fundatur exclusive sive longe majori ex parte sumptibus alicujus religiosae familiae, quae justis de causis atque in perpetuum alio migrare poterit velle, hortamur ut pactio clara fiat inter episcopum et superiores ordinis quid hoc in casu sit agendum, ne jura ex una parte laedantur, neve scandalum ex altera oriatur, et grave animarum damnum emergat.

VIII. Multo minus licet clerico vel ipsi episcopo bona Ecclesiae alienare, sicuti constat ex innumeris pene juris canonici sanctionibus. Quod si propter causas ab ipso jure approbatas contigerit talem alienationem esse necessariam, sacerdos nunquam sine episcopi auctoritate, nec episcopus absque iis cautionibus quae a lege canonica requiruntur, illam efficere potest.

IX. In omni missione pecuniae quae a fidelibus contribuuntur modis infra recensendis, habendae sunt pro bonis Ecclesiae, non pro muneribus datis sacerdoti. Ex ea namque pecunia non solum ejus honestae sustentationi, sed et sumptibus religiosi cultus, manutentioni fabricae, debitis, si quae sint, solvendis, aliisque hujusmodi providendum est. Idcirco, si discedere a missione alicui sacerdoti contigerit in anni cursu, non jus habet ad ratam partem introitus annui nisi prius detrahatur pars juste assignanda illis impensis. Similiter ea quae providerat pro ecclesiae usu ex ipsis redditibus Ecclesiae, *v. g.* cereos, vinum pro sanctissimo sacrificio, sacram supellectilem, post se relinquere debet absque compensatione, nisi constare faciat hanc provisionem aequam rationem excedere.

X. Diversas quidem methodos colligendi pecunias pro missionum sustentatione praevalere omnibus satis patet. Sequentes in primis non improbandas censemus, donec melius per charitatem fidelium provisum fuerit. Sunt igitur:

1° Sedium seu locorum assignatio certis personis seu familiis a quibus compensatio determinata datur ecclesiae.

2° Collectae ad Offertorium in ecclesia factae.

3° Pro consuetudine generaliter in Anglia vigente, solutio nummi determinati juxta qualitatem loci occupandi, ab iis qui locum assignatum non habent, nolunt vero locum liberum, ut aiunt, occupare.

4° Conciones ab aliquo insigniori verbi Dei praecone, post quas generatim pro Ecclesia, vel pro aliqua ejus parte seu attributione, colliguntur assistentium eleemosynae, qui saepe ex aliis congregationibus accurrunt, stipemque conferunt.

5° Collectae quae vel de domo in domum fiunt, per viros ad hoc deputatos aut per societates et confraternitates, legitime institutas, vel exiguntur per decurias aut centurias, prout fieri solet a laudabili Societate Propagationis Fidei nuncupata, vel quae a ditioribus, statutis temporibus aut singulis annis, solvuntur.

XI. Quamvis equidem exoptandum esset, plures ex hisce modis sustentandi Ecclesiam posse e medio tolli, jam ta-

men experientia docuit adhuc impossibile esse talibus adjumentis omni ex parte supersedere. Ubi igitur usus jam invaluit unum vel plures ex ipsis adhibendi, continuari ita debet, ut nulla in eis innovatio absque episcopi arbitrio introducatur. Praesertim vero spatium liberum non minuatur neque coarctetur, eo inconsulto. Quidquid vero pecuniae per ista media ad missionem confluit, non ad ipsum sacerdotem, sed ad totas missionis necessitates pertinere reputetur. Quidquid igitur supellectilis, sacrae vel domesticae, ex his redditibus acquisierit sacerdos, vel quidquid in sarta tecta aedium sacrarum vel aedificiorum ad ecclesiam quomodocumque spectantium conservanda impenderit; non sibi, sed missioni providit, ex bonis ad eam pertinentibus.

XII. Cum igitur sacerdos aliquis ad suam primo missionem accedit, accipiat a vicario foraneo, vel ab alio deputato ab episcopo, inventarium omnium ad missionem pertinentium. Tenetur autem supellectilem et aedificia integra servare, imo potius meliorare, ut saltem successori tantum tradat quantum ipse accepit. Quod si, vel ad reficienda quae vetustate obsoleta et squalida evaserunt, vel ad majorem locorum decorem nova seu venustiora providerit, distinguendum est, quonam ex fonte ista provenerint.

1° Nam si ex proprio peculio, sive ex familiarium sibi bene affectorum donis, sive tandem ex ea parte proventuum Ecclesiae quae sibi competit pro sua honesta sustentatione, sacerdos haec sibi comparavit, habenda erunt ut propria, ratione semper habita obligationis conservandi in bono statu ea quae accepit.

2° Sive vero generatim proventibus Ecclesiae, vel donis sive collectis congregationis, vel tandem aere ab episcopo vel administratoribus rerum temporalium dioeceseos concesso, fuerint haec conquista, omnino missioni addicta dicenda sunt, neque ullo pacto licet sacerdoti ea sibi vindicare.

XIII. Communiter etiam censendum, nisi contrarium pateat, juxta regulam in jure traditam, ea quae ecclesiasticis usibus apta, donantur viro missionario, esse missioni donata. Ea vero quae personalem habent usum, ipsi data reputantur, sicuti etiam res sacrae, si expresse veluti grati animi vel affectus pignus a congregatione sacerdoti cuivis donantur.

XIV. Honoraria Missarum ad sacerdotis peculium pertinent. Similiter ubi viget usus, antiquus quidem in Anglia, temporibus solemnibus Paschae et Nativitatis Domini, singulis sacerdotibus munuscula dandi, haec ad ipsos de jure pertinent. Caveat vero sacerdos ne in suspicionem cadat aliquid recipiendi, intuitu sacramenti poenitentiae ab ipso administrati.

XV. De applicatione pecuniae quae ex juribus stolae provenit, non una eademque praxis per totam obtinet Ecclesiam. Etenim, quamvis Ecclesia sordidum quaestum detestetur, ob quem pro sacramentorum celebratione extorqueatur vel exigatur pecunia a fidelibus ea petentibus, Concilium tamen Lateranense sub Innocentio III anno 1215 habitum, praescripsit ut observarentur laudabiles consuetudines, quarum vigore oblationes, ex occasione celebrationis sacramentorum, a fidelibus altaris ministris fiunt. Proventus ex hoc fonte derivantes ordinario sacerdotibus adjudicentur, quamvis diversis modis, pro diversitate locorum, distribuantur. Anteferenda vero videtur coeteris ea distributio quae magis ad allevanda onera missionis possit conferre.

XVI. Dum igitur prohibemus ne aliquid petatur (multoque magis exigi) ante baptismatis vel matrimonii celebrationem aut etiam post celebrationem veluti de jure, remittimus prudentiae episcoporum ea in suis dioecesanis Synodis, hac de re, statuere quae consuetudinibus et condi-

tioni locorum visa fuerint magis apta. Abusus praesertim omnes, si qui exsistant, tam in qualitate quam in exactione hujusmodi oblationum, diligentissime corrigant, modum ubique aequum imponendo.

XVII. Quicunque administrationi alicujus missionis praeest, quocumque titulo, librum omnino teneat diurnum omnium receptarum et expensarum missionis, in quo quotidie utrasque scribat accuratissime, et suo quasque ordine. Habeat etiam penes se alterum librum quem Magistrum (Ledger) vulgo vocant, in quem transferat, post mensem vel trimestrem, omnia quae in primo libro continentur, ita tamen ut in ordinem redigantur, juxta capita ad quae summa quaeque, sive recepta sive expensa, referri debet.

XVIII. Quivis administrator habeat « computum apertum » ut dicitur, in mensa aliqua nummularia duorum virorum honestorum nominibus, praeter suum, adscriptum. Isti vero solummodo ad conservationem pecuniae a quovis jacturae periculo assumptos se sciant, neque sese illius administrationi ingerere debent. Deficiente vero uno, quacumque ex causa, duo qui supersunt, alium ab episcopo electum, supplendum curabunt. Administrator igitur pecuniam ad missionem pertinentem, scilicet eam quae ad proprium peculium non pertinet, ultra summam librarum viginti apud se plus quam decem dies non retineat, sed in dictam mensam diligenter referat.

XIX. Nullus missionis administrator instrumenta legalia de bonis Ecclesiae conficiat sine expressa auctoritate episcopi, qui legisperitos in hujusmodi negotiis versatissimos consulere non dubitabit, sicque revisioni accuratissimae subjiciantur.

XX. Omnia aedificia ad missionem pertinentia contra incendium secura reddantur per annuam solutionem factam alicui societati ad hoc destinatae.

XXI. Omnis eleemosynas fidelium quaerens muniri debet autographo ordinarii, vel superioris proprii, objectum quaestus pii declarante, et recognito ab ordinario loci, ubi quaestum facit, cum conditione in eo expressa, quod ipse teneatur rationem accuratam reddere episcopo vel superiori suo omnium summarum ab eo collectarum cum determinatione locorum in quibus versatus fuerit, et personarum a quibus eas habuerit, cum expressione temporis suae in singulis locis residentiae ».

(*Acta et Decreta Secundi Concilii Provincialis Westmonasteriensis.*
Pars II. — Anno 1855.)

ACTA ORDINIS

DE MODO LEGALITER POSSIDENDI
SEU

Ampliatio et extensio quorumdam indultorum.

Bme. Pater,

Fr. Bruno a Vintia Ordinis Minorum S. Francisci Capucinorum Procurator Generalis, ad pedes Sanctitatis Vestrae humillime provolutus, exponit qualiter ob infaustas temporum circumstantias, quasdam Regulae seraphicae praescriptiones, speciatim circa paupertatem, observare difficillimum evadat.

Et re quidem vera, Legislator seraphicus ait: « *Fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem.* » Quae verba Regulae, de plena tam in communi quam in individuo expropriatione esse interpretanda satis superque constat ex repetitis S. P. Francisci adhortationibus, ex unanimi Expositorum minoriticae legis consensu et imprimis ex authenticis SS. Pontificum decisionibus et declarationibus, quarum in exemplum et compendium adsit ille Clementis V textus in celebri Bulla: *Exivi de Paradiso:* «... Declaratum extitit

« per nonnullos Praedecessores nostros « Romanos Pontifices, hanc expropria- « tionem intelligi debere tam in speciali « quam etiam in communi, propter quod « et rerum omnium concessarum, obla- « tarum et donatarum Fratribus (quas « et quarum usum, facti scilicet, Ordini « vel ipsis Fratribus licet habere) pro- « prietatem et dominium in se et Ro- « manam Ecclesiam receperunt (*Romani « Pontifices*), dimisso ipsis Fratribus in « eis tantummodo usu facti simplicis. » (*De Verbor. Signif. Clem. Lib. V. Titulo XI.*) Et hinc est quod in sacrosancta Tridentina Synodo (*Sess. XXV. De Ref. C. III.*) cautum fuit ne PP. Capuccini et Observantes in Indulto includerentur, quo omnibus Regularibus, etiam Mendicantibus, bona immobilia possidere declarabatur licitum, « *exceptis domibus FF. S. Francisci Capuccinorum et eorum qui Minorum de observantia dicuntur.* »

Porro ex hac expropriatione necessario sequitur quod Fratres Syndicum, seu *Patrem Temporalem*, habere debeant qui domos et loca Ordini concessa, tanquam S. Sedis vel benefactorum substitutus accipiat.

Verum enimvero nostris hisce temporibus difficultas occurrit practica, nostratibus olim plane ignota, tum in inveniendo viro qui possit, qui velit, qui dignus sit hujusmodi onus Syndici suscipere, cum in detegendo, juxta varias regiones, modo aliquo tute et quiete possidendi. Haud semel enim accidit quod Pater temporalis iis quae requiruntur sedulitatis et fidelitatis dotibus non donatur; vel, etsi rectus et sedulus, aleatoriis tamen et ruinosis *Bursae*, ut dicunt, cambiis et fluctuationibus indulget, sua alienaque amissurus; vel demum - quod majoris momenti est - a jurisperitis habetur veluti simplex fideicommissarius et fictitius proprietarius, cui proinde omnis juridica actio aut competitio prorsus denegatur.

Aliunde Sedes Apostolica hisce difficultatibus aliqualiter providere benigne dignata est, per Rescriptum S. Poenitentiariae diei 1.ae Decembris 1820, quo Belgii regularibus utriusque sexus, etiam solemniter professis, indultum fuit ut bona acquirere, retinere et administrare possent; item per Declarationem S. Congnis Negotiis ecclesiasticis extraordinariis praepositae, diei 31 Julii 1878, qua constat dictos Regulares Belgii potuisse et posse omnes actus proprietatis valide et licite exercere, necnon jurejurando asserere se voluisse, ad normam legum civilium, verum dominium bonorum a se possessorum acquirere, una cum jure de iis disponendi. Quam concessionem et declarationem S. Congregatio Episcoporum et Regularium, per Rescriptum diei 23 Junii 1880, ad omnes Minores Capuccinos Galliarum extendit.

Hisce omnibus perpensis et attenta definitorii Generalis Ordinis deliberatione, humilis exponens opportunam existimat praelaudati Indulti ad omnes Ordinis Provincias extensionem, ea tamen expressissima lege et cautione, quod Religiosi qui a Superioribus tanquam veri proprietarii, ad normam legum civilium, deputati fuerint, in foro conscientiae se non nomine proprio, imo non nomine Conventus, Provinciae aut Ordinis, sed tantum nomine S. Sedis possidere firmiter et inconcusse teneant; ita ut de immobilibus quorum legalem et pure civilem habent proprietatem, minime disponere valeant, sub oneribus poenisque a jure contra proprietarios interminatis.

Illo agendi modo, illa possidendi conditione, paupertas seraphica aliqualiter servatur, et simul praesentium temporum difficultatibus occurri posse videtur.

Caeterum humilis Exponens omnia sapientissimo remittit judicio Santitatis Vestrae Cujus pedes venerabundus exosculatur.

E Conv. Min. S. Francisci Capnor. Imm. Conc. Urbis, 28 Januarii 1883.

F. Bruno a Vintia
Procurator Glis. Cap.

Vigore specialium facultatum a SSmo. Dno. Nostro concessarum, S. Congregatio Emorum et Rmorum S. R. E. Cardinalium negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita, attentis expositis a P. Procuratore Generali Oratore, ac praesentibus rerum et temporum adjunctis, de speciali gratia, enunciatum Indultum ad Omnes Ordinis Minorum Capulatorum Provincias extendit, iisdem dumtaxat adjuntis perdurantibus, ea tamen sub expressa lege et conditione quod omnes Religiosi ad quamcumque dicti Ordinis Provinciam pertinentes, qui a Superioribus, tamquam veri proprietarii immobilium, ad normam legum civilium, deputati fuerint, in foro conscientiae, se non nomine proprio, imo nec nomine Conventus, Provinciae aut Ordinis, sed tantum nomine S. Sedis possidere sciant, ita ut de immobilibus, quorum legalem et pure civilem habent proprietatem, minime disponere valeant, sub poenis contra regulares votum solemne paupertatis violantes a jure statutis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Romae 7 Maii 1883.

I. Card. Ferrieri Praef.

L. ✠ S.

I. Masotti Secretarius.

Concordat cum originali quod asservatur in Archivio Gen. Ordinis.

F. Pius a Langonio
Secr. Gen.

FRAGMENTA SERAPHICA.

MINORES CAPUCINI IN CELEBERRIMO B. M. V. VETOETTINGAE SANCTUARIO.

(*Sequitur*)

Provincia Capucinorum Bavarica dedit se a primordiis in tutelam Matris Mariae Vetoettinganae et elegit sibi ejus imaginem pro sigillo suo Provinciali. Conspicitur in dicto sigilli medio Mater Dei, ad cuius pedes duo Capucini Sanctissimam venerantes genuflectunt. Beata Dei genitrix, quam sibi Provincia in suam Patronam elegerat, dignata est Fratres nostros tristissimo temporis momento, i. e. suppressionis tempore, ad se vocare et ad suum famulatum admittere. Anno enim 1802 Bavariae gubernium Vetoettingae Monasterium Capucinis centrale instituit in loco ad S. Annam, FF. Min. Reform. ex eo dimissis.

Verum propter Fratrum numerositatem aperuit gubernium Nostris alterum Conventum, qui morte minutis nostri Ordinis sacerdotibus, primo a sacerdotibus saecularibus et deinde a P. P. Redemptoristis occupatus est. Dictos Patres expulit ex sua possessione lex imperialis anno 1873.

Inter principes, quibus Religio catholica et cultus B. Virginis summopere cordi fuit, emicat tamquam stella matutina Ludovicus I, Bavariae rex, qui regni gubernacula anno 1825 vix adeptus, omnem in id operam contulit, ut Concordatum a patre suo cum Pio VII. Pontifice initum perfectius exsequeretur. Populos ad meliores fruges reducturus, permisit, inter multa alia bona, reviviscere suppressos Ordines Mendicantium. Nostrae praesertim Capucinorum Religionis fautor semper erat atque eximius benefactor. Primo autem loco Capucini Vetoettingae experti fuerunt ejus favorem et clementiam, praesertim respectu Sa-

crarii B. V. Mariae, quod revera fontem gratiis spiritualibus abundantem habuit. Concessit ergo anno 1826, ut Ordo reviivisceret, per admissionem Novitiorum et institutionem Ordinis studiorum. Voluit et ordinavit, ut semper numerus major Patrum adesset, qui peregrinantibus Sacramenta administrarent et in Sacello regio Sacra peragerent. Princeps omnibus providens non omisit, Fratribus quaestuationem publicam et eleemosynam condignam ex Sacello divae Matris concedere.

Patres Redemptoristae in loco gratioso per decursum 33 annorum multum praestiterunt. His dimissis, postulavit populus, ne peregrinatio damnum caperet, Capucinos. Henricus, ille eximius Episcopus Passaviensis, satisfacere volens voto communi, cogitavit de restitutione alterius Conventus Capucinorum; cumque regia Majestas, Ludovicus II, Bavariae rex, causa ad eum delata, intentioni Episcopi annueret, recepit Provincia Bavarica Vetoettingae secundum Conventum et quidem ad ecclesiam S. Mariae Magdalenae. Est illa ecclesia, cui usque ad 1773 P.P. Jesuitae praefuerant. Nostrates autem in noviter concesso Conventu sedem suam fixerunt 4 Octobris 1874, quo die hac vice festum sanctissimi B. Mariae Virginis Rosarii una cum festo S. P. Francisci celebrabatur.

Capucini dictorum Conventuum revera facti sunt servi et ministri B. Mariae Virginis. Funguntur in S. Sacello quotidie suo officio, faciunt Sacra, cantant hora 7 Missam votivam de Beata figuratam, peragunt Rosaria, Litanias et alia divina. Per singulos annos peregrinantur millia et millia fidelium Religionis causa Vetoettingam et ex multis locis accedunt parochi et alii clerici cum suis parochianis et subditis processionali ac solemni modo Thaumaturgae aedem, ad quos nostri Patres semper adaptatum sermonem habent et quidem in eorum accessu atque recessu. Fideles, qui per decursum anni apud Capucinos confitentur et pane angelico reficiuntur numerantur 230,000 (ducenta et triginta millia) hominum.

Ad sacra peregrinationis servitia spectat etiam benedictio rerum devotionalium, quas fideles quotidie et in copioso numero Patribus exhibent. Carens benedictis rebus devotionalibus nec ullus peregrinantium in patriam et domum suam redibit. Saepissime evenit quoque benedictio et impositio quadruplicis Scapularis, cujus usum Patres fidelibus, propter adnexas gratias, enixe commendant. Ad promovendam christianorum salutem fovent Nostrates Confraternitatem Chordigerorum, pretiosissimi Sanguinis, S. S. cordis Jesu et Mariae atque S. Josephi pro impetranda felici morte. His adnumeranda venit illa celebris congregatio Mariana exordium ducens a Beato Canisio et Vetoettingae introducta anno 1559, cujus spiritualis directio nunc jurisdictioni Capucinorum subjecta est. Congregatio gaudet oecc proprio, peramplo et omnino eximio. Superatis multis difficultatibus optime floret. Quid dicendum de tertio S. P. Francisci Ordine, quem patres in hoc loco sancto semper diligentissime colebant? Et nunc Patres eum minime negligunt, sed prudenti et sollicitissimo modo promovere student. Occasione menstruarum Adunationum non raro 1000-2000 Tertiarii concioni et sacris functionibus summa devotione intersunt, aliis fidelibus praesentibus non numeratis. Mirum in modum numerus tertii Ordinis sodalium augetur, iis non exceptis, qui in stato clericali et civili majore dignitate pollent. His occupationibus accedunt conciones omnibus diebus dominicis et festivis et quadragesimali tempore habendae una cum sermonibus occasione adorationis 40 horarum usitatis. Nec desunt media extraordinaria, quibus utuntur ad populum in fide et pietate instruendum. Ad hunc fi-

nem promovent cultum Marianum per mensem Maji, et laudem Matris Dei et gratiarum quotidie a suggestu promulgant. Patres curant etiam de unione sub nomine et protectione S. Bonifacii M., Apostoli Germaniae, erecta pro inductione et firmanda Religione catholica in Germania septentrionali. Novissimis annis contribuerunt sodales, ut ibidem ecclesiae et scholae catholicae erigi possent, ultra quinquaginta (50,000) millia Francorum. De aliis similibus operibus brevitatis causa, tacendum. Capucinis loci gratiosi apertus est campus valde spatiosus non solum domi, imo etiam foris. Crebro vocati a Curatis et Ordinariis peragunt Missiones et Exercitia spiritualia et praestant succursum in parochiis et locis subsidio illorum (propter sacerdotum penuriam) valde indigentibus. Sed: « Messis quidem multa, operarii autem pauci; rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. » (MATTH. IX.37.38.)

TERTIUS ORDO S. P. FRANCISCI

ET OPUS A FOEDERE CATHOLICO PRO TUENDIS

D. N. I. CHRISTI JURIBUS NUNCUP.

Tres jam anni sunt ex quo veneratissimus Canonicus Josephus Lémann, quem una cum fratre suo germano, D. O. M. a ritibus judaicis ad sacerdotii catholici dignitatem, mirum in modum, evexit, pium Opus, pro suo ardentissimo et sapientissimo zelo, excogitavit, quod, sub nomine « *Foederis catholici pro tuendis Christi Juribus* » primum habuit ortum in insigni Basilica Rhemensi, et ex illa, haud ignavam operam praestantibus dictae Basilicae Capituli canonicis, per varias Galliarum dioeceses, plaudentibus Episcopis, divulgatum, dein Hierusalem, et nunc tandem Romae, in Basilica Stae. Crucis in Hierusalem, sub Emi. Cardinalis Vicarii protectione et Smi. Dni. Nri. Leonis XIII benedictionibus, largitionibusque spiritualibus, rite inceptum, triplici quasi base superelevatur, et trino funiculo, Romae, Rhemis, Hierusalem, totum circumligare satagit orbem, in honorem et gloriam D. N. I. Ch. quem Deus constituit heredem universorum.

Atqui ille est dicti operis scopus: jura D. N. I. Christi contra atheismi et sectarum quarumlibet fautores, sarta tecta servandi primum *in individuo*, et exhinc in universa societate, prout fusius, tum theoretice cum practice et perbelle quidem exponitur in vulgatissima pagella, gallico idiomate exarata, item in programmate necnon in Diario trimestriali Operis, (1) exponitur, ubi etiam, haud sine praegrandi cordis solatio, legitur qualiter Christifideles, Galliae praesertim in partibus, turmatim et ad usque centena millia, concurrant alacres, ut Crucifixi imaginem, tanquam operis stemma distinctivum, recipiant ostensive deferendam, et omni quo fieri potest modo, Jesu Christi jura, quoad festivos dies, et scholas, et Vicarii sui in terris Papae independentiam, et publicas processiones, et infirmitatis asylos, necnon vitae regularis libertatem conclament.

Verum enimvero praelaudatus Canonicus Lémann, Operis Legifer et Director, ut practicam vitae methodum, ad faciliorem Sodalium santificationem, illi amplissimo vitae christianae ambitui adjungeret, in hanc piam et salutarem devenit cogitationem, nempe dictos sodales Tertio S. P. Fr. Assisiensis Ordini aggregandi. Quod ut facilioris esset adimplementi, Romae, anno proxime elapso, degens, vota sua primum Rmo. P. Procuratori Gli. dein vero Rmo. P. Gli. Ordinis nostri, necnon, ultimis hisce

(1) *Alliance catholique.* – *Programme de l' Alliance catholique. Le Propagateur de l' Alliance catholique.* Qui voluerint penitius cognoscere praelaudatum opus, documenta hic citata a R.mo P. Procuratore Gli. Ordinis requirere poterunt.

temporibus, aliis Familiae Seraphicae Ministris Generalibus, pie patefecit.

Superiores Generales ergo, rite perpendentes quantum Tertio Ordini et Foederi catholico, ex fraterna in unum conspiratione, promanaret bonum, memorato Directori amplam facultatem Sodales ad Tertium Ordinem aggregandi, sive per seipsum sive per locales Directores, rite et servatis nonnullis conditionibus subdelegandos, praehabito PP. Provincialium assensu, libentissime tribuere et intimam Tertii Ordinis S. Fr. cum Fœdere catholica, per mutuam et viceversam obligationum adoptationem, facultativam tamen et firma remanente utriusque Operis indole propria, benedicente SSmo. Dno. Nro., opitulante Emo. Card. Lucido Parrochi S. S. Vicario et Fœderis Catholici Protectore, plaudenteque Illmo. ac Rvmo. Benedicto - M. Langénieux Archiepiscopo Rhemensi, laetantes sanciverunt. Et hinc fuit, quod in solemnissimis *Fœderis Catholici* Comitiis, mense Julii proxime elapsi, sub Emo. Card. Caverot Praeside, Rhemis celebratis, PP. ministri Provinciarum Galliae, huius unionis, jubente Rmo. P. Gli. Ordinis, testes extitere atque laudatores.

Nunc autem omnibus nostratibus cura esse debet, ut dictum Opus de Fœdere catholico et ipsius ad Tertium Ordinem unionem fraternam magis ac magis cognosci faciant et amplius, ad gloriam D. N. J. C. et animarum salvationem, propagari, prout jam perbelle fecerunt varia Ordinis nostri Diaria, speciatim Ephemerides plurimum commendabiles, italico idiomate, Mediolani, a nostratibus redactae sub titulo: «*Annali francescani*».

Et re quidem vera, multum laudabile est, et placitis SSmi. Dni. Nostri Leonis XIII conforme, quod Tertium Ordinem omni nixu propagemus. Porro Tertius Ordo melius certe hinc inde suos extendet ramos salutiferos, si christifideles, non divisim, non sigillatim sed jam in pias associationes unitos, cumulatim aggreget. Verum enimvero ex illis associationibus, ad Tertium Ordinem aptissima videtur sodalitas quae Crucem Domini sibi gloriatur esse vexillum, quaeque vitam christianam, per publicam tuitionem jurium Jesu Christi, sicut et Tertius Ordo per seraphicam professionem, restaurare satagit.

MINORES CAPUCCINI

IN

ALMA DOMO LAURETANA.

(*Continuatio*)

III. (1)

Facta quae in hoc articulo narrantur acciderunt ab anno 1621 ad 1644. (2) Jam diximus Provincialem et maturiores Patres Picenae Provinciae officia, quae, ab Eminentissimo Scipione Borghesio Cardinali Nepote et Almae Domus Protectore ipsis fuere imposita non suscepisse nisi obedientia coactos, quia praevidebant talia officia regulari observantiae non leve damnum allatura. Quod erat previsum contigit: quapropter supradicti Patres, mortuo Paulo V, ad Successorem ejus Gregorium XV recurrerunt, Eumque supplicavere ut aliquod saltem officium animum religiosorum a rebus divinis magis avocans, ab ipsis removere vellet. Summus Pontifex eos exaudivit et cura Triclinii liberavit. (3) Inter Patres qui consilium coeperant non suscipiendi antedicta munera, et postea ad Pontificem re-

(1) Vide Analecta Volum. 1mo Fas.3o Pag. 81.

(2) Illo spatio temporis, Summi Pontifices fuere Gregorius XV (1621, 8 Feb.-1623, 8 Jul.) Urbanus Octavus (1623, 6-Augu. 1644, 29 Jul.) Generales Ordinis fuerunt Clemens a Noto (1618-1625) Joannes Maria a Noto (1625-1633) Antonius a Mutina (1633-1637) Joannes a Montecalerio (1637-1643).

(3) Annales Manuscripti Provinciae Picenae ab anno 1621-1644.

cursum promoverunt, ut ipsis liberarentur, A. R. P. Justus a Sto. Justo, nobilitate generis, austeritate morum, vitae sanctitate, prudentia et doctrina excelluit. Hic bis jam gesserat provincialatum, quo munere fungens, a tota Capucinorum Picena Provincia, jejunium omnibus sabbatis, in honorem Beatissimae Virginis Lauretanae observari mandavit. Quod jejunium adhuc in illa provincia viget. (1) Nec quis putet praefatam renuntiationem officii, in Alma Domo operositatem Capucinorum minuisse; auxit immo, nam relatum legimus ipsos in Conventibus et functionibus publicis, inter omnes Familias Religiosas jam tunc temporis Laureti existentes (2) primatum honoris tenuisse, et omnes Religiosos cujuscumque Ordinis, et etiam sacerdotes seculares ad Sanctuarium Lauretanum peregrinantes, Litteras obedientiales primos, facultatem celebrandi a respectivo Episcopo habitam secundos, Superiori Capucinorum debuisse praebere. Praeterea Protectores et Gubernatores Almae Domus, neminem ad majora munera vel beneficia provehebant, quin super hoc a laudato Superiore consilium caperent. (3)

Et hic non est praetereundum, quemdam Capucinum tunc pinxisse tabulam Franciscum Assisinatem repraesentantem, quae tabula, illis temporibus, a procedentibus ab Alma Domo ad maximam portam templi inveniebatur ad sinistrum latus in navi minori, super sextum altare. (1)

Annus 1633 in se jam volvebatur, quando Antonius Barberinius a Florentia, Capucinus, Cardinalis, germanus Frater Urbani VIII, Senior appellatus, ut distinguatur ab Antonio Barberini, ejusdem Pontificis Cardinali Nepote, Protector Almae Domus fuit institutus; cujus vitam si breviter texamus, nos lectoribus pergratum quid facturos arbitramur.

Natus est Florentiae 1569 (2) Patre Antonio, Matre Camilla Barbadori genere nobilissimo; adolescens vexabatur imbecilla valitudine (3): habitum Capuccinorum sumpsit in Provincia Tuscae anno 1574 (4), et regularis observantiae absolutissimum exemplar evasit. Ea humilitate praeditus erat ut intimo dolore de promotione Fratris ad Cardinalatum et multo magis ad Summum Pontificatum affectus fuerit; nec umquam Romam venisset nisi praecepto Fratris fuisset compulsus.

Creatus Cardinalis (anno 1623) humilis

(1) « Il P. Giusto da S. Giusto di casa Bona» fede fu eletto Provinciale di questa Provincia » nell'anno 1601, e la governò per tre anni e sei » mesi. Nell'anno 1611 fu eletto Provinciale per « la seconda volta, governò due soli anni perchè « dal P. Paolo da Cesena Ministro Generale fu » mandato in Stiria a fondare quella Provincia, » dove fu Provinciale. Dipoi dall'Imperatore fu » mandato al Papa Ambasciatore. Quindi morì » a Fermo Guardiano nel 1631. Uomo austeris» simo, di vita santa, devotissimo di Maria Ver» gine, ordinò il digiuno nei Sabati ad onore » della Madonna di Loreto. » (Ex memoriis Capitulorum Provincialium Picenae Provinciae).

(2) Annales manuscripti Provinciae Picenae Sup.

(3) Ibidem.

(1) Auctor operis « La Santa Casa Abbellita del Signor Capit. Silvio Serragli da Pietra Santa di Toscana. Quinta impressione. In Loreto per Paolo e Giambattista Serafini Fratelli 1639 » habet haec verba « La sesta (Tavola) è di S. Francesco opera di un Cappuccino. »

(2) Jaconius « Vitae Cardinalium » in vita Cardinalis Antonii Barberini Senioris. Moroni (Dizionario etc.) in vita hujus Cardinalis plura habet quae a veritate aberrant, et se in contradictionibus involvit. Dicit Antonium habitum Capuccinorum suscepisse, anno 1569; e contra, hoc anno, primum diem vidit; statum vero religiosum amplexus est, anno 1694; ponit mortem ipsius, anno 1644; e contra accidit 1641; affirmat ipsum intervenisse Conclavi, in quo electus fuit Innocentius X, et tunc Cardinalis noster jam diem supremum obierat; dicit tandem functum fuisse nonnullis officiis, quibus functus est Antonius Barberinius junior Cardinalis Nepos.

(3) Jaconius — ibidem.

(4) Ibidem.

religiosus ita repugnavit, ut Summus Pontifex publicam promotionem ad proximum annum 1624 differre debuerit, et noster Antonius purpuram non induit, nisi obedientia coactus. (1).

Supremo ministerio Status pro interim est functus (2). Sedem Senogalliensem tenuit, illud Seminarium ditavit, Synodum celebravit, in qua leges illi diaecesi apprime convenientes conditae et sancitae fuere. Romam revocatus sedem renuntiavit nolens eam per Vicarios gubernare. (3)

Sub purpura habitum Ordinis gerebat, austeritatem pietatemque franciscanam servavit et auxit. Virgini Matri erat addictissimus.

Erga pauperes et plurima loca pia, praesertim in Collegium Urbanum Fidei Propagandae, supra id quod dici potest, fuit munificus. Conventum Capucinorum Immaculatae Conceptionis in Urbe aere proprio erexit et complevit (4). Sanctuarium Lauretanum, dum ejusdem erat Protector, beneficiis cumulavit; Collegio Illyrico Laureti a Fratre Pontifice restituto et aucto (5), ex quo magna pars Orientalis Ecclesiae lectissimos fructus suscepit, non parvam contulit opem; sed de hoc documenta perierunt. Conventum et Ecclesiam internam pro Capucinis, suis sumptibus, aedificavit. (1)

Mortuus est Romae die 11 Septembris 1641, hora nona (2). Sepultus fuit in Ecclesia sui Ordinis.

(1) Moroni ; ibidem — Jaconius ibidem.

(2) Epistolae Manuscriptae existentes Romae inter Manuscripta Bibliothecae Barberinianae.

(3) Moroni ibidem,

(4) Ordinationes et Decisiones Capitulorum Generalium haec habent. « Postquam Summus Pontifex Urbanus VIII brevi Apostolico diei 10 Februarii 1626 possessionem loci, et Ecclesiae S. Antonii in Capite domorum concessit pro aedificatione novae Ecclesiae, et Conventus: sub die 4 Octobris ejusdem anni primum lapidem ipsemet posuit pro Ecclesia illic erigenda sub titulo SS. Immaculatae Conceptionis B. Mariae Virginis, et Missam celebravit. P. Antonius vero a Florentia ex nobili familia Barberini germanus Frater Summi Pontificis, Ordinis nostri Professor, ac Presbyter Cardinalis S. Onuphrii, facultate Apostolica munitus, primam quoque petram jecit pro novo Coenobio quod postea a fundamentis erexit et complevit. »

(5) Bulla «Zelus Domus Dei» 1 Die Junii 1627 « Bull. Rom. edit. Augustae Taurinorum, Vecco et Sociis Editoribus, 1868. Volum. 13 pag. 541.

(1) Il P. Fr. Andrea d'Ascoli Provinciale di quel tempo, sotto l'arme di sua Eminenza fece intagliare in pietra il seguente Epitafio :

Munificentia ac Devotio Emi. et Revmi. D. P.
Antonii Barberini S. R. E. Cardinalis Sancti Honofrii
Nuncupati Religionis Capuccinorum Protectoris vigilantissimi
Atque SSmi. D. N. Papae Urbani VIII Germani Fratris
A Fundamentis erexit.
Anno Domini MDCXXXX.

(2) Annales Manus. Sup.

RELATIONES MISSIONUM

VICARIATUS APLICUS AFRICAE INTER POPULOS GALLAS

SUMMARIUM. — Itineratio Rvmi DD. Vicarii Apostolici. — Statio de Zeylah. — Difficultates ex Abou-Beker. — Propositum fundationis in Obokh. — Status missionariorum in Harar. — De tribubus Annia-Galla et Nolè-Galla. — Spes et timores.

Aden 2 X.bre 1884.

Révérendissime Père,

C'est avec une grande consolation que j'ai reçu la lettre de votre Révérendissime Paternité et celle du Révérendissime Père Général: ma joie a eté partagée par tous ceux de nos Missionnaires à qui j'ai pu communiquer l'une et l'autre. Tous nous vous en sommes très-reconnaissants. Notre situation en effet quoiqu' offrant des espérances, ne cesse point d'être critique. Comme j'avais besoin de venir a la côte pour les nécessités de la mission, et que d'autre part, je ne voulais rien compromettre par une

absence momentanée, je me suis adressé à qui de droit pour avoir un renseignement aussi sûr que possible. Il me fut répondu que je pouvois m'absenter six semaines sans aucun danger: la situation ne devant arriver à sa période critique que dans les premiers jours de Janvier. Je partis donc d'Harar avec le premier détachement de l'armée Egyptienne, comprenant une grande partie des membres de l'ancien gouvernement. Le départ s'est fait très-régulièrement sous la direction d'un officier anglais dont la présence rassurait les Issa chargés de fournir des chameaux. En douze jours nous atteignions heureusement Zeyla. Je trouvai là notre Procureur le Père Césaire et le frère Stanislas en très-bon ordre de santé et de vie pleinement religieuse. L'un et l'autre sont très-affairés: nous achevons en effet de bâtir notre maison de procure en grande simplicité, mais dans les meilleures conditions de salubrité pour le climat. Nous y aurons une chapelle très convenable, mais sans aucun signe extérieur, une demeure pour quatre ou cinq religieux au besoin, un enclos assez considérable, le tout sur les bords de la mer et à peu près indépendant de toute servitude de voisinage. Abou-Beker Pacha, apprenant qu'on établissait une église, a bien fait quelques difficultés: il lésinait beaucoup sur le terrain à nous concéder. Mais depuis l'occupation anglaise, tout s'est amélioré. Le Major Hunter dont l'autorité s'étend sur toute la côte, a largement approuvé ce que nous faisions, nous permettant de nous étendre à notre gré sur les terrains vagues environnants. Zeyla est donc sur le point d'être constitué; et pour la première fois on a vu les soldats Catholiques anglais venir assister à la messe dans notre chapelle improvisée.

C'était surtout Obokh qui m'attirait à la côte. J'ai trouvé notre nouvelle colonie en assez bonne situation et j'y ai été parfaitement accueilli, soit par Monsieur Lagarde, le gouverneur, soit par les employés et autres habitants de la colonie: tous ont manifesté le désir d'avoir un missionaire.

Pour répondre à ces désirs j'ai demandé et obtenu une concession de terrain pour bâtir, et une autre portion cultivable pour un futur jardin. Mais là, comme vous le pensez, Révérendissime Père, tout est à créer. La ville gouvernementale est sur le cap d'Obokh, ou plutôt *sera:* actuellement on y installe les armatures en fer de ce qui sera maison du Gouverneur: caserne, ambulance, etc. L'emplacement qui nous est concédé est aussi convenable que possible, bien aéré, en vue de la mer, et à petite distance des édifices du Gouvernement Les habitations civiles se grouperont auprès de la Mission. Je vais prendre mes mesures, afin d'y édifier une maison modeste, mais salubre suivant le climat, afin que le Missionnaire à son arrivée, puisse s'y installer chez lui le plus tôt possible. J'avais d'abord pensé à demeurer six mois à la côte pour mettre tout en bon train: mais je suis obligé en conscience de hâter mon retour à l'intérieur. La ville d'Harar va reprendre son autonomie vers la fin de Janvier. — Les quatre grandes tribus Galla, vont reprendre également leur indépendance sous leurs chefs nationaux.

On se propose il est vrai d'établir un *modus agendi et vivendi* et je suis très-disposé à aider le nouvel ordre de choses, si j'en suis capable. Il semble que nous allons obtenir la liberté de notre ministère, mais au détriment de notre sécurité. Afin d'être prêts à tout évènement, outre la mission d'Harar, nous avons celle des *Annia - Galla* indépendant, et celle des *Nolè-Galla* qui recouvrents, leur indépendance, où tout un groupe a résisté au Mahométisme. J'ai là le Pére Ferdinand qu'une longue habitude rend plus

capable de traiter avec les Galla et qui, grâces à Dieu, a retrouvé sa santé sur nos plateaux élevés. Dès Nolé nous avons de nombreuses rélations chez les tribus du Nord - Ouest plus immunes du Mahométisme, tandis que les tribus du Sud-Est sont presqu' entièrement gâtées. La situation va donc se dessiner ainsi: — Je chercherai par tout moyen de nous maintenir à Harar; mais s'il fallait céder un temps au fanatisme, nous aurions un refuge et un champ d'Apostolat chez les Galla non mahométans, — trop heureux d'avoir echappé à la tyrannie des Turcs — et nous pourrions passer une période douteuse sans trop de dangers, jusques à ce que Dieu y pourvoie par une occupation réellement Européenne. Reste la question de la route, à travers les Issa. Les Anglais n'ont pas l'air de douter qu'il puissent la maintenir ouverte par une forte influence à la côte, et nous serons placés nous-mêmes assez avantageusement pour nous tenir en bons rapports avec les Issa.

Tout cela sans doute, révérendissime Pere, est rempli d'alea. Mais ces alea, nous savons qu'ils sont entre les mains de notre Divin Maitre et c'est avec une pleine confiance en sa bonté que nous jeterons le filet dans cette mer houleuse. Plaise à Dieu, qu'il ne se mêle point à nos affaires quelque complication etrangère comme serait celle du Mahdi.

Je n'ai actuellement aucune nouvelle du Chowa: ce qui est dans les conditions normales de la correspondance avec ce pays - là. Les courriers ne partent en effet que vers la mi - Novembre. — Je pense toutefois que tout va bien, quoique dans une situation précaire. Tant que la politique d'Atì Johannes prévaudra, il faudra attendre dans la patience l'œuvre de Dieu. On dit ici que la Mission des Lazaristes à Keren chez les Bogos, déjà pressurée par les Abyssins, aurait été totalement saccagée par les partisans du Mahdi; que les Religieuses et les Prêtres seraient prisonniers. Dieu les garde! Si cela est vrai, quelle belle œuvre détruite, que de belles espérances anéanties.

Je me recommande tout particuliérement, Révérendissime Pére, à vos bonnes prières: je vous recommande tous nos Missionnaires et nos œuvres.

Agreez, Révérendissime Pére, l'assurance de mon humble respect.

De votre Révérendissime Paternité le tout devoué

† Fr. Taurin Cahagne

Relatio cuiusdam Patris ex India orientali, Vicariatus Patnensis statum Missionis et Seminarii S. Josephi in loco Darjeeling concernens.

SUMMARIUM — Salutatio et gratiarum actio. — Situs loci et Seminarii accommodatissimus. — Relator docet. — Numerus Alumnorum; spes et exspectatio Capucinorum quoad illos. — Director Lewis bene praeditus et zelosus Religiosus atque Missionarius. — Coadiutores ejus valde idonei. — Cura animarum pro loci illius incolis et militibus catholicis in Capucinorum manibus. — Aedificatio novae Ecclesiae 23 x 68. — Monasterium monialium cum Orphanotrophio. — Conversionis indigenarum difficultas. — D. D. Agliardi Delegatus apostolicus, fautor Seminarii, amicus Patrum etc.

Darjeeling Feb. 8, 1885.
St. Ioseph Seminary.

P. P.

Ehrerbietung u. Dankbarkeit haetten es mir schon laengst zur Pflicht gemacht, Ihnen zu schreiben. Allein ich wollte warten, bis ich einen bestimmten Wirkungskreis hatte. Entschuldigen Sie, dass ich jetzt auf einige Augenblicke Ihre Zeit in Anspruch nehme.

Vor einigen Tagen langte ich hier in unserm s. g. Seminarium an, um als Lehrer zu functioniren. Wir haben bereits 34 Zoeglinge, 15 andere werden erwartet. Oberer oder Vorsteher der An-

stalt ist P. Lewis, ein faehiger u. eifriger Kapuziner u. Missionaer. Ihm zur Seite stehen tuechtige Lehrkraefte, was erwarten laesst, dass die Schule einen guten Fortgang nehmen werde. Diese Anstalt soll eine Pflanzschule unseres Ordens sein oder doch werden. Zwei Zoeglinge sind bereits Candidaten des Ordens; sie tragen den Habit des 3. Ordens, gehoeren englischen Familien an, sind der englischen u. indischen Sprache maechtig, uno verbo, sind zwei vielversprechende junge Maenner. Mehrere andere junge Leute der Anstalt scheinen Beruf fuer unsern Orden zu haben.

Diese Station ist eine der schoensten in ganz Indien. Die Lage ist romantisch. Zu unsern Fuessen ist das Gewoelke, in der Ferne sieht man die gewaltigen Gletscher des Himalayagebirges. Die Atmosphaere ist rein u. mild, denn wir befinden uns 7000 Fuss ueber dem Meere; von der schreklichen Hitze, welche in den Ebenen Indiens herrscht, haben wir nichts zu leiden. Die Mission ist wirklich schoen, wesswegen, wie Ihnen vielleicht bekannt sein wird, die Patres des... Ordens schon mehrmals den Versuch gemacht haben, dieselbe fuer sich zu gewinnen.

P. Accursio, ein alter Missionaer, ist Pfarrer der hiesigen Gemeinde, die im Winter sehr klein ist, im Sommer aber viele Seelen zaehlt. Die Seelsorge umfasst auch die Soldaten des Forts, welche ebenfalls im Sommer zahlreicher sind als im Winter. Bereits geht man mit dem Gedanken um, eine zweite Garnison fuer die reconvalescenten Soldaten zu bauen, ein Beweis fuer die gesunde Lage der Station. Auch ein geraeumiges Frauenkloster befindet sich hier, welches ungefaehr 100 Zoeglinge hat. An Arbeit fehlt es uns, wie Sie selbst sehen, nicht. Die Schule u. Aushilfe in der Seelsorge nehmen unsere Kraefte vollauf in Anspruch.

Eingeborne wurden bisher noch wenige bekehrt. Es ist das eine sehr schwierige Aufgabe. Hoffen wir, dass auch in dieser Hinsicht unsere Arbeiten nicht umsonst seien. An Eifer fuer das Heil der Seelen, u. an Kenntniss der Sprache, mit den Eingebornen verkehren, sie belehren u. unterrichten zu koenen, fehlt es meinen Mitmissionaerennicht. Noch muss ich Ihnen bemerken, dass wir hier auch ein kleines Waisenhaus fuer die Kinder haben u. dass eine neue Kirche 23+68 der Vollendung entgegengeht. Letztere wird eine Zierde der Anstalt u. der Gemeinde sein.

Mons. Agliardi, apost. Delegat, hat sich sehr befriedigt ueber unsere Anstalt ausgesprochen; er setzt grosse Hoffnungen in dieselbe. Ueberhaupt sprach er er sich sehr zufrieden aus ueber die Mission von Patna. Er scheint ein wahrer Freund der Kapuziner zu sein.

. . . .

P. D.

PRAEFECTURA SMIRNENSIS

SUMMARIUM. — Novitii decem et septem simplicem emittunt professionem in Novitiatu prope Smirnam erecto. — Solemnitas, qua coeremonia peracta fuit, describitur — Illmo. ac Rmo. D. Andrea Timoni Archiep. Smirn. cunctis de familia religiosis et quam plurimis de extranaeis adstantibus inter animi commotionem et gaudium. — Opus illud Ordini universo decorum, ac animarum saluti quam maxime proficuum Tertiariorum precibus atque subsidiis commendatur.

È noto come ai 4. ottobre 1883. fu inaugurato solennemente in Budgià presso Smirne il nostro Noviziato Internazionale. (Vedi *Ann. Francescani* Fascicolo 21° del 1883.) Trascorso appena un anno, fu dato a me di condurvi altri tre alunni di nazione Bulgaro-Latini, pianticelle cresciute e maturate pel Noviziato in questo Seminario preparatorio di Filippopoli, dove io mi trovo. Me felice!

che ebbi la sorte veramente invidiabile di assistere alla solenne Professione di 17 giovani, i quali aveano ormai compito lodevolmente l'anno di Probazione. Per me, che sempre immerso mi trovo in distrattive occupazioni del Ministero, il corto spazio di un giorno di raccoglimento in quel santo luogo ed in tal circostanza, mi fece gustare proprio momenti di Paradiso! Un tal fatto a me sembra meritevole di essere registrato non solo negl'Annali storici dell'Ordine nostro, ma eziandio nelle pagine della Ecclesiastica e civile Storia dei tempi nostri, rilasciandone i commenti a chi ne sa apprezzare il valore.

Era il 12. Ottobre 1884. e S. E. Revma. Monsig. Andrea Timoni Arcivescovo di Smirne e Delegato Apostolico dell'Asia Minore, come avea onorato di sua presenza l'apertura del Noviziato l'anno antecedente, degnossi altresì partecipare alla Funzione in parola, ponendo il colmo al decoro ed all'allegrezza di tutti. Alle ore 9 S. E. Rma. celebrò la S. Messa nell'umile semipubblica Cappella di detto Noviziato, facendogli corona i 17 Novizi, in atto di rendersi volontarie vittime di Gesù colla morale crocifissione di sè stessi mediante i santi voti. Terminata la S. Messa si assise in cattedra, ed il M. R. P. Serafino da Lugo Maestro dei Novizi, incaricato dal Rmo P. Genle. a riceverne le Professioni, esordì la funzione con erudito, patetico e commovente discorso, ponendo sott'occhio a quei fervidi giovani la grazia specialissima, per tanti rispetti, della vocazione allo stato religioso, le obbligazioni che addossavansi, la libertà che ancor restava loro di ritirarsi, se non si sentissero veramente chiamati, e d'altronde l'ineffabile ricompensa promessa da Dio stesso alla fedeltà di loro promessa. Essi però gustato hanno ormai, esser più dolce un solo giorno nel servizio di Dio, anzi che mille altri trascorsi tra le ingannevoli doppiezze del secolo! e già accesi di fervore, ricolmi di gioia li vedi lagrimare di contentezza, li odi uno appresso l'altro pronunziare ad alta voce in faccia a Dio Onnipotente, alla Vergine Santissima, al serafico P. S. Francesco, ai Santi tutti del cielo, non che in faccia a tutta la terra la triplice promessa, di essere cioè in perpetuo obbedienti, poveri e casti per amore di Gesù! al che il P. Maestro, qual reale luogotenente dell'Altissimo, in quel speciale momento soggiungeva a ciascuno: ed io da parte di Dio, se queste cose ossorverai, ti prometto la vita eterna: Amen, rispondevasi cordialmente da tutti, e la commozione era tale, che sia tra il clero, sia tra il popolo neppur uno vi era, il quale non lagrimasse di contentezza. Lo stesso Monsig. Arciv.° volendo suggellare la funzione con dirigere incoraggianti argomenti ai neocroi, mostrossi evidentemente commosso, sforzavasi tergere furtivamente le lagrime, e con non lieve sforzo alla violenza dell'emozione che provava, sfogossi con un'affettuoso, erudito discorso, proprio proveniente dal coure, tal che ognuno gli fu compagno fino al fine in eguale commozione. Comprovò in fatto ciò che dimostrava colle parole, che il piangere cioè a piè dell'altare è assai più dolce, che il gioire tra i vani sollazzi del mondo; esser questa una teoria affatto ignota ai seguaci del secolo, e perciò non può dal mondo insegnarsi, nè in conseguenza può far godere a chicchesia quella vera pace del cuore, che fruisce, chi Dio solo unicamente serve. Esortolli infine a dedicarsi sempre più alla virtù ed alla scienza, progredire ed in questa ed in quella per rendersi atti alla propria ed altrui santificazione, *et quidem* conforme ai bisogni dei tempi attuali, cioè ornarsi di una santità e scienza non mediocre, come non mediocri sono i bisogni che ha per rinobilizzarsi la leggera, debosciata so-

cietà moderna. Conchiuse encomiando il Revmo. Padre ex-Genle. Egidio da Cortona, il quale ideò ed iniziò in effetto opera sì proficua pel bene del mondo; congratulossi col suo degnissimo successore Rmo. P. Bernardo da Andermatt attuale nostro generale, il quale con pari zelo ed impegno accudisce a fare progredire e perfezionare opera sì sublime. Compartita infine la trina Benedizione col Venerabile, la Funzione finì, dopo tre ore passate come un batter di occhio.

Or, se il tempo e lo spazio il permettessero, quanti e quali considerazioni non sarebbero a farsi? Il Governo d'Italia scaccia da' conventi i Religiosi Italiani e li opprime, il Governo Francese ne dà l'esempio e l'impulso; e in Turchia? proprio nel seno dell' Islamismo viene concessa, ed encomiata ed ammirata l'instituzione di un Noviziato di Religiosi, non solo di Orientali, ma di ogni parte del mondo! E già tra questi 17 Professi ve ne sono e Bulgari ed Armeni, e Austriaci ed Italiani; e tra i tuttora Novizi sonovi pure Francesi e dell'estrema Asia. — Oh! si consolino pure i nostri buoni Terziari, i quali colle loro offerte cooperano a quest'opera totalmente serafica e divina! Proseguano con animo generoso a sostenere elevate le braccia al Serafico Mosè, al nostro Rmo. P. Genle. il quale sforzasi ricondurre l' Oriente, qual'altro Israelitico Popolo, alla terra promessa. Quali meriti non Vi accumulerete, e qual gloria non conseguirete, o cari Terziari, se per vostro mezzo, cioè coi vostri temporali soccorsi unitamente alle vostre preghiere coopererete al compimento di un'opera si conforme alle brame del Serafico Padre S. Francesco, ed ora tanto raccomandata e benedetta dal S. Padre il Sapiente Leone XIII? Esso ha detto: Che per ottenere la vittoria del bene contro il male fa d'uopo — Orazione ed Azione —: dunque, cari Confratelli e Consorelle, pregate sì e senza intermissione, non restando però inerti all'opera, e come suol dirsi, colle mani sui fianchi, ma agite in pari tempo nel modo suindicato, e sarete senza dubbio da Dio benedetti e sempre felici in questa e nell'altra vita. *Fiat!*

Filippopoli, 15 Febbraio 1885.

P. F. Samuele da Prato
Mis. Ap. Cap.

• ◆ •

COLONIA ORPHANOLOGICA IZABEL
in Brasiliae Imperio erecta atque a Fratribus nostris directa.

Inter varia Missionariorum nostrorum zeli et christianae institutionis opera merito recensenda est americana Colonia Izabel, ad pueros et juvenes in christianis civilibusque virtutibus instituendos. Finis principalis benefici Instituti est: « Provinciae *de Pernambuco* (vastissima quidem regio) pueros propriis parentibus orbatos, vel ab ipsis quasi derelictos vel etiam educatione destitutos recipere, illosque ita instituere, ut cives pacifici et optima moralitate effecti, utiles esse possint et domi et civitate, per accuratam in industriis, artibus et praecipue in agricultura peritiam, mediantibus lectionibus theorico-practicis. »

Colonia autem sita est in amoenissima regione, aeris salubritate, caloris moderamine atque a civitatibus distantia ita praeelecta, ut objectum coloniae proprium absolute obtineri possit. Vastissimis agris ad labores agricolos puerorum destinatis praest magnum coloniae aedificium in cujus medio ecclesia Sanctae Elisabeth Hungariae Principissae sacra eleganti et simplici structura disposita perspicitur.

Ex annuis relationibus (et praecipue ex relatione pro elapso anno 1884) PP. Minorum Capuccinorum hujusce institutionis Directorum, aliqua colligimus ad

hodiernum statum hujus christianae coloniae intelligendum:

I.° — *Ætas puerorum vulgo « Colonos de Izabel » a PP. nostris educatorum.*

A	6 ad	8	aetatis annos		14
»	8 »	10	»	»	23
»	10 »	12	»	»	24
»	12 »	14	»	»	33
»	14 »	16	»	»	29
»	16 »	18	»	»	25
»	18 »	20	»	»	10

II°. — *Origo seu patria puerorum.*

Ex Provincia Pernambuco	14
Ex Parahiba	12
Ex Rio Grande do Norte .	4
Ex Ceará	4
Ex Alagoas.	2
Ex Rio Grande do Sul .	2
Ex Minas - Geraes. . . .	1
Ex Amazonas	1

III.° — *Gradus instructionis puerorum.*

Incipiunt legere ac scribere	32
Legunt, scribunt atque numerorum notiones possident	88
Instituuntur in Grammatica nationali atque Arithmetica	23
Id. in Geometria lineari, pictura atque idiomate Gallico	14
Id. in Arte musica	5
Id. id. (solfejo)	27
Id. id. cum instrumentis musicis......	40

IV.° — *Officinae ad labores manuales.*

1° Fabri lignarii constans tironibus	36
2° Fabri Ferrarii constans tironibus	13
3° Sutoris constans tiron.	30
4° Sartoris id. id.	62

Dantur etiam aliae officinae minoris momenti. Sed omnes pueri obligantur ad labores agriculturae, quasi per saltum industriam et agriculturam statutis diebus colentes, absque aulae seu litteralis institutionis praejudicio. Attamen ipsis interdicuntur labores, qui et duratione et modo graviores reputantur, cum hac in re non ad lucrum, sed ad meram educationem procedatur.

V.° *Domus coloniales.*

Numerantur 37 ad regionis morem simpliciter instructae atque operariis coloniae destinatae et a magno instituti aedificio omnino separatae. Alumnis enim curae Capuccinorum commissis nullatenus communicare licet cum coeteris haud effective alumnis. Omnes tamen coloniae habitatores seu vicini ab ipsis Capuccinis in spiritualibus moderantur.

VI.° — *Coloniae civilis proprietas et temporalia bona.*

Cum institutum ad Brasiliae etiam temporalem utilitatem destinetur, seu cum ratio tantae fundationis sita sit etiam in populorum vastissimi Imperii civilem culturam, Gubernium Imperiale providet de omnibus, quae ad alumnorum et totius coloniae Izabel materialem conservationem et perfectionem pertinent. Unde, res ita se habent ut apud Capuccinos nulla sit circa materialia formalis proprietas seu materialium *responsabilitas* uti vocant, sed omnia quae coloniae civiles contractus respiciunt, per delegatum gubernii civilis (ipsius coloniae domini) peraguntur.

VII.° — *Magistri et Directores.*

Sicut in coeteris Ordinis Missionibus, messis quidam multa, operarii autem pauci. Unde quamvis Religiosi ex Ordine nostro veram et effectivam habeant omnium puerorum imo totius coloniae directionem, attamen pauci missionarii et eorum ac coloniae Superior seu Director A. R. P. Fidelis Maria a Fognano, Provinciae Bononiensis alumnus, generali et quasi alta directione, et spiritualibus ministeriis incumbere coguntur, adhibitis piis saecularibus ad varias aulas

et materialia officia. Ah! quot quantaque missionibus nostris nocumenta fecit satanica regularium familiarum dispersio! Nunc Missionarii, quotidie minores numero, opera multiplicare, et innumeras expensas sustinere debent ad retribuendos magistros saeculares, qui ipsis auxilio sunt et quasi coadjutores ad trahendum Christi rete. Ergo orent omnes fratres nostri, ut multiplicentur operarii capuccini, qui ad vineam Domini colendam mitti possint. Orent etiam ut auspicante B. M. V. Immaculata, omnes missionarii magis magisque in nobilissima et salutari apostolatus vocatione solidentur atque perficientur. Americae gentes opera nostra expectant, India ad nos clamat, Arabia et Africa lamentationes parvulorum, qui aeternae vitae panem postulant nec est qui frangat eis, ad aures omnium nostrum transmittit, ut oratione, verbo et opere auxilium opportunum animabus in umbra mortis jacentibus praebeamus. Supplicationibus enim et orationibus missionariorum coronam adipiscent, qui de suo missionibus succurrere personatim nequeunt. Ad hoc enim adhortamur omnes omnino Ordinis nostri fratres, ut litteras encyclicas Rmi. P. Ministri Generalis semel atque iterum perlegant ac meditentur (Vid. Analecta, pag. 41-46, vol I. fasc. II.)

MISCELLANEA

STATUS HODIERNUS
DE
RELIGIOSIS ORDINIS
MINOR. CAPUCCINORUM
AD
Dignitates ecclesiasticas promotis.

CARDINALIS

I. Emus. ac Rvmus DD. GUGLIELMUS MASSAIA, tituli SS. Vitalis, Gervasii et Protasii, S. R. E. Presbyter Cardinalis, Sacris Congregationibus de Propaganda Fide, Sacr. Rit., super Discipl. Reg., Indulg. et Sacrarum Reliquiarum addictus.

Natus in Piovà, Dioec. Astensis, 8 Iunii 1809, Provinciae Pedemontanae alumnus, olim vicarius aplicus apud populos Galla, et Episcopus Cassiensis; deinde Archiepiscopus Stauropolitan. Cardinalis creatus a SSmo Leone XIII, die 10 Novembris 1884.

ARCHIEPISCOPI

II. *Illmus et Rcmus DD.* **Aloysius Puecher Passavalli**, Calianus, Dioec. Tridentinae, natus die 30 Sept. 1821, Proviae. Tridentinae alumnus, olim Concionator Apostolicus, Archiepiscopus tit. Iconien., prom. 17 Maji 1867.

III. « « **Rochus Cocchia**, Cesinalis, Diac-Avellin. natus 30 Aprilis 1830, Provinciae Lucaniae alumnus, Episcopus titul. Oropensis 13 Iulii 1874, Archiep. titul. Syracensis 15 Iulii 1878, promotus ad Metrop. Sedem Hydruntinam, 9 Aug. 1883, Actualis Internuntius Apostolicus ad Brasiliam.

IV. « « **Iesualdus Nicol. Loschirico**, a Cardinali, Dioec. Squillacen. natus 2 nov. 1823, Provinciae Cosentinae alumnus, Episcopus Gallipol. 12 Maji 1879, Archiepiscopus Acheruntin. et Materanen, 27 Febr. 1880.

V. » » **Franciscus-Maria-Armand Comes de Charbonnel**, natus in Monistrol Dioec. Anicien: anno 1802. Provinciae Romanae alumnus, Episcopus Torontinus 15 Martii 1850, Episcop. titul. Sozopolit. 1 Octobr 1869. Archiepiscopus titularis ejusdem Sedis 16 Decembris 1880.

VI. » » **Evangelista Boni**, natus Pistorio, die 14 Sept. 1829, Provinciae Umbriae, Epus Zacynthien. et Cephaloniensis 7 Junii 1872, Archiepiscopus Corcyrensis (Corfù), die 11 Ianuar, 1885.

EPISCOPI

VII. « « **Cajetanus Carli**, natus in Castagneto Dioec. Massan. 25 Aprilis 1811, Provinciae Thusciae, Episcopus Almirensis, 23 Aug. 1842.

VIII. « « **Ignatius Persico**, natus Neapolis, die 30 Ianuarii 1823, Provinciae Nea-

politanae alumnus, Episc. titul. Gratianopol. 8 Martii 1854, Episc. Savannah 20 Martii 1870. Episcopus Aquinatensis, Soranensis et Pontis-Curvi, 26 Martii 1879.

IX. « « **Dominicus Raynaudi**, a Villafranca Dioec. Taurin. natus 3 Sept. 1808, Provinciae Pedemontanae alumnus, Episc. titularis Aegen. jam Vicarius Aplicus Sophiae et Philippopolis 12 Sept. 1867.

X. « « **Michaelangelus Iacopi**, natus in Serravetia Dioec. Pisan. 16 Decbris 1812, Provinciae Thusciae alumnus, Episc. titul. Pentacomien. et Vicarius aplicus. Agraen. (Hindostan), 9 Febr. 1868.

XI. « « **Paulus Tosi** a Cesena, natus 2 Aprilis 1826, Provinciae Bononien. Episc. tit. Rhodiopolitan. 9 Febr. 1868. Vicarius Aplicus Punjabensis (Indostan) 1 Oct. 1880.

XII. « « **Iosèphus Morteo** a Liburno natus 26 Aprilis 1831, Provinciae Thusciae, Episcop. Massan. et Populien. 23 Decbris 1872.

XIII. « « **Ludovicus Taurinus Cahagne**, natus in Heubecourt Dioec. Ebroicensis, 27 Maji 1826, Provinciae Parisinae alumnus, Episc. titul. Adramytten. 21 Martii 1873, Vicarius Apostol. inter populos Gallas, Aug. 1880.

XIV. « « **Aloysius Cannavò**, natus in Castilio, Dioec. Catanen. 25 Martji 1827, Provinciae Messanen. Alumnus, Episcop. Candien. 22 Decbris 1874.

XV. « « **Iosephus Maria Maragioglio** a Salemis, Dioec. Mazarin. natus 17 Maji 1818, Provinciae Panormitanae alumnus. Episcopus Pactensis 15 Martii 1875.

XVI. « « **Elzearius Torregiani**, a Portu Recineti, Dioec Recineten. natus 2 Maij 1830, Provinciae Picenae alumnus, Episc. Armidalen. Australiae 17 Febr. 1879.

XVII. « « **Robertus Mennini** natus in Spalato die 18 Oct. 1837, Provinciae Tridentinae, Episcopus titul. Metellopolitan, 2 Ianuarii 1880, Vicarius Aplicus Sophiae et Philip.

XVIII. « « **Aloysius Gonzaga Lasserre** a Vezeronce, Dioc. Gratianopol: natus 6 aprilis 1839, Provinciae Lugdunensis, Episc. tit. Marochiensis, 15 Martii 1881, Coadjutor Vicarii Apost. inter Gallas.

XIX. « « **Franciscus Pesci**, natus Florentiae, 23 Aug. 1833, Provinciae Thusciae alumnus, Episc. tit. Martianen. 24 Maji 1881, Vicarius Apost. Patnensis. (Indostan).

XX. « « **Symphorianus Mouard**, natus in Sombernon Dioec, Divionensis, 22 Nov. 1828, Provinciae Lugdunen., Episc. titul. Cydonien. 8 Aug. 1882, Vicarius Apostol. insularum Seychelles.

XXI. « « **Bernardinus di Milia**, natus in Caletrio Dioec. Compsan. 28 Octob. 1839, Provinciae Lucanae alumnus, Episc. tit. Tabracensis 27 Martii 1884, Delegatus Apost. ad Respublicas S. Dominici, Haïti et Venezuela.

XXII. « « **Dominicus Cocchia**, Cesinalis Dioec. Avellin. natus die 10 Iulii 1843, Provinciae Lucanae alumnus, Episc. tit. Thevestinus 8 Aug. 1884, Administrator Apostolicus Sedis Hydruntinae.

XXIII. « « **Antonius - Maria Buhadgiar**, natus Cephaloniae 19 Novbris 1846, Provinciae Melitensis alumnus, Episc. tit. Ruspensis, 12 Aug. 1884, Auxil. Carthaginien.

XXIV. « « **Salvator Bruno Bressi** Neapolitan. natus 30 Novembris 1838, Provinciae Neapolitanae alumnus, Episcopus Boviensis 10 Novbris 1884.

RELATIO AUTHENTICA
DE
VIRTUTIBUS HEROICIS ET FAMA
Sanctitatis P. Innocentii de Astarac

« Venerabilis Pater Innocentius, vulgo d'Astarac, e Villafranca oppido comitatus Astaraci, prope Simarram, Auscitanae

dioeceseos in Vasconia oriundus, adhuc saecularis juvenis, accurate adeo corpus spiritui subjicere satagebat, ut rudem e carne succrescente medium funem quo lumbos constringere solitus erat, aliquando non sine sanguinis effusione extrahere necessum esset. Inter capucinos adnumeratus anno 1648, spiritus seraphici fervore concepto, D. Franciscum sibi imitandum proponens, omnes quadragesimas sanctissimi fundatoris jejunio consecratas, quamdiu sibi per obedientiam licuit, religiose observavit; reliquo anni tempore ita sobrie victitans ut tota vita sua rigidum et perpetuum jejunium merito dici possit. Regularis vitae invictus observator novitiatus consuetos usus, quantumvis naturae adversantes, non modo sine fastidio, verum ferventi zelo adamussim ad senium usque retinuit. Observantiis solitis haud contentus, zonam et laminam ferream ita ad nudam carnem adhibebat ut aegre admodum corpus inflectere posset. Super nudum tabulam cubans, pro decantandis matutinis horis omnes anteibat, quibus persolutis, nunc orando, nunc se flagellis caedendo, nunc pectus suum percutiendo, instar publicani longe ab altari, licet sacerdos, in ecclesia ad primam usque constanter perseverabat. Etsi his et aliis austerioribus exercitiis robustum quo vigebat temperamentum quotidie subigeret, et pro regulari disciplina in dies fervidius decertaret, nihilominus semper laetus, ubique comis, oris gravi venustate et simplici modestia omnes exhilarabat. Hinc propter singularem qua tum apud populum, tum apud magnates pollebat sanctitatis opinionem, multi ex ipsis, in sola Patris Innocentii praesentia et in ejus de rebus divinis dulci colloquio, in rebus adversis certum solamen reperire solliciti erant. Cum quinquaginta et duobus annis omnium virtutum exemplum religiosus praebuisset, et praesertim in conventu Auscitano diu commorans cunctis bonus Cti odor fuisset, ibidem anno 1700, mense decembri diem ultimum clausit, diebus et meritis plenus.

Mitto plura quae tunc vulgabantur opera miraculosa ab ipso per vitam suam patrata. Satis sit heroicas ejus virtutes delibasse. Ubi vero felix ejus exitus divulgatus fuit, pro funeribus ipsis magnus factus est concursus; cum venerabilis senis de more in ecclesia expositi vel pedes certatim exosculari, vel barbae pilos, vel pauperis habitus partes, pia fraude et religiosa importunitate abscindere visum est; omnes sanctitatem ejus applaudentes: pro dividenda pii defuncti curta suppellectili pie decertatum est inter insignes conventus auscitani benefactores. Unus ex ipsis senator nobilis coram nobis in praedicto conventu asseruit febricitantem quemdam statim convaluisse post sumptum aquae haustum in Patris Innocentii cratere terreo qui ipsi senatori obtigerat. Insuper cuidam alteri integrum lumen restitutum fuisse languidis ejus oculis dumtaxat admotis, quae praedicto patri inservierant, conspiciliis.

Quae supra vel uti ab ipso Patre Innocentio dum viveret accepi, vel ut ab ejus coetaneis audivi, vel uti ego ipsemet vidi qui per quoddam tempus cum ipso commoratus sum et beatae ejus morti interfui, ad futuram memoriam lubens his litteris trado.

Actum in nostro conventu aquensi die 14 octobris anno 1737. f. Hieronymus Lartiguensis, provinciae capucinorum in aquitania primus definitor et olim sacrae theologiae professor immeritus ».

(Biblioth. municip. d'Auch.).

(Manusc. e Biblioth. municip. Occitan).

TERTIUS ORDO IN BAVARIA.

In regno Bavariae ex antiquis annis Tertius Ordo radices cepit. Tempore civilis suppressionis fuit tertius Ordo aliquamdiu interruptus, sed iterum co-

litur ex tempore Religionis resuscitatae, nec pauci sunt, qui ei inscribuntur. Prospectus, qui hic sequitur, statum personalem tertii Ordinis in Provincia Capucinorum Bavarica explicabit. In septemdecim Coenobiis, ubi Tert. Ordo locum habet, recepti sunt ab anno 1870 ad 1885 exclusive 18,700 fideles utriusque sexus.

Tertii Ordinis familiae filiales huic Provinciae annexae existunt centum et viginti (120) in diversis parochiis. Nomina autem Tertiariorum in dictis 120 filialibus receptorum in memorato numero Coenobiorum non sunt comprehensa.

Inter Tertiarios inveniuntur sexcenti et viginti (620) sacerdotes saeculares, qui merito zelatores et propagatores huius Ordinis habentur et sunt. Tertius Ordo in omnibus Bavariae Dioecesibus, imprimis vero in Diocesi Passaviensi, ita floret, ut de libro quodam impresso sub titulo: « Tertius Ordo, utilis pro Omnibus » composito a P. Iustino ab Ettal, p. t. Vicario ac Tert. Ordinis Directore Conventus Capucinorum Vetoettingani, infra tempus quindecim mensium, Exemplaria quatuordecim millium edita et divulgata fuerint.

Utinam Tert. Ordo crescens numero alumnorum in diem etiam crescat fructibus bonorum operum, ut in omnibus Deus honorificetur !

TERTIUS ORDO IN PROVINCIA TIROLIS SEPTENTRIONALIS

Tertius Ordo S. P. N. Francisci sic dictus saecularium sub directione Capuccinorum semper floruit, floretque præsertim post publicationem Constitutionis Pontificiae sicut in aliis sic et in regionibus germanicis. Ex multis unum tantum liceat afferre argumentum. Conventum Radstadii (in Archidioecesi Salisburgensi situm) Cappuccini Provinciae Tirolis septentrionalis anno 1833 ingressi sunt, ex quo tempore Tertiariorum nomina libro tertii Ordinis inscribi coeperunt. Ast propter leges civiles ordinibus saltem ex parte adversas, solummodo unus exstitit Tertiariorum coetus privatus usque ad annum 1860, quo publice introductus fuit. Ab hoc vero anno Tertius Ordo praecipue sub regimine P. Antonini a Glurns p. m. necnon P. Fulgentii a Gossensass, (qui eum ab anno 1876 usque ad mensem Iunium 1884 direxit, triaque opera et opuscula cum 70000 exemplaribus de tertio Ordine tractantia in lucem edidit) resurrexit, crevit, floruit, fructusque bonos spirituales, ut pie speratur, jam tulit atque feret.

Status Tertii Ordinis sub regimine dicti P. Directoris mense Iunio 1884 hic fuit.

Districtus Tertii Ordinis sub dependentia Directoris memorati conventus dividitur in 35 Congregationes seu communitates, quae diriguntur a delegatis 16 Sacerdotibus Tertiariis, P. Directoris vices gerentibus et 83 praepositis saecularibus, quibus assistunt 112 Consiliarii variis tertii Ordinis muneribus fungentes. Numerus omnium libro tertii ordinis inscriptorum sociorum est 3116. Decesserunt e vita 571 Ordini associati; quare mense Iunio 1884 numerabantur 2358 adhuc dum viventes Tertiarii, et quidem 278 (inter quos 27 sacerdotes saeculares) fraternitatis virorum et 2080 fraternitatis mulierum. Per anni circulum Tertiariis ad communitatem congregatis variis in Ordinis districtus locis propriae conciones, numero 100, partim ab ipso Directore, partim a Sacerdotibus saecularibus, per delegationem munere Directoris fungentibus, partim a Patribus conventus ad curam animarum in parochiis ruralibus frequentissime vocatis. Ad levamen Tertiariorum spirituale et ad Ordinis dilatationem P. Director duas bibliothecas in gratuitum eorum usum

instituit, quae nunc plus quam centum continet opera in dies multiplicanda. Mox in omnibus et singulis Archidioecesis Salisburgens. nec solum in his, sed et in omnibus germanicae linguae paroeciis publice et solemniter introductus erit Tertius Ordo, praesertim ex eo quod fere omnes Episcopi literas pastorales tertium Ordinem respicientes in vulgus et clerum ediderunt, eumdem Ordinem suis fidelibus subditis quam plurimum commendantes.

Hoc unum argumentum abunde evincit, quam solerter Clerus et populus germanicus sequi conatur verba, quibus noster Sanctus Pater Papa Leo XIII, in Encyclica diei 17 Sept. 1882, Episcopos hortatus est: « Itaque date operam, ut Tertium Ordinem vulgo noscant atque ex veritate aestiment: providete, ut, qui curam gerunt animarum, doceant sedulo, qualis ille sit, quam facile unicuique pateat, quam magnis in animarum salutem privilegiis abundet, quantum utilitatis privatim et publice polliceatur... Utinam etiam christianae gentes ad disciplinam tertii Ordinis confluant ita alacres, itaque frequentes, uti olim ad Franciscum ipsum sese certatim effundebant ».

Episcopi et Tertius Ordo S. P. Fr. — Emus et Rmus Cardinalis Alimonda, Archiepiscopus Taurinensis, in sua Quadragesimali Pastorali, instantissime parochos, sacros concionatores aliosque Sacerdotes adhortatur ut Tertium S. P. Francisci Ordinem, salutifero fructu uberem, encomiis Ssmi. D. Nri. Leonis XIII exaltatum, magis ac magis propagare satagant.

— Item Archiepiscopus Florentinus, cujus Pastoralis ex professo de Tertio Ordine pertractat, et dicti Ordinis gloriosam historiam contexit, regulamque Seraphicam hodiernis necessitatibus a Ssmo. D. Nro. scite accomodatam perbelle illustrat virtutemque regenerativam.

— In *Udine,* Fratres Sororesque Tertii Ordinis mirae pulchritudinis vexillum propriis sumptibus confici curaverunt. Porro dictum vexillum in ecclesia Min. Capuccinorum Udinae, die 1 Februarii elapsi, Rmus Dom. Nob. Philippus Etti, adstantibus cleri populique devotis turmis, praevia concione R. P. Romualdi, Fraternitatis Directoris, solemniter benedixit. Omnium laetitiam effecit plenam Papalis Benedictio, telegraphice transmissa, hisce terminis: « Il Santo Padre ha gradito notizia ed ha concesso ben di cuore benedizione chiesta da codesti Terziari Francescani. *L. Card. Jacobini.* »

PROVINCIA BONONIENSIS — Per suas diei 4 martii 1885 Litteras, Rvmus P. Pellegrinus a Forolivii hodiernus moderator Provinciae Bononiensis, decretum generalitium de abolitione custodiarum provincialium notificat, et omnes praelaudatae Provinciae Fratres egregie adhortatur ut, unitis viribus et conspiranti animo, bonum hinc inde promoveant, et antiquum Provinciae Bononiensis decus enixe sustineant.

PROVINCIA LUCANIAE — Hodiernus Moderator istius Provinciae, rite perpendens quanti momenti sit, pro restauratione provinciarum, recta et penitior iuvenum ad vitam nostram, etiam a teneris annis, informatio, vix ad Provincialatum evectus, seraphicum collegiolum instituit in loco idoneo vulgo *Sicignano;* et post paucos elapsos dies, opitulante Deo, decem juvenes, abundantioris messis, ut speratur, primitiae, in dicto collegiolo, admissi fuere: quos ipsemet P. Provincialis, laetanti animo die 22 elapsi februarii, habitu Tertiarorum induit et curae A. R. P. Alexandri a Massa Provinciae Definitoris commisit.

IN REPUBLICA S. DOMINICI — Die 31 januarii elapsi, Ilmus ac Rvmus P. Bernardinus di Milia, Ordinis nostri alu-

mnus, Delegatus Apostolicus, adstante Archiepiscopo electo de Caracas, filium Praesulis Republicae Venezuelae sacro lavacro prius regeneratum, chrismate confirmavit, haud sine adstantium gaudiosa aedificatione et ipsius Praesulis laetitia, qui utrumque Praelatum, peractis praefatis sacris functionibus, in suas aedes honorifice recepit.

ATTENTATUM AD VITAM

DD. TORREGIANI ORD. MIN. CAP.

Venerabilis Episcopi Armidalensis

« Plures ephemerides publici juris faciunt quod in Ecclesia Cathedrali Armidalensi factum est, et quod absque clementissimae Providentiae interventu non modo fatale successisset, sed nos persona a cunctis hujus regionis reverita et dilecta privasset. Attentatum contra vitam D. Episcopi Torregiani, cum per telegraphum annuntiatum fuit, imum produxit timorem, mixtum sensui intimae sympathiae erga optimum Episcopum, variasque excitavit gratulationes, eo quod miraculose liber evasit. Nostra particularis correspondentia quod sequitur nobis communicat, videlicet :

Non parva Catholicis Armidalensibus congruit ratio non obliviscendi per longum tempus Festum Nativitatis Dominicae 1884., et gratias Omnipotenti Deo referendi pro eo quod ipsos a terribili calamitate liberaverit. Magni jam praedispositi erant apparatus, ut solemnitas Pueri Regis jucunda exultatione celebraretur. Pluribus jam a praefato Festo hebdomadibus cantores, novam Missam executuri, experimenta faciebant, et in Ecclesia Cathedrali, praeter consuetos ornatus, etiam praesepe pro prima vice erectum fuerat. Pulcherrimae Divini Infantis, SSmae Matris eius, divi Josephi, nec non et Angelorum adorantium figurae simul conjunctae erant in specu, ad instar stabuli accomodata; et seorsim per foramen in ipsa specu apposite constructum, humiles pastorum cum eorum gregibus domus aspiciebantur, una cum Angelo, qui Salvatori nativitatem eis festive nuntiabat.

Episcopus in conventus Sacello primam Missam, et secundam, hora octava, in Cathedrali celebraverat, in qua plures fideles sacram receperant Eucharistiam, et eorum quidam post Missam gratiarum actiones prope Infantis cunabulum referebant, in memoriam antiquae et semper recentis perdulcissimae historiae Bethlemiticae specus.

Hora autem undecima haud parva fidelium multitudo in Ecclesiam se contulit, Missae solemni assistendi causa ; et dum cantores festivum canticum *Adeste Fideles* inceperunt, singulorum corda speciali devotionis sensu commovebantur propter solemnitatem. Episcopus qui, ut ceteri Sacerdotes in vicinioribus Missionis sacellis celebrare possent, cunctas per Seipsum completurus sacras Armidalae functiones sibi reservaverat, in praesbyterium intravit eo temporis momento quo « *venite adoremus Dominum* » repetebatur, et ante altare genuflexus ad Missae celebrationem sese praeparabat. De repente quidam ingredi visus fuit, qui inter circumfusam multitudinem in Ecclesiam processit, praesbyterium penetravit et in sinistro altaris latere stando, pugionem et vulgo *revolver* quae magno sub pallio, quo indutus erat, habebat, extraxit. Frater Franciscus fidelis Ecclesiae custos, vix dum eum in praesbyterium ingredi vidit, protinus ut ex eo egrederetur mandavit, nihil penitus cogitans de mala actione, quam ille exequi meditabatur. Episcopus propter illam commotionem stetit, et dum Frater Franciscus aggressoris brachium apprehensurus erat, ipse in ictu oculi in Episcopum explosit. Populus qui intento animo

perseverabat, ab ictu, qui per Ecclesiam reboavit, excitatus fuit, et horrore perculsus quod factum fuit advertit. Quidam vero nullam interponentes moram praesbyterii septum transilientes sicarium illum apprehenderunt. D. Clarke magna spiritus praesentia, auxilio D. Caldwell, brachia post terga ei revinxit, et quidem tempore opportuno, quinque enim aliae explosiones jam jam eventurae erant. Statim indicibilis confusionis scena secuta est. Omnis Festivitatis idea evanuit. Homines quorum ora ira pallebant, apprehendebant atque huc illuc trahebant illum miserabilem, qui quantum in ipso erat distorquebatur crudeliter, et ululabat. Mulieres ac pueri lugebant, clamabant, et ipsarum quaedam animo defecerunt, aliae vero ab Ecclesia exierunt plorantes et dicentes Episcopum fuisse interfectum. Ipse solus placidus perfecteque serenus permansit, tutos singulos reddebat se illaesum remansisse, defensores suos juste indignatos orabat, ut illum infelicem ab Ecclesia ejicerent, atque publicae civilique vi traderent; dein de more genuflectens in Sacrarium se recepit, donec in Ecclesia tranquillitas et ordo restituerentur. Illuc amicorum unanimitas Eum secuta fuit, qui ob eventum perterriti, timebant ne Eumdem subinde mortuum viderent, aut saltem mortaliter vulneratum; vix enim sibi suadere poterant, haud Eum graviter laesum fuisse, ab ictu, qui in planeta foramen, per quod transierat, reliquit. Ipso temporis momento magna cum festinatione ad locum satellites pervenerunt, et eius, qui homicidium tentaverat, et qui a multitudine pene dilaniandus erat, potiti sunt. Denique restituta tranquillitate, Episcopus iterum in praesbyterium ingressus est, et tertiam Nativitatis Dominicae Missam devota sua serenitate celebravit, sermonem habuit, benedictionem cum Ssmo Sacramento impertitus fuit, nec in Sacrarium rediit, usque dum psalmus « Laudate Dominum » sacrae functioni finem poneret. Tunc Episcopus, qui fervidas gratiarum actiones reddebat, a suorum fidelium corona circumdatus fuit, a quibus inter lacrymas et gratiarum actiones Eidem ostensum fuit, quomodo ictus per vestes transierat, et quin Eum, non sine miraculo, laederet, solii gradus penetraverat.

Tunc vero Episcopus periculum, in quo versatus fuerat, advertens, horroris exclamationem ab ore sponte emisit, gratique animi sensus effecit, ut lacrymae ex eius oculis prodirent, et labia eius tremor insolitus occuparet.

Attentatum tam atrox in vitam Episcopi ab omnibus speciali modo dilecti, tali tempore, talique loco unicus forsan in Ecclesiae historia dici potest eventus, et illaesa permanere victima, ad quam animus conversus erat, nonnisi evidenti miraculo tribui potest. Ictus, qui ad trium metrorum distantiam explosit, ad Episcopi pectus directus erat, attamen, etiamsi planetam perforasset in ea parte, quam sicarius intenderat, parum distans, vestes transivit, et solii gradus penetravit parte praepostera, ubi Episcopus stabat, quando explosit. Si illius infelicis brachium non fuisset fortiter apprehensum a D. Clarke, alius ictus forsan opus nefandum complevisset. Unius de Episcopi defensoribus manus laesa fuit, dum luctabatur, ut pugionem de sicarii manibus eriperet, et gratiae speciali adscribendum est, quod ea in lucta nemo perierit, praesertim ex eo, quod alii quinque ictus ad explosionem parati erant.

Hugo M.a Cafferty vocatur ille sicarius natione hybernicus, et insanae mentis esse supponitur: videtur tamen quod in sua insania non ordinariam praemeditationem et cautelam ostenderet, dum in eius operis alia materia pro ulterioribus explosionibus inventa fuit.

Scimus etiam aliquibus ab eo tempore

hebdomadibus Tamwortk petiisse, ut arma quae ferebat, sibi emeret, et evidens est Episcopi vitam incolumem permansisse, eo quod ipse quotidie S. Missam in Monialium sacello celebraverit: nam si Episcopus in Ecclesia, populo pene destituta, celebrasset, facilius ille infelix consilium suum complevisset. Populus affirmat, Episcopum iustum habere motivum confidendi in suo saepius repetito effato: « Deus spes mea et turris fortitudinis. »

Sequens feria secunda M.c Cafferty ante civile tribunal ductus fuit ut processus institueretur eo quod ipse mortem Episcopo Torregiani minatus fuisset. Secundus hic annus est, ex quo Captivus Episcopum Torregiani interficere intendebat, sed sorte Ipse prope Cathedralem eo tempore non residebat. M.c Cafferty perfecte sana mente videtur, religiosis materiis exceptis, circa quas procul dubio insaniens est.

Dux militiae Raffertys judicibus retulit conversationem habitam cum Captivo postquam apprehensus fuerat. Ipse eum interrogavit, cur mortem Episcopo minatus fuisset, et si forte ab Eodem aliquam injuriam recepisset: minime, respondit, Episcopus nihil mali mihi fecit, sed tantum secretum « Viae Crucis » mihi ostendere recusavit. Rafferty subiunxit: Episcopus secretum non habet. Utique habet, protinus ille; quadam die in Ecclesia ventus vestes Episcopi extulit, et ego sub ipsis absconditas tres cruces aspexi. Ipse noluit, ut ego eas oscularerer; ego minime eas auferre volebam. Deinde dicere prosecutus est: temporibus transactis bis Ecclesiam petii, ut Eum occiderem; sed ibi Eum non inveni. Ipsi occasio propitia oblata fuit, Eum private interficere, sed hoc ei non sufficiebat; coram fidelium multitudine Eum interficere debebat. Ipsemet militiae dux supponit, quod ille Episcopum non occidisset, si eidem Ipse cruces dedisset. Episcopus testificatus est quod a duobus annis sicarium illum cognoscebat, et ex eo tempore tamquam verum et bonum catholicum eum aestimaverat: testificatus est etiam quod ictus ab eodem die Nativitatis Domini explosus, per unius digiti spatium longe a propria vita vestes perforavit.

Tandem Captivo dixerunt, num aliud dicere ei remaneret? Ipse respondit quod Ecclesiam petere debuisset, ut eorum petitioni satisfaceret. Si judices voluissent totum eventum audire, ipse omnia peccata sua ab infantia usque ad illud tempus confessus fuisset. Captivus brevi cogitabundus permansit, et postea ait: num debeo meam facere confessionem? P. M. in hoc eum audire recusavit, et potius ei suggessit, ut ad rem responderet. Utique, subjunxit, per signa fuit, ut ad hoc agendum ego inductus fuerim, propter - Viam Crucis. - Post aliquas incohaerentes testificationes, impositum fuit M.c Cafferty, ut judicum sententiam audiret. Captivus tamquam non intellexisset, interrogando dixit: ad suspendium damnari? minime ei responsum fuit; sed judicum sententiam audire. Captivus respondit: parum refert, si propter hoc suspendi debeo.

In Telegrapho Sabbati — Diario, quod lucem videt in civitate, vulgo — Sydney- inter comes expressiones sympathiae et animi grati sensus erga Episcopum Armidalensem eo quod illaesus permanserit, quod sequitur legitur, nempe:

Episcopus Torregiani dum magna in veneratione habetur a singulis Ecclesiae suae membris ob labores et sacrificia tamquam Episcopus Missionarius, etiam a personis cujusque fidei reveritus est ob suos intemeratos mores, sui cordis bonitatem, christianamque charitatem. Omnes inter Coloniae Praelatos popularior forsan dici potest, quia aestimationem et universalem confidentiam sibi conciliare potuit propter suam virtutem, generositatem et integerrimam honestatem in

illis quae Ecclesiam suam non solum, sed et alia respiciunt. Nil aliud de tam terribili, quam tragico eventu, die Nativitatis sorte declinato, universaliter deploratum fuisset, quia quin Episcopalis character consideretur, dignus Praelatus juste tamquam vir nobilis, atque utile, influensque societatis membrum aestimatur. Haud est possibile detegere causam talis attentati contra vitam Ven. Praelati, qui famam possidet nunquam verbum inurbanum cuique dixisse, et nemo scit eum viventi creaturae minimam injustitiam fecisse. Eventus gratulationis, et eodem tempore commiserationis sensus excitavit erga illum infelicem, qui stulte vitam unius ex nostris Viris Publicis, et serio propriam in discrimen adduxit. Generalis laetitiae manifestatio extat, ex eo quod Episcopus periculum evitare potuit. »

(*Ex diario civitatis Sydney, vulgo* « FREEMAN ».)

STATUS COMMISSARIATUS AEQUATORIS.

(Ibarrae)

Ianuario 1885.

Commissariatus Aequatoris numerat duos Conventus, quorum nomina :

1. **Ibarra.** ad S. Franciscum Assis.
2. **Tulcan.** B. M. V. Boni Pastoris Mater.

STATUS PERSONALIS COMMISSARIATUS AEQUATORIS.

Sacerdotes. . .	11
Clerici stud. . .	8
Clerici nov. . .	2
Laici prof. . . .	7
Laici nov. . . .	3
Numerus summarius . .	31

STATUS PROVINCIAE BARENSIS (Bari).

Anno 1882.

Provincia Barensis numerabat 26 Conventus, qui omnes anno 1870 civiliter suppressi et usque adhuc clausi, quorumque Patres et Laici dispersi sunt. Eorum nomina, fundationis annus et Titulus Ecclesiae sunt :

1. **Andria** (*Andria*) 1577. Visit. B. V. M.
2. **Aquaviva** (*Acquaviva*) 1589. S. Franciscus Ass.
3. **Barium** (*Bari*) 1573. Ss. Crux.
4. **Barolum** (*Barletta*) 1554. B. V. M. de Consol.
5. **Bituntum** (*Bitonto*) 1548. S. Vincent. Lev.
6. **Cisterninum** (*Cisternino*) 1596. S. Anton. Pat.
7. **Conversanum** (*Conversano*) 1572. Ss. Crux.
8. **Caratum** (*Carato*) 1594. Resurrectio D. N. I. Ch.
9. **Gravina** (*Gravina*) 1535. sec. vice 1570. B. V. M. de consol.
10. **Iuvenacium** (*Giovinazzo*) 1613. S. Carol.
11. **Melphisetum** (*Molfetta*) 1549. sec. vice 1560. Ss. Crux.
12. **Minervium** (*Minervino*) 1593, S. Bartholomaeus Apost.
13. **Modunium** (*Modugno*) 1590. Imac. Conc. B. V. M.
14. **Monopolis** (*Monopoli*) 1577. S. Iacob. Ap.
15. **Noja** (*Noja*) 1589. B. V. M. de Consol.
16. **Nucium** (*Noci*) 1588. Assumptio B. V. M.
17. **Palum** (*Palo*) 1594. S. Francis. Seraph.
18. **Petilia** (*Altamura*) 1566. B. V. M. de Ang.
19. **Putinianum** (*Putignano*) 1573. B. V. M. de Consol. et S. Ioan. Bapt.
20. **Rubum** (*Ruvo*) 1609. S. Maria Magdalena.
21. **Rutilianum** (*Rutigliano*) 1612. S. Michael Archang.
22. **Spinazola** (*Spinazzola*) 1591. S. Rochus.
23. **Terlitium** (*Terlizzi*) 1587. B. V. M. Mater Gratiarum.
24. **Tranum** (*Trani*) 1591. B. V. Maria.
25. **Trigianum** (*Triggiano*) 1614. S. Franc. Serape.
26. **Vigilia** (*Bisceglie*) 1606, S. Michael Archang.

Status Personalis Provinciae Barensis 1882

Sacerdotes	118
Laici. . .	69
Numerus summarius . .	187.

STATUS PROVINCIAE BAVARICAE

(mense Novembri 1884)

Haec Provincia numerat 14 Conventus et 7 Hospitia, quorum nomina, fundationis annus et Ecclesiae Titulus sunt :

1. **Vetoettinga** (*Altoetting*) 1802. S. Anna.

2. **Vetoettinga** (*Altoetting*) 1874. S. Mar. Magd.
3. **Asciburgum** (*Aschaffenburg*) 1620. S. Elisabeth Thuring.
4. **Augusta Vind.** (*Augsburg*) 1843. S. Sebastianus M.
5. **Burghusium** (*Burghausen*) 1654. S. Anna.
6. **Dillinga** (*Dillingen*) 1692. S. Antonius Pat.
7. **Eystadium** (*Eichstaett*) 1623. S. Crux inv.
6. **Immenstadium** (*Inmenstadt*) 1650. S. Ioseph Nutrit. —
9. **Carolostadium** (*Karlstadt*) 1670. S. Maria Ang.
10. **Regiscuria** (*Koenigshofen*) 1665. S. Ioannes Evang.
11. **Laufa** (*Lanfen*) 1655. S. Petrus Apost.
12. **Lohra** (*Lohor*) 1648. S. Ioseph Nutr.
13. **Mariae-Pirus** (*Mariabirnbaum*) 1868. S. Maria M. Dolor.
14. **Mariae-Fagus** (*Mariabuchen*) 1726. S. Maria Visit.
15. **Monachium** (*Munchen*) 1847. S. Maria M. Dol.
16. **Mussenhusium** (*Mussenhausen*) 1858. S. Maria Carmel.
17. **Neo-Oettinga** (*Neuoetting*) 1845. S. Fidelis Sigm.
18. **Rosenhemium** (*Rosnheim*) 1856. S. Sebast. M.
19. **Türkhemium** (*Türkheim*) 1685. S Maria Imm.
30. **Wemdinga** (*Wemding*) 1669. S. Maria Vetoetting.
21. **Herbipolis** (*Würzburg*) 1749. S. Maria Visit.

Conspectus summarius Religiosorum.

Sacerdotes professi	107
Sacerdotes novitii	3
Clerici professi	15
Clerici novitii	8
Laici professi	137
Laici novitii	8
Sacerdos tertiar	1
Clerici student. tertiar.	28
Laici tertiarii	5
Universim	312

Extra Provinciam degunt:

Romae in Curia generalitia: Sacerdos 1.
Laicus 1.
In Provincia Styriae: Sacerdos 1
In Provincia Americ. S. Augustini Sacer. 12
Laici 6

STATUS PROVINCIAE BELGICAE

Mense Martio 1885.

Provincia Belgica numerat 7 conventus, quorum nomina, fundationis annus et Ecclesiae titulus sunt:

1. **Anghiensis** (*Enghien*) 1850. S. P. N Francis.
2. **Antverpiensis** (*Anvers*) 1856. S. P. N. Franc.
3. **Brugensis** (*Bruges*) 1867. SS. Franciscus et Clara.
4. **Brugensis** (*Bruges*) 1869. S. Antonius a Padua.
5. **Bruxellensis** (*Bruxelles*) 1852. B. M. V. sine labe concepta.
6. **Meerselensis** (*Meersel*) 1687. SS. Trinitas.
7. **Montensis** (*Mons*) 1863. S. Ioseph. sponsus B. M. V.

Status personalis Provinciae Belgicae

Sacerdotes in Provincia	50
Sacerdotes extra Provinciam	4
Clerici studiosi Theologiae	11
Clerici studiosi Philosophiae	3
Clerici in Professorio	6
Clerici novitii	9
Laici professi	28
Laici novitii	4
	115

STATUS PROVINCIAE BOHEMO-MORAVIAE

Mense Julio Anni 1884.

Provincia Bohemo-Moraviae numerat 18 Conventus et 3 Hospitia, quorum nomina fundationis annus et Ecclesiae Titulus sunt:

1. **Brunae** in Moravia (*Brünn*) 1606. Inv. S. Crucis.
2. **Chrudimensis** in Bohemia (*Chrudim*) 1642. S. Ioseph Nutr.
3. **Falkenaviensis** in Bohemia (*Falkenau*) 1663. S. Ant.
4. **Fulnecensis** in Moravia (*Fulnek*) 1674. S. Joseph.
5. **Litomericensis** in Bohemia (*Leitmeritz*) 1638. S. Ludmilla.
6. **Mariae Curatricis**, Hosp. in Bohemia (*Mariasorg*) 1754. Assumpt. B. M V.
7. **Melnicensis**, Hosp. in Bohemia (*Melnik*) 1759. SS. XIV Auxiliatores.
8. **Neo-Colinicensis** in Bohemia (*Kolin*) 1666. Sma. Trinitas.
9. **Neo-Pragae** Hosp. in Bohemia (*Prag Zumhl-Joseph*) 1642. S. Joseph.
10. **Olomucensis** in Moravia (*Olmütz*) 1614 Annunt. B. V. M.
11. **Opocnensis** in Bohemia (*Opocno*) 1674. Nativ. D. N. I. Ch.
12. **Pragae** in Bohemia (*Prag in Hradschin*) 1600. B. V. Maria Angelorum.
13. **Ponti** in Bohemia (*Brüx*) 1616. Assumpt. B. V. M.

14. **Raudnicensis** in Bohemia (*Raudnitz*) 1615. S. Wenceslaus.
15. **Reichstadiensi** in Bohemia (*Reichstadt*) 1680 Impress. Stigm. S. P. N. Francisci.
16. **Rumburgensis** in Bohemia (*Rumburg*) 1686. S. Laurent.
17. **Saatecensis** in Bohemia (*Saaz*) 1675. Assumpt. B. M. V.
18. **Sutticensis** in Bohemia (*Schütthenhofen*) 1675. S. Felix.
19. **Teinicensis** in Bohemia (*Bischofteinitz*) 1650. S. Vitus.
20. **Trebicensis** in Moravia (*Trebitsch*) 1666. Transfigur. D. N. I. Ch.
21. **Znoimae** in Moravia (*Znaim*) 1628. S. Joann Bapt.

Status personalis Provinciae Bohemo-Moraviae

Sacerdotes.	47
Clerici professi. . . .	2
Clerici v. s. prof. . .	12
Clerici Novitii. . . .	6
Laici professi. . . .	46
Laici v. s. prof. . .	15
Laici Novitii. . . .	2
Summarius numerus. . .	130

BIBLIOGRAPHIA·

ANONYMUS (*Capucin.*) — Die grossen Exercitien des P. Iudde, S. I. — Aus dem Franzoesischen frei bearbeitet von einem Mitgliede des Kapucinevordens. Mit oberhirtlicher Approbation. Mainz, Verlag von Franz Kirchheim, 1885.

ANONYMUS — Histoire des Seigneurs et du Spirituel de Belle-Ile par le R. P. François-Marie de Belle-Ile de l' Ordre des Frères Mineurs Capucins. Publiée pour la première fois, par un Religieux du même Ordre. Lorient: Louis Chamaillard, Libraire Editeur, 1884.

ANONYMUS. — Regel en Testament van onzen heiligen Vader Franciscus benevens de Constitutiën der Minderbroeder Kapucijnen, Tilburg, Snelpersdruk van N. Luijten, 1884.

APOLLINAIRE (P.) de Valence — *Les Capucins en Franche-Comté* par l'abbé J. Morey.

Ouvrage couronné par l' Académie des Sciences Belles-Lettres et Arts de Besançon.

Paris: Poussielgue Fréres, 1882.

BERNARDO (P.) da Napoli — *La Cantica volta in rima.* 5.ª edizione, con aggiunta di altre liriche dello stesso autore.

Napoli: stab. tip. di Domenico De Falco, 1884.

La Messa col Comento — Napoli: stab. tip. di Domenico De Falco, 1884.

L'amore di Dio verso l'uomo — Meditazioni di P. Bernardo da Napoli, tipografia Guerrera, 1877.

Richiamo all'amore di Dio — Meditazioni di P. Bernardo da Napoli Cappuccino.

Napoli, stab. tip. di Domenico De Falco, 1881.

UBALD (P.) de Chanday Ord. Min. Cap. *Les Trois Frances.* Société Générale de Librairie catholique. Paris, 1880.

Questions du jour. Société Générale de Libraire catholique. Paris 1881.

FIDELIX (P.) de Fognano. — Explicaçao pratica dos doveres dos educandos e empregados da Colonia Orphanologica Izabel, pelo Director da mesma. — 1883. Pernambuco Typographia Brasileira, pag. 60.

FRANCISCO (P.) de San Felipe. — Relatorio da Colonia Orphanologica Izabel no anno de 1885. — Recife Tip. Rua das Flores 24, 1.º andar 1885.

NECROLOGIA

FAUSTINUS (A. R. P) A LAMMARI, Provinciae Lucensis Definitor, Guardianus Lucensis, obiit, die 4 Februarii 1885. In novissimo fasciculo denuntiata est canonica erectio Provinciae Lucencis, die 2 Julii 1884, plaudentibus omnibus peracta. Sed heu! post gaudia fletus. Clarissimus P. Faustinus, suae nascentis Provinciae non minimum sustentaculum, fuit Praelatus doctus, prudens, et seraphicae regulae atque animarum salutis zelator indefessus; Tertii Ordinis ardens propagator; educator juniorum fratrum vere commendabilis; denique religiosus proprii Ordinis amantissimus, cuius memoria in benedictione. Lethali morbo quasi subitaneo correptus, Sacramentis munitus et piissime semel atque iterum invocatis Jesu et Mariae salutaribus nominibus, obdormivit in Domino. Faciat Deus ut nova Provincia tanto orbata alumno, cito novis amplificetur auxiliis et spiritualibus beneficiis ad totius Ordinis utilitatem et decorem!

THEODULUS JOSSEN (R. P.) a NATERS, natus 20 Oct. 1806, in Collegio Soc. Jesu studia initiavit, quibus finitis, Ordinem Capucinorum ingressus, vota solemnia 21 Maii 1832 in conventu Lucernae, Provinciae Helveticae, emisit. Verbi divini eximius praeco, ardenti zelo afflante, fidelium animas divina gratia penetrabat. Vir vere apostolicus ivit de civitate in civitatem, de vico in vicum, verbo et exemplo praedicans. Anno 1847 politicis fluctuationibus agitato, Curiam missus clarissimi confratris ejusdem Dioecesis Curiensis Vicarii Generalis Revmi. P. Theodosii Congreg. Sororum s. Crucis Fundatoris, socii munere, per longius temporis spatium, functus, nominatus est Superior et Parochus Ecclesiae Curiensis. Morum integritas, animarum salutis zelus, scientiae juncta prudentia, eximium animarum Pastorem eum reddidere. Sacrificia, beneficia, caritatis et pietatis opera ab ipso patrata et Parochiani et Superiores, praeprimis Ordinariatus Episcopalis ac Capitulum Cathedrale, minime dignoscentes aestimatione et amore, gratia et favore eum prosequuti sunt. « Memoria illius in benedictione erit.» Anno 1870, a Superioribus, precibus P. Theoduli, ut munerum onera junioribus humeris imponerentur, annuentibus, missus est ad conventum Navelii, quo pene exhaustis viribus, attamen in vinea Domini indefesse laborando sudavit, imo quasi octogenarius in festis Natalitiis Domini anni proxime elapsi per horas diei non paucas animarum poenitentium peccatorum vincula solvit. P. Theodulus fuit servus Dei nomine et omine, Sacerdotii et Ordinis gemma, Sacerdos et Capucinus totus quantus. Quare illa, quae veram animae justi pacem manifestat, hilaritate cordis usque ad ultimum vitae suae halitum conservata, ad Domini adventum semper paratus et optime praeparatus, 19 Januarii 1885 animam suam Creatori reddidit, praemium tot laborum suorum in coelo recepturus ab eo, qui promisit: « Mercedem laboris ego reddam vobis. »

Fratres defuncti,
quorum nomina
per Kalendaria 1885 nota facta sunt.

In Provincia Anglica.

1884. 4 Iulii. In Indiis Orientalibus apud Gwalior. R.P. Venantius a Brael, Missionarius Apostolicus.
« 7 Augusti. Apud Pontypool, V. Fr. Albertus a Londinis, Subdiaconus.

« 10 Decembris. In monasterio apud Pantasaph. Fr. Fidelis a Lucca, Laicus.

In Provincia Aprutina.

1884. 25 Januarii. Terami, P. Antonius a Venetiis.

» 25 Aprilis. Romae, P. Antonius ab Interaquis.

» 11 Maji. Aveani, P. Candidus ab Aveano.

» 2 Junii. Aveani, Fr. Nazarius a Trivento.

» 8 Julii. Teate, P. Iustinus a Teate.

» 6 Sept. Vasti, Fr. Dominicus a Carunchio.

» Octob. Teate, Fr. Pacificus a Casale.

» 13 Novemb. Taleacotii, Fr. Ioannes a Taleacotio.

In Provincia Belgica.

1884. 12 Aprilis V. P. Richardus ab Ixellis, Praedicator.

» 20 Octobris A. R. P. Theodosius a Fives, Vicarius Conv. Montensis, de quo in Analectis pag. 32.

» 6 Octobris, V. F. Callistus a Nieuwenhove clericus.

» 11 Septembris F. Alexius a Zerkeghem, laicus.

In Provincia Bohemo-Moraviae

1884. 25 Feb. Opocnae. A. V. P. Michael a Lichtenstadt.

» 17 Maii, Kolinii. A. V. P Gaudentius a Parduvic.

» 27 Junii. Reichstadii. A. V. P. Rupertus a Losav.

» 15 Martii. Pragae. Fr. Salvator a Kaiserwald.

In Provincia Galiciana obierunt:

1884. — 25 Aprilis. Cracoviae, A. R. P. Adalbertus Gedroic à Wolownia, Defin. Guard. Iubilatus.

» — 29 Aprilis. A. R. P. Stanislaus Krzysik a Iasienica, Min. Prov. emer Guard.

» — 21 Augusti, Olescae, A. V. P. Onuphrius ab Oparowka.

» — A. V. P. Stanislaus
» — A. V. P. Aemilianus } In Siberia.
» — A. V. P. Basilius

» Fr. Pantaleon
» Fr. Ladislaus } in Zakroczym.

In Provincia Panormitana.

1884. R. P. Alphonsus a Cinisi Concionator.

« R. P. Thomas a Bisaquinio Concionator.

« R. P. Salvator a Bisbona Concionator.

« Fr. Angelus ab Aragona Laicus.

« Fr. Philippus a Termis Laicus.

« Fr. Carmelus a Clusis Laicus.

« Fr. Nazarenus a Panormo Laicus.

« Fr. Antoninus a Sambuca Laicus.

In Provincia Parmensi.

1884. 13 Februarii. Reggii Emiliae R. P. Vincentius a Scandiano, Vic. actualis.

» 13 Iulii, Mutinae, R. P. Stephanus a Castro Victoriae, Guard. act.

» 2 Augusti, Placentiae. A. R. P. Seraphinus a Cortemajori, Ex-Prov. et act. Guard. et Def. Prov.

» 17 Octobris, Romae, Rms P. Fabianus a Scandiano, de quo in Analectis pag. 32.

» 19 Octobris, Placentiae, A. R. P. Angelus Maria a Placentia, Min. Prov. actualis.

In Provincia Veneta.

1883. 21 Decembris, Fr. Iuniperus a Bertiolo Laicus.

1884. 1 Ian: R. P. Philippus a Verona Concionator.

« 24 Martii, Fr. Felix a Verona Laicus.

« 5 Aprilis, A. R. P. Maximus a Venetiis Definitor et Magister novitiorum.

» 17 Aprilis, A. R. P. Camillus a Verona Concionator.

Nihil obstat.
Fr. BERNARDUS ab ANDERMATT Min. Gen. Capucc.

Sacerdos Ioannes Savini, Director responsabilis

ANALECTA ORDINIS MINORUM CAPUCCINORUM

ACTA ROMANO-FRANCISCALIA

EX S. CONGREGATIONE INDULGENTIARUM

(A) INDULGENTIAE (*)
QUAS
SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER
LEO PAPA XIII
IMPERTITUR CHRISTIFIDELIBUS
QUI RETINENTES ALIQUAM EX CORONIS, ROSARIIS, CRUCIBUS, CRUCIFIXIS, PARVIS STATUIS, NUMISMATIBUS
AB EADEM SANCTITATE SUA BENEDICTIS,
PRAESCRIPTA PIA OPERA ADIMPLEVERINT.

MONITA

Ut quis valeat indulgentias lucrari, quas Summus Pontifex Leo XIII impertitur omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui retinent aliquam ex coronis, rosariis, crucibus, crucifixis, parvis statuis, ac numismatibus ab eadem Sanctitate Sua benedictis requiritur:

1. Ut Christifideles in propria deferant persona aliquod ex enunciatis obiectis.

2. Quod si id minime fiat, requiritur ut illud in proprio cubiculo, vel alio decenti loco suae habitationis retineant, et coram eo devote praescriptas preces recitent.

3. Excluduntur ab apostolicae benedictionis concessione imagines typis exaratae, depictae, itemque cruces, crucifixi, parvae statuae et numismata ex stanno, plumbo, aliave ex materia fragili seu consumptibili confecta.

4. Imagines repraesentare debent Sanctos, qui vel iam consueta forma canonizati, vel in martyrologiis rite probatis descripti fuerint.

Hisce praehabitis, indulgentiae, quae ex Summi Pontificis concessione ab eo acquiri possunt, qui aliquod ex supradictis obiectis retinet, et pia opera quae ad eas assequendas impleri debent, recensentur:

— Quisquis saltem in hebdomada semel recitaverit coronam Dominicam vel aliquam ex coronis B. V. Mariae aut rosarium eiusve tertiam partem aut divinum officium, vel officium parvum eiusdem B. Virginis aut fidelium Defunctorum, aut septem psalmos poenitentiales aut graduales, vel consueverit catechesim christianam tradere, aut carceribus detentos vel aegrotos in nosocomiis misericorditer invisere, vel pauperibus opitulari, aut missae interesse, eamve peragere si fuerit Sacerdos: quisquis haec fecerit vere contritus et peccata sua confessus ad S. Synaxim accedet, quolibet ex infrascriptis diebus, nempe Nativitatis Dominicae, Epiphaniae, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, itemque diebus festis SSmae Trinitatis, Corporis Domini, Purificationis, Annun-

(*) Facultate benedicendi cruces, numismata coronasque precatorias, per Breve Apostolicum, quamplures Sacerdotes, sive seculares sive Regulares, potiuntur, quin exactam habeant notitiam de Indulgentiis Apostolicis de quibus in dicto Brevi fit mentio. Quare opportunum existimamus, imo necessarium, praesentem elenchum cum adnexis instructionibus hic inserere. (*N.R.*)

ciationis, Assumptionis, Nativitatis et Conceptionis B. V. Mariae, Nativitatis S. Ioannis Baptistae, S. Iosephi Sponsi eiusdem B. Mariae Virginis, SS. Apostolorum Petri et Pauli, Andreae, Iacobi, Ioannis, Thomae, Philippi, Iacobi, Bartholomei, Matthaei, Simonis et Iudae, Mathiae et Omnium Sanctorum; eodemque die devote Deum exoraverit pro haeresum et schismatum extirpatione, cotholicae fidei incremento, pace et concordia inter principes christianos, aliisque S. Ecclesiae necessitatibus, quolibet dictorum dierum plenariam indulgentiam lucrabitur.

— Quisquis vero haec omnia peregerit in aliis festis Domini et B. V. Mariae, quolibet dictorum dierum indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum acquiret: quavis Dominica vel alio anni festo indulgentiam quinque annorum totidemque quadragenarum lucrabitur: sin autem eadem alio quocumque anni die expleverit, centum dierum indulgentiam acquiret.

— Praeterea quisquis consueverit semel saltem in hebdomada recitare aliquam ex coronis aut rosarium, vel officium parvum B. Mariae Virginis, vel fidelium Defunctorum, aut vesperas, aut nocturnum saltem cum laudibus, aut septem psalmos poenitentiales cum litaniis adiectisque precibus, quoties id peregerit centum dierum indulgentiam consequetur.

— Quisquis in mortis articulo constitutus, animam suam devote Deo commendaverit, atque iuxta instructionem fel. rec. Benedicti XIV in constitutione quae incipit *Pia Mater* sub die 5 Aprilis 1747, paratus sit obsequenti animo a Deo mortem opperiri, vere poenitens, confessus et S. Communione refectus, et si id nequiverit, saltem contritus invocaverit corde, si labiis impeditus fuerit, Ssmum Nomen Iesu, plenariam indulgentiam assequetur.

— Quisquis praemiserit qualemcumque orationem praeparationi Missae vel Sanctae Communionis, aut recitationi divini officii, vel officii parvi B. Mariae Virginis, toties quinquaginta dierum indulgentiam acquiret.

— Quisquis in carcere detentos aut aegrotantes in nosocomiis inviserit, iisque opitulatus fuerit, vel in Ecclesia christianam catechesim tradiderit, aut domi illam suos filios, propinquos et famulos docuerit, toties biscentum annorum indulgentiam lucrabitur.

Quisquis ad aeris campani signum, mane vel meridie aut vespere solitas preces, nempe *Angelus Domini*, aut eas ignorans recitaverit *Pater Noster* et *Ave Maria*, centum dierum indulgentiam acquiret.

— Eamdem pariter consequetur indulgentiam, qui Feria sexta devote cogitaverit de Passione ac morte Domini Nostri Iesu Christi, terque Orationem Dominicam et Salutationem Angelicam recitaverit.

— Is qui suam examinaverit conscientiam, et quem sincere poenituerit peccatorum suorum cum proposito illa emendandi, devoteque ter recitaverit *Pater* et *Ave Maria* in honorem Ssmae Trinitatis, aut in memoriam Quinque Vulnerum D. N. Iesu Christi quinquies pronunciaverit *Pater* et *Ave Maria* centum dierum indulgentiam acquiret.

— Quisquis devote pro fidelibus oraverit, qui sunt in transitu vitae, vel saltem pro iis dixerit *Pater Noster* et *Ave Maria*, quinquaginta dierum indulgentiam consequetur.

— Omnes indulgentiae superius expositae a singulis Christifidelibus vel pro seipsis lucrifieri possunt, vel in animarum purgatorii levamen applicari.

Expresse declarari voluit Summus Pontifex supradictarum indulgentiarum concessione, nullatenus derogari indulgentiis a Praedecessoribus Suis iam

concessis pro quibusdam operibus piis superius recensitis: quas quidem indulgentias voluit omnes in suo robore plene manere.

Iubet deinde idem Summus Pontifex indulgentias Christifidelibus concessas, qui retinent aliquod ex praedictis obiectis iuxta decretum sa: m: Alexandri VII editum die 6 Februarii 1657, non transire ab illis pro quibus benedicta fuerint, vel illis quibus ab iis prima vice fuerint distributa: et si fuerit amissum vel deperditum unum alterumve ex iisdem obiectis, nequire ei subrogari aliud ad libitum, minime obstantibus quibusvis privilegiis et concessionibus in contrarium: nec posse pariter commodari vel precario aliis tradi ad hoc ut indulgentiam communicent, secus eadem indulgentiam amittent: itemque recensita obiecta benedicta, vix dum pontificiam benedictionem receperint, nequire venundari, iuxta decretum S. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis tuendis praepositae editum die 5 Iunii 1721.

Praeterea idem Summus Pontifex confirmat deretum sa: me: Benedicti XIV editum die 19 Augusti 1752, quo expresse declaratur, vi benedictionis crucifixis, numismatibus etc. uti supra impertitae, non intelligi privilegio gaudere altaria ubi huiusmodi obiecta collocata fuerint, neque pariter Missas quas Sacerdos eadem secum deferens celebraverit.

Insuper vetat, ne qui morientibus adsistunt, benedictionem cum indulgentia plenaria in articulo mortis iisdem impertiantur cum huiusmodi crucifixis, absque peculiari facultate in scriptis obtenta, cum satis provisum fuerit ab eodem Pontifice Benedicto XIV in praecitata constitutione *Pia Mater*.

Tandem Sanctitas Sua vult et praecipit praesentem elenchum indulgentiarum, pro maiori fidelium commodo edi typis posse, non solum latina lingua vel italica, sed alio quocumque idiomate, ita tamen ut pro quolibet elencho, qui ubicumque, et quovis idiomate edatur, adsit approbatio S. Congregationis Indulgentiarum.

Non obstantibus quolibet decreto, constitutione, aut dispositione in contrarium etiamsi speciali mentione dignis.

Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis Indulgentiarum Sacrisque Reliquiis praepositae die 23 Februarii 1878.

A. CARD. OREGLIA A S. STEPHANO PRAEFECTUS.
A Panici Secretarius.

Concordat cum originali in Tabulario Sacrae Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae adservato. In quorum fidem etc. Ex Secretaria eiusdem S. Congregationis die 30 aprilis 1881. FRANCISCUS DELLA VOLPE *Secr.*

(B) De Erectione Stationum Viae Crucis

Engolismen. Pro erectione stationum Viae Crucis peragenda dispositum fuit in Brevi *Exponi Nobis* a Clemente XII, die 16 Ianuarii 1731 edito et a Benedicto XIV in Brevi *Cum tanta sit* die 30 Augusti 1741 confirmato et inserto, haud posse stationes Viae Crucis erigi in ecclesiis et locis Ministro Generali Ordinis S. Francisci minime subjectis, nisi accederet licentia Ordinarii loci ac consensus parochi et Superiorum ecclesiae, monasterii, hospitalis, et loci pii, ubi de eis pro tempore erigendis agi contigerit.

Cum vero plures exortae fuerint quaestiones circa erectionum Viae Crucis validitatem, ex eo quod in dubium saepe revocaretur, num praedicta licentia ac consensus datus fuerit; ad quaslibet in posterum istiusmodi difficultates eliminandas, Sacra Indulgentiarum Congregatio, in decreto diei 3 Augusti 1748, praescribendum censuit, quod in erigendis in posterum ejusmodi stationibus tam sacerdotis erigentis deputatio, ac Superioris localis consensus, quam respectivi Ordinarii vel Antistitis, et parochi, nec non Superiorum ecclesiae, monasterii, hospitalis et loci pii, ubi ejusmodi erectio fieri contigerit, deputatio

consensus et licentia in scriptis et non aliter expediri, et quandocumque opus fuerit, exhiberi debeant, sub poena nullitatis ipsiusmet erectionis ipso facto incurrendae.

Iam vero Episcopus Engolismensis istiusmodi decretorum tenorem perspectum habens, Sacrae Indulgentiarum Congregationi supplices libellos porrexit, atque in horum primo exponit, in sua dioecesi ac fere ubique in Gallia extare hospitalia, ecclesias, capellas, oratoria, domus Congregationum Sororum vota simplicia emittentium, et a S. Sede vel ab Episcopo etiam tantum approbatarum, quae omnia quamvis de jure minime a jurisdictione parochiali exempta dici queant, tamen de facto a parocho independenter administrantur per capellanos ab Episcopo nominatos. Ac subdit in hisce omnibus ecclesiis ac locis bona fide stationes Viae Crucis erectas fuisse, quin parochorum consensus fuerit requisitus. Dubitans hinc de istiusmodi erectionum validitate postulat, ut declaretur, utrum pro validis sint habendae vel non, et casu quo nullitate laborare fuerit definitum, instantissime postulat, ut a Sanctissimo sanatio indulgeatur ne nimia oriatur confusio, et fidelium admiratio excitetur:

In altero autem supplici libello exponit, plures sacerdotes in Gallia facultatem obtinere a Ministro Generali Ordinis Minorum stationes Viae Crucis erigendi in certo numero ecclesiarum vel oratoriorum, praevia tamen Ordinarii licentia, quam licentiam postea Ordinario exhibent, qui subscribit verbis generalibus v. g. *Authenticam recognovimus et exsecutioni mandari permisimus.* At quaerit, num licentia, sic verbis generalibus data sufficiat, ut sacerdos ea donatus possit deinde cum solius parochi vel Superioris loci consensu, in quocumque loco intra limites jurisdictionis praedicti Ordinarii, valide stationes erigere, servatis servandis et relicto peractae erectionis testimonio, propria manu subscripto; an vero, praeter hanc generalem licentiam, requiratur, sub poena nullitatis, ante quamcumque erectionem novus recursus ad Ordinarium cum designatione loci vel ecclesiae, ut erectioni in tali loco consentiat.

Quare in Congregatione generali habita in Palatio Apostolico Vaticano die 20 Iunii 1879 proposita fuerunt dubia:

1m: *Utrum nullae sint erectiones stationum Viae Crucis, sine consensu in scriptis parochi factae in hospitalibus, ecclesiis, capellis ac domibus Congregationum Sororum, de jure haud exemptis a parochiali jurisdictione, sed de facto (juxta morem in Gallia vigentem) administratis independenter a parocho, per capellanum nominatum ab Episcopo?*

Et quatenus Affirmative,

2m: *An sit consulendum Sanctissimo pro sanatione hujusmodi erectionum?*

3m: *An consensus Ordinarii in scriptis requiratur, sub poena nullitatis, in singulis casibus pro unaquaque stationum erectione, vel sufficiat ut sit generice praestitus pro erigendis stationibus in certo numero ecclesiarum vel oratoriorum, sine specifica designatione loci?*

Et quatenus Affirmative ad primam partem et Negative ad secundam,

4m: *An sit consulendum Sanctissimo pro sanatione erectionum, cum dicto generico consensu jam factarum, vel sit supplendum defectui per novum consensum in scriptis ab Episcopo specifice praestandum?*

EE PP. auditis Consultorum votis, rescripserunt:

Ad 1m: *Negative.*

Ad 2m: *Provisum in primo.*

Ad 3m: *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam.*

Ad 4m: *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam*

Et facta de his omnibus relatione

SSmo. D. N. Leoni PP. XIII in Audientia habita ab infrascripto Secretario die 21 Iunii 1879, Sanctitas Sua in omnibus votum Sacrae Congregationis adprobavit et sanavit praefatas erectiones cum generico consensu peractas.

A Card. OREGLIA a S. Stephano *Praefect.*
A. Panici *Secret.*

(C) Responsum circa indulgentias VIAE CRUCIS toties quoties.

Nicolaus Ioseph Dabert, Episcopus Petrocorensis in Gallia, humiliter postulavit:

Utrum toties in die lucrifieri valeant indulgentiae exercitio Viae Crucis adnexae, quoties illud iteratur?

Sacra Cong. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita respondit: Ex documentis non constat Indulgentias, pro pio Exercitio *Viae Crucis* concessas, toties lucrifieri quoties praefatum pium exercitium iteratur.

Ex Secretaria eiusdem Sacr. Cong., Septemb. 1883.

Loc. ✠ Sig.

A. CARD. BILIO
Franciscus della Volpe *Secr.*

(D) Indultum pro Crucifixis Viae Crucis vulgo nuncupatis

Beatissime Pater! Fr. Bernardinus a Portu Romatino, Minister Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci, ad pedes Sanctitatis Tuae provolutus humiliter exponit, saepe saepius fideles, qui exercitium S. Viae Crucis peragere legitimo impedimento prohibentur, etiam impediri, quominus indulgentias Viae Crucis exercitio adnexas lucrifaciant adhibendo crucifixum ad hunc effectum benedictum, eo quod hujusmodi crucifixum non possident, sicuti accidit in familiis pauperum, in hospitalibus aliisque hujus generis loci piis.

Hinc, ut devotio erga Passionem D. N. J. Ch. magis magisque augeatur, neve fideles, imprimis animae in purgatorio detentae, ob expositum crucifixi defectum a participatione praedictarum indulgentiarum arceantur, Orator enixis precibus supplicat, ut Sanctitas Tua ad crucifixos Viae Crucis vulgo nuncupatos benigne extendere dignetur Indultum a s. m. Pio PP. IX in ordine ad rosarium sub die 22 Jan. 1858 (Decr. auth. n. 384) concessum, ita ut omnes utriusque sexus Christifideles, praescripta viginti *Pater, Ave et Gloria* in communi recitantes, lucrari valeant indulgentias Viae Crucis exercitio adnexas, licet manu non teneant crucifixum benedictum, ac sufficiat, ut una tantum persona, quaecumque ea sit, ex communitate, illum manu teneat, ceterique omnes, ceteris curis semotis, se componant pro oratione facienda una cum persona, quae tenet crucifixum. Quam gratiam etc. — SSmus D.N. Leo PP. XIII. in audientia habita die 19 Januarii 1884 ab infrascripto Secretario Sacrae Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, benigne annuit pro gratia juxta petita ad tramitem Indulti iam concessi pro recitatione SSmi Rosarii, ut nimirum Christifideles, de quibus in precibus, ita se componant pro pio exercitio Viae Crucis peragendo una cum persona quae tenet Crucifixum, ut indulgentias lucrari queant. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sacrae Congregationis die 19 Ianuarii 1884

A. Card. OREGLIA a S. Stephano. *Praef.*
Franciscus Della Volpe, *Secret.*

(E) Indulgentia donantur Preces pro Animam Agentibus

Beatissime Pater! Canonicus Dominicus Salvatori, moderator piae Unionis in favorem animam agentium in universo mundo, humiliter exorat Sanctitatem Vestram, ut concedere dignetur tercentum d'erum indulgentiam devote recitantibus breves, quae sequuntur, preces:

Aeterne Pater, propter amorem, quo prosequeris S. Josephum, inter omnes a Te selectum ad Tuas in terris implendas vices, miserere nostri pauperumque animam agentium. Pater Ave, et Gloria.

Aeterne, divine Fili, propter amorem quo prosequeris S. Josephum, Tuum in terris fidelissimum custodem, miserere nostri pauperumque animam agentium. Pater, Ave et Gloria.

Aeterne, divine Spiritus, propter amorem quo prosequeris S. Iosephum, custodem studiosissimum SSmae Virginis Mariae, Tuae praedilectae Sponsae, miserere nostri pauperumque animam agentium. Pater, Ave et Gloria.

SSmus D. N. Leo PP. XIII in Audientia habita die 17 Maji 1884 ab infrascripto Secretario Sacrae Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui supra relatas preces corde saltem contrito ac devote recitaverint, indulgentiam tercentum dierum semel in die lucrandam, benigne concessit. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sacrae Congregationis die 17 Maji 1884

AL. CARD. OREGLIA A S. STEPHANO, *Praef.*

FRANCISCUS DELLA VOLPE, *Secr.*

(F) Indulg. pro oratione in hon. S. Ioseph.

Beatissime Pater! Archiepiscopus Mutinen. ad Sanctitatis Vestrae pedes humiliter provolutus enixe rogat, ut Beatitudo Vestra aliqua indulgentia ditare velit sequentem precem in honorem S. Josephi, Sponsi immaculatae Virginis Mariae. Et Deus etc.

« Potentissime Patriarcha S. Joseph, Patrone universae Ecclesiae, quae in anxietatibus et moeroribus suis te semper invocavit, ab excelsa gloriae tuae sede, tuos in Orbem catholicum benignos oculos converte. Mysticam Jesu Christi Sponsam ejusque in terris Vicarium dolore confectum ab acerrimisque hostibus vexatum cum aspicias, paternum cor tuum pietate tangatur. Heu ! per amarissimas angustias, quas in hoc passus es mundo, venerandi Pontificis lacrymas clementer absterge: libera eum et apud pacis et charitatis Datorem intercede, ut omni calamitate submota omnique errore depulso, tota Ecclesia Deo benedicto perfecta possit libertate servire: ut destructis adversitatibus et erroribus universis, Ecclesia secura Deo serviat libertate. Amen. »

SSmus D. N. Leo PP. XIII. in Audientia habita die 4 Martii 1882 ab infrascripto Secretario Sacrae Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui corde saltem contrito supra exhibitam precem in honorem S. Joseph devote recitaverint, indulgentiam centum dierum, semel in die lucrandam, benigne concessit. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sacrae Congregationis die 4 Martii 1882.

Al. CARD. OREGLIA A S. STEPHANO *Praef.*

PIUS DELICATI, *Secret.*

(G) Indulg. pro Orat. Ante et Post Confessionem

Beatissime Pater! Leo Marin, Sacerdos e Congregatione S. Sulpitii, Vicarius Generalis Dioeceseos Aquensis et moderator magni Seminarii ejusdem dioeceseos, supplex adit Sanctitatem Vestram ut approbare dignetur exhibitas sequentes orationes propositas sacerdotibus recitandas ante et post eorum confessionem sacramentalem, eisque aliquam indulgentiam adnectere.

Oratio ante Confessionem Sacram.

« Suscipe confessionem meam, piissime ac clementissime Domine Jesu Christe, unica spes salutis animae meae, et da mihi, obsecro, contritionem cordis et lacrymas oculis meis, ut defleam diebus ac noctibus omnes negligentias meas cum humilitate et puritate cordis. Domine Deus meus, suscipe preces meas. Salvator mundi, Jesu bone, qui te crucis morti dedisti, ut peccatores salvos faceres, respice me miserum peccatorem invocantem nomen tuum, et noli sic attendere malum meum, ut obliviscaris bonum tuum; et si commisi, unde me damnare potes, tu non amisisti, unde salvare soles. Parce ergo mihi, qui es salvator meus, et miserere peccatrici animae meae. Solve vincula ejus, sana vulnera. Emitte igitur, piissime Domine, meritis purissimae et immaculatae semper Virginis Genitricis tuae Mariae et Sanctorum tuorum, lucem tuam, veritatem tuam in animam meam, quae omnes defectus meos in veritate mihi ostendat; de quibus confiteri me oportet, atque juvet et doceat ipsos plene et contrito corde explicare. Qui vivis et regnas, Deus, per omnia saecula saeculorum. »

Post confessionem.

« Sit tibi, Domine, obsecro, meritis beatae semper Virginis Genitricis tuae Mariae et omnium Sanctorum, grata et accepta ista confessio mea, et quidquid mihi defuit nunc et alias de sufficientia contritionis, de puritate et integritate confessionis, suppleat pietas et misericordia tua, et secundum illam digneris me habere plenius et perfectius absolutum in coelo. Qui vivis et regnas, Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen. »

SSmus D. N. Leo PP. XIII. in Audientia habita die 19 Augusti 1882 ab infrascripto Secretario Sacrae Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, omnibus sacerdotibus, qui propositas orationes ante et post sacramentalem confessionem peccatorum suorum corde saltem contrito ac devote recitaverint, indulgentiam biscentum dierum benigne concessit. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sacrae Congregationis die 19 Augusti 1882.

Al. Card. OREGLIA a S. Stephano *Praef.*
Franciscus Della Volpe *Secret.*

(H) ORATIO PRO CONSECRATIONE Studiorum in Hon. B. V. M.

Beatissime Pater! Franciscus Cassidii S. I., Rector Collegii Beaumont (Windsor) in Anglia, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, pro sequenti oratione, quae omnibus pueris et juvenibus literis operam daturis recitanda proponitur, aliquam indulgentiam humillime petit. Et Deus etc.

Consecratio studiorum in honorem Immaculatae Conceptionis B. M. V.

« Sub patrocinio tuo, Mater dilectissima, et invocato immaculatae Conceptionis tuae mysterio, studia mea laboresque litterarios prosequi volo: quibus me pro-

testor hunc maxime ob finem incumbere, ut melius divino honori tuoque cultui propagando inserviam. Oro te igitur, Mater amantissima, sedes sapientiae, ut laboribus meis benigne faveas; ego vero quod justum est, pie libenterque promitto, quidquid boni mihi inde successerit, id me tuae apud Deum intercessioni totum acceptum relaturum. Amen. »

SSmus D. N. Leo Papa XIII in Audientia habita die 18 Novembris 1882 ab infrascripto Secretario Sacrae Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, omnibus pueris et juvenibus literis operam daturis, Orationem, uti supra propositam, corde saltem contrito ac devote recitantibus, indulgentiam tercentum dierum, semel in die lucrandam benigne concessit. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sacrae Congregationis die 18 Novembris 1882.

Al. Card. OREGLIA a S. STEFANO, *Praef.*

Franciscus Della Volpe, *Secret.*

(I) DE GREGORIANO TRICENARIO DE ALTARI S. GREGORII IN MONTE CELIO

ET DE ALTARIBUS GREGORIANIS AD INSTAR.

ORDINIS MONACHORUM CAMALDULENSIUM. - Pro animabus e Purgatorio liberandis ab antiquis temporibus Cristifideles celebrandas curarunt et curant Missas, quae *Gregorianae*, seu *Gregorianum Tricenarium* appellantur (quae nimirum per triginta continentes dies, ad exemplum Sancti Gregorii Magni, in quovis Altari dicuntur.) In eumdem finem et ab antiquis pariter temporibus Christifideles offerri expostularunt et expostulant Missae Sacrificium in Altari Sancti Gregorii in ejus Ecclesia Coelimontana. Tum in triginta illis Missis, tum in quavis Missa ad Altare Sancti Gregorii specialem fiduciam Christifideles, et habuerunt, et habent, veluti si ipsae ita efficaces sint censendae, ut anima, pro qua celebrantur, e Purgatorii poenis illico liberetur. Verum de duplici huiusmodi praxi dubitari coeptum est a praestantibus quibusdam viris, ea potissime de causa, quod huiusmodi Christifidelium fiducia haud solido fundamento inniti videatur. Quod quidem adeo permovit hodiernum Abbatem Generalem Monachorum Camaldulensium, quibus custodienda tradita fuit Ecclesia in qua Gregoriani Tricenarii praxis initium forte sumpsit et altare S. Gregorii existit, ut Antecessoris sui preces urgeret, et Sacrae Congregationi Indulgentiis praepositae dubia aliquot authentice dirimenda exhiberet. Quum vero anteactis temporibus Romani Pontifices, praesertim Gregorius XIII, plurima Altaria tum Romae, tum alibi, formula usi solemni « privilegiata (declaraverint) ad instar » Altaris Sancti Gregorii in Monte Celio, et Christifideles haud dissimilem a superius dicta, fiduciam reposuerint, et reponant in Missis quae hujusmodi in Altaribus ad juvandas animas in Purgatorio detentas celebrantur: quumque haec altaria « Gregoriana ad instar » nuncupata, usque ad annum 1852 concessa, ob exorta dubia de discrimine Altaris « Gregoriani ad instar » ab altari sine addito *Privilegiato*, Pius s: m: PP. IX die 15 Martii illius anni, prohibuerit quominus in posterum concederentur, quoad res maturius perpenderetur et absolveretur: hinc opportunum visum est dubiis a Rmo P. Abbate propositis aliud ex officio subnectere et de eo disquirere, respiciens amussim suspensionem a s: m: Pii PP. IX, indictam.

Dubia vero proposita haec sunt quae sequuntur:

1. Utrum fiducia, qua fideles retinent, celebrationem triginta Missarum, quae

vulgo Gregorianae dicuntur, uti specialiter efficacem ex beneplacito et acceptatione divinae misericordiae ad animae e Purgatorii poenis liberationem, pia sit et rationabilis; atque praxis easdem Missas celebrandi sit in Ecclesia probata?

II. Utrum fiducia qua Fideles retinent, celebrationem Missae in Altari Sancti Gregorii in Eius Ecclesia Coelimontana uti specialiter efficacem ex beneplacito et acceptatione divinae misericordiae ad animae e Purgatorii poenis liberationem, pia sit, et in Ecclesia probata?

III. Utrum idem dicendum sit de Altaribus Gregorianis ad instar?

IV. Utrum expediat revocare suspensionem novae concessionis Altaris Gregoriani latam ex mandato Sanctissimo in Audientia 15 Martii 1852?

Quibus, in Congregationi Generali habita die 11 Martii 1884 in Aedibus Apostolicis Vaticanis, Eminentissimi Patres rescripserunt:

Ad I, II, et III: Affirmative.

Ad IV. Consulendum Sanctissimo, ut revocet suspensionem novae concessionis Altaris Gregoriani ad instar.

Die vero 15 eiusdem mensis et anni facta de iis omnibus ab infrascripto Sacrae Congregationis Secretario relatione Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII. Sanctitas sua Patrum Cardinalium responsiones approbavit, et suspensionem Altaris *Gregoriani* ad instar sustulit.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis Indulgentiis sacrisque Reliquiis praepositae. Die 15 Martii 1884.

AL. CARD. OREGLIA
A S. STEPHANO *Praef.*

Sigil✠lum.

FRANCISCUS DELLA VOLPE *Secretarius.*

EX S. CONGREG. INDICIS

DECRETUM

Feria II die 23 Martii 1885

Sacra Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium a SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO LEONE PAPA XIII *Sanctaque Sede Apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni, ac permissioni in universa christiana Republica praepositorum et delegatorum, habita in Palatio apostolico vaticano die 23 Martii 1885 damnavit et damnat, proscripsit proscribitque, vel alias damnata atque proscripta in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur Opera:*

Della educazione religiosa e civile delle fanciulle in conformità delle attuali condizioni d'Italia. Dialoghi del Prof. Sac. Ambrogio Garavaglia, Cav. de' SS. Maurizio e Lazzaro e della Corona d'Italia, vol. 2. Milano, Fratelli Dumolard editori. 1884. *Auctor laudabiliter se subiecit et opus reprobavit.*

Prof. Filippo Cicchitti-Suriani della chiesa cattolica italiana. La Religione della Scienza e la Tirannide della coscienza, con prefazione di Mons. G. B. Savarese. Roma, Forzani e C. tipografi del Senato editori, 1885.

Itaque nemo cujuscumque gradus et conditionis praedicta Opera damnata atque proscripta, quocumque loco, et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sed locorum Ordinariis, aut haeretice pravitatis Inquisitoribus ea tradere teneatur sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

Quibus SANTISSIMO DOMINO NOSTRO LEONI PAPAE XIII per me infrascriptum S. I. C. a Secretis re-

latis, SANCTITAS SUA *Decretum probavit, et promulgari praecepit.*

In quorum fidem etc.

Datum Romae die 23 Martii 1885.

FR. THOMAS M.a CARD. MARTINELLI — Praefectus.

Fr. Hieronymus Pius Saccheri Ord. Praed. S. Ind. Congreg. a Secretis.

Loco ✠ Sigilli.

Die 28 Martii 1885. *ego infrascriptus Mag. Cursorum testor supradictum Decretum affixum et pubblicatum fuisse in Urbe.*

VINCENTIUS BENAGLIA, Mag. Curs.

Officium Octavae Patrocinii S. Joseph

DOMINICA IV POST PASCHA

OCTAVA PATROCINII SANCTI IOSEPH.

(*Duplex.*)

Ad Vesperas, *omnia ut in primis Vesperis Festi. Et fit comm. Dominicae.*

In pimo nocturno. *Lectiones de Scriptura occurente.*

In secundo Nocturno. *Sermo Sancti Augustini Episcopi.*

(*Lib. I. de Nupt. et Concup. Cap. II.*)

LECTIO IV.

Non fallaciter ab Angelo dictum est ad Ioseph: Noli timere accipere Mariam Conjugem tuam. Conjux vocatur ex prima fide desponsationis, quam concubitu nec cognoverat, nec fuerat cogniturus: nec perierat, nec mendax manserat Conjugis appellatio, ubi nec fuerat nec futura erat ulla carnis commixtio. Erat quippe illa Virgo ideo et sanctius et mirabilius jucunda suo Viro, quia etiam fecunda sine Viro, prole dispar, fide compar. Propter quod fidele conjugium, parentes Christi vocari ambo meruerunt, et non solum illa Mater, verum etiam ille Pater ejus, sicut Conjux Matris ejus, utrumque mente, non carne. Sive autem ille Pater sola mente, sive illa Mater et carne, Parentes tamen ambo humilitatis ejus, non sublimitatis, infirmitatis non divinitatis.

R.) Dedisti mihi.

LECTIO V.

Neque enim mentitur Evangelium, ubi legitur: Et erant Pater ejus et Mater mirantes super his, quae dicebantur de illo. Et alio loco: Et ibant Parentes ejus per omnes annos in Ierusalem. Item paulo post: Et dixit Mater ejus ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce Pater tuus et ego dolentes quaerebamus te. At ille, ut ostenderet habere se praeter illos Patrem, qui eum genuit praeter Matrem, respondit eis: Quid est, quod me quaerebatis? Nesciebatis quia in his quae Patris mei sunt, oportet me esse? Et rursum, ne hoc dicto Parentes illos negasse putaretur, Evangelista secutus adjunxit: Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad illos: et descendit cum eis, et venit Nazareth, et erat subditus illis. Quibus subditus, nisi Parentibus? Quis autem subditus, nisi Iesus Christus, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis Deo?

R.) Statuet filios.

LECTIO VI.

Cur ergo illis subditus, qui longe infra formam Dei erant, nisi quia semetipsum exinanivit formam servi accipiens, cujus formae Parentes erant; sed profecto nec ipsius formae servi Parentes ambo essent, nisi inter se etiam sine carnis commixtione conjuges essent; unde et series generationum, cum Parentes Christi connexione successionis commemorantur, usque ad Ioseph potius, sicut factum est, fuerat perducenda, ne in illo conjugio virili sexui utique potiori fieret injuria, cum veritati nihil periret, quia ex semine David, ex quo venturus praedictus est Christus, et Ioseph erat, et Maria. Omne itaque nuptiarum bonum impletum est in illis Parentibus Christi, proles, fides, Sacramentum. Prolem cognoscimus ipsum Dominum Iesum: fi-

dem, quia nullum adulterium: Sacramentum, quia nullum divortium.

R.) Si consistant.

In tertio Nocturno

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam

LECTIO VII.

In illo tempore: Factum est autem cum baptizaretur omnis Populus, et Iesu baptizato, et orante, apertum est Coelum. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

Serm. 36. de temp. qui est de Bapt. Christi.

Natalis hodie alter est quodammodo Salvatoris;nam esidem eum signis, eisdem miraculis cognoscimus genitum, sed nunc majore Mysterio baptizatum. Ait enim Deus: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Praeclarior plane est secunda, quam prima nativitas. Illa enim sine teste silentio Christum genuit; ista cum divinitatis professione Dominum baptizavit. Ab illa se Ioseph, qui Pater putabatur, excusat: in hac se Pater qui non credebatur, insinuat. Ibi laborat suspicionibus Mater, quia professioni deerat Pater: hic honoratur Genitrix, quia divinitas filium protestatur. Honoratior, inquam, secunda quam prima nativitas. Siquidem Pater hic Deus Majestatis inscribitur: illic Ioseph artifex aestimatur. Et licet in utraque Dominus per Spiriritum Sanctum et natus sit, et baptizatus; tamen honoratior est qui de Coelis clamat, quam qui in terris laborat.

R.) Ioseph fili David.

LECTIO VIII.

Ioseph ergo faber in terris Pater putabatur esse Domini Salvatoris, nec ab hoc opere Deus, qui vere est Pater Domini Nostri Iesu Christi, excluditur: nam est et ipse faber. Ipse enim est artifex, qui hujus Mundi machinam non solum mirabili, sed etiam ineffabili potentia fabricavit. Tamquam sapiens architecta Coelum sublimitate suspendit, Terram mole fundavit, maria calculis alligavit. Ipse artifex, qui in nostris moribus praecidit superflua opera, utilia quaeque conservat. Ipse est artifex, cujus securim ad radicem nostram positam Ioannes Baptista comminatur, ut omnis arbor quae normam justae discretionis excesserit, excisa radicitus tradatur incendio: quae autem mensuram veritatis habuerit caelesti Fabricae deputabitur.

R.) Surge, et accipe.

Nona Lectio de Homilia Dominicae
In Laudib. fit commem. ejusdem Dominicae.
In secundis Vesperis, fit commem. Dominicae.

ACTA ORDINIS

Electio Secretarii Generalis pro Missionibus et Guardiani sive Praefectus Collegii S. Fidelis de Urbe Missionariis nostris addicto.

Per Decretum Rmi P. Ministri Generalis cum suo Definitorio, approbante S. Congregatione de Propaganda Fide, ad normam decisionis praelaudatae S.Congregationis (vide Analecta pag. 42), electi sunt:

In Secretarium Generalem pro Missionibus:

Adm. R. P. Antoninus a Reschio

Provinciae Umbriae alumnus et Missionarius Apostolicus in Chile.

In Praefectum sive Superiorem localem Collegii S. Fidelis:

Adm. R. P. Jacobus a Gavi

Ex-Minister Provinciae Romanae.

De editione continuationis Bullarii Ordinis Nostri

Notum facimus omnibus fratribus, quod Ordinis nostri Bullarii jam tertium et hujus continuationis ultimum Volumen in lucem prodiit, continens Bullas, Brevia, Decreta, Rescripta etc. quae sub Pontificatu Pii VIII, Gregorii XVI, et Pii IX emanarunt, una cum multis aliis selectissimis instructionibus, quae aut di-

sciplinam ecclesiasticam et regularem aut historiam et propagationem Ordinis nostri respiciunt, et attentis lectoribus solidam in rebus ecclesiasticis exhibent eruditionem. Reverendissimo Auctori Patri Petro Damiani a Münster ex-Definitore Generali gratitudinis testimonium exhibemus pro tanto opere, tam brevi tempore et indefesso labore absoluto, quod tum pro toto Ordine in plurimis quaestionibus authenticam solutionem exhibet, tum pro Ordinis historiographis fontem genuinam constituit a tempore gloriosissimi Pontificis Benedicti XIV, usque ad obitum incomparabilis Papae Pii IX. Brevis historia uniuscujusque Pontificatus paucis verbis prospectum aperit super rebus gestis et intentionibus singulorum Pontificum; ita ut optimi historiographi in hisce rebus versati non possint accuratius et fidelius singula ponderare. Non mirum quod judicium publicum hoc opus monumentum Ordinis et Auctoris aere perenius nuncupaverit, et recensiones literariae passim conveniant in collaudando Bullario quoad stilum et methodum, quoad argumentum et usum, tum singulis tum praesertim Ordinis moderatoribus utilissimum et opportunum.

Quoad novissimum tertium Volumen notandum, illud antecedentes tomos ambitu duplo superare et insuper Registris generalibus et specialibus usum totius operis facilem et expeditum reddi. Quis etiam quoad Argumentum hujus tomi ignoret, Pontificatum Pii PP. IX tot difficultatibus, varietatibus, pugnis et clare factis multos alios ita praecedere, sicut idem s. m. Pontifex annis Regiminis sui, « dies Petri » superavit. In hoc igitur diuturno Regimine plusquam alibi pro moderandis religiosis familiis salubriter definitum, statutum et confirmatum est, et si historiam vitae magistram omnes appellant in hac periodo sat protractam et perutilem lectionem accipiunt. Quare omnibus Ordinis alumnis praesertim Superioribus, Magistris, Rubricistis etc. Bullarii lectionem et usum omnino commendamus.

Nos autem Rmo Auctori specialem Nostram benedictionem tanquam coelestis remunerationis pignus impertimur, et peroptamus ut, ad Rmi. P. Petri Damiani exemplar, fratres Nostri, quibus Deus eruditionis et scientiae talenta commisit, toto animo spiritualem negotiationem cum ipsis talentis aggrediantur, sive ad totius Ordinis, sive ad propriae Provinciae decorem promovendum, maxime quoad partem historicam localem, provincialem vel Generalem Ordinis, quae innumeris monumentis ditari poterit per fratrum nostrorum litterarios labores, sub dependentia Superiorum, ut novissimis hisce temporibus jam ex parte fieri laetamur per studia *Monographica* typis mandata.

Romae, 24 Aprilis 1885.

Fr. Bernardus ab Andermatt.
Minister Generalis.

MONITUM
Rmi P. Ministri Generalis.

Cum ab aliquibus dubitatum sit de sensu, quo *Acta Ordinis* inscribuntur in folio « Analecta Ordinis Minorum Capuccinorum », declaramus omnes litteras circulares, sive Encyclicas et omnia sic dicta *monita Rmi P. Ministri Generalis*, uno verbo, omnia quae a Nobis subscripta tanquam officii Nostri generalia documenta leguntur, in Analectis Ordinis Minorum Capuccinorum eamdem vim obligatoriam habere ac si separatim ac per Nosmetipsos autographice signata mitterentur. Unde mandamus omnibus Superioribus Provincialibus et Localibus, ut nullo pacto nulloque praetextu publicam lectionem *Litterarum* aut *Monitorum* a Nobis emanantium et per « Analecta Ordinis Minorum Capuccinorum »

notificatorum omittant; quod si ex iis aliqua ex inadvertentia omiserint, volumus ut quamprimum per documenti Nostri lectionem in publica mensa istiusmodi omissioni suppleant.

Idem declaramus quoad communicationes a Rmo. P. Procuratore Generali ex officio suo fieri solitas, ad normam juris.

Romae, 24 Aprilis 1885.

Fr. Bernardus ab Andermatt
Minister Generalis.

FRAGMENTA SERAPHICA.

RESPONSORIUM
Sancti Fidelis a Sygmaringa

Ad implorandam ejus opem devote recitandum. (1)

Fidelis Vir tui nominis
Doctrina, fide, Spiritu,
Qui verbo vincens haeresim
Firmasti fidem Sanguine.
Nostris precamur mentibus
Caeleste lumen impetra;
Ut fides, spes, et charitas
In Nobis semper fulgeant.
Qui coecos, claudos, debiles,
Illustras, sanas, roboras,
Mutis loquelam tribuis,
A morte infantes eripis.
Nostris precamur mentibus
Caeleste lumen impetra;
Ut fides, spes, et charitas
In nobis semper fulgeant.
Gloria Patri, et Filio
Et Spiritui Sancto.
Nostris precamur mentibus
Caeleste lumen impetra;
Sicut erat in principio et nunc et (semper etc.
Ut fides, spes et charitas
In nobis semper fulgean.

Antiphona

Esto fidelis usque ad mortem, et dabo tibi coronam vitae

v.) Ora pro nobis, etc.

(*Ex Append. ad Op. ipsiusmet S. Fidelis, Romae 1756 tipis mandata.*)

(1) Hortamur omnes fratres nostros, praecipue Missionarios et candidatos ad Missiones, ut frequenter auxilium et intercessionem inclyti Proto-Martyris de Propaganda Fide, dicto responsorio implorent, ut Deus spiritum tanti Apostoli Ordinis nostri apud nos conservet et foveat, Missionesque protegat, amplificet et obfirmet. (N. R.)

DE TERTIO S. P. F. ORDINE

Epistola Pastoralis Ioannis Baptistae Paulucci Archiepiscopi-Episcopi Viterbiensis et Tuscaniensis.

Ad dilectissimum Clerum utriusque Dioecesis.

Quae festa solemnia laeti celebravimus septima redeunte centenaria die post ortum beatissimi Francisci Assisiensis, et tertio exeunte saeculo a beato transitu sanctimonialis foeminae Teresiae ab Iesu, adeo fausta et auspicata fuerunt, ut plura nobis reliquerint salutaria documenta, quae declaranda omnino censemus. Sapientissimus itemque providentissimus Pontifex Leo PP. XIII. pro sua in Patriarcham pauperum devota voluntate et zelo aeternae omnium salutis, literas encyclicas ad universos per orbem Sacrorum Antistites dedit; quibus graphice descriptis S. Francisci mirabilibus gestis, Tertium ab eo institutum poenitentium Ordinem illiusque vim salutarem summis laudibus effert. Itaque hortatur enixe Episcopos omnes, ut pro suis viribus in id intendant, quatenus Christifideles ediscant Tertii Ordinis sanctitatem et utilitatem, et ad illum amplectendum certatim festinent. Vir Eminentissimus, qui est a publicis negotiis Summi Pontificis et S. Romanae sedis, literis datis die vigesima secunda Septembris proxime elapsi omnibus Episcopis, auctor fuit, ut tertio quoque mense nomina novorum alumnorum Tertii Ordinis sibi diligenter referant. Quibus Nos obtemperantes, et verbis et scriptis literis Franciscanum

Institutum commendavimus et usque promovere contendimus: quo vero faciliusomne punctum ferre possimus, vos quoque in adiutorium nostrum, Venerabiles Fratres, Paraeciis praepositi et Sacri Oratores, fidentes vocamus. Vestri muneris sit originem, scopum, utilitatem et facilitatem Tertii Ordinis populum docere; Indulgentias et privilegia quibus a S. Sede muneratus est, ostendere; regulas a Nicolao IV. probatas, et statuta Pauli III. declarare, ut iis excitati Christifideles saluberrimo instituto adjungant. Non modo enim per illum Christiana vita alitur et in dies perficitur; sed cum pietas ad omnia utilis sit, promissiones in se continens praesentis et futuri saeculi, vel ipsi sociales ordines plura emolumenta in praesenti rerum discrimine ex eo capere poterunt.

Iesu Christi Salvatoris nostri imago exstitit expressa beatissimus Franciscus, sacratissimis quoque ad perfectiorem similitudinem in se receptis Crucifixi vulneribus: sicut igitur Ille animas redimendo, ad rectas quoque normas civilem societatem composuit, ita Christi famulus et exemplar, dum suam suorumque spiritualem perfectionem promovit, familias et societatem civilem exemplis et salutaribus documentis instauravit. Quod quidem ut nostra quoque aetate ex voto contingat, satis erit, si, vobis auctoribus, Christianus populus Tertio poenitentium Ordini se dedat et beati Francisci exempla persequi contendat. Morbo siquidem, qui late serpit, livoris et invidiae in Ecclesiam, apte mederi poterit lex illa Tertii Ordinis, non sumendi arma nisi ad Ecclesiae et patriae jura defendenda, animumque fovendi religioni ejusque juribus devotum: carnis illecebris cultuique probroso, qui nunc obtinet, corruptae naturae, efficaciter obsistit puritatis studium,quo innocens et poenitens Franciscus corpus terebat: superbiae,qua omnis sublimis potestas adeo hodie est despecta, opportune objicitur humilitas et obedientia propria franciscalium omnium institutorum: divitiarum atque commoditatum libidini, ex qua effluunt omnigena luxuriae vitia, medelam affert efficacem virtus paupertatis a B. Francisco sibi desponsata, quamque suis fratribus in haereditatem moriens reliquit; suimetipsius insuper contemptus et juges poenitentiae. Simultatibus inter cives et odiis adeo nunc frequentibus, tenuiorum spretui, quo ditiores et potentiores superbiunt, ceterosque fastidiunt, opponitur divina illa in proximum charitas qua Franciscus aestuabat, quaque vel ipsas inanimes res et ratione carentes creaturas, uti fratres et sorores compellabat.

Ab ea, in qua tunc temporis detinebatur, despecta conditione, sublevavit Franciscus christianam plebem, omnes cujuscumque status in suum Ordinem recipiens, eosque ex studio Minores fratres appellans, ut Majores resipicerent et sese humiliarent. Inductus per eam aetatem recens ordo communitatum (*i comuni*) ex ejus institutis, adeo civitati proficuis, crevit et perfectus est: quae autem plebs ab eo suis juribus est restituta et honoribus, ab eodem didicit sublimioribus potestatibus obedientiam et reverentiam praestare. Hodie exleges et effraeni homines aegre auctoritatis ferentes jura, in signa quaeque Religionis irruunt, ad necem vel ipsos summos imperantes quaerunt, alienis rebus, maxime divitum, inhiant et omnia ad extremum vertere conantur. Sicuti Beati Francisci instituta similibus malis medelam olim attulerunt, ita nostra aetate ex Pontificis voto praesentibus necessitatibus opportune subvenire poterunt, dummodo christianus populus doctrinas Seraphici Patris calleat, illiusque instituatur exemplis. Qui erat a secretis Friderici II, Imperatoris, ad suum principem scribebat: » Nunc autem ut jura nostra (Domi- » nicani et Franciscani) potentius ener-

» varent et a nobis devotionem praeci-
» derent duas aggregationes institue-
» runt: ad quas sic generaliter mares
» et feminas acceperunt, quod vix unus
» et una remansit, cujus nomen in altera
» non sit scriptum.» Et antea: «Nos ferme
» ad nihilum redacti sumus. » Quae saeculo decimotertio feliciter evenerunt, hodie quoque expectat S. mater Ecclesia, si modo omnes Christi ministri sollicitam in id operam conferamus. Grande aliquid in hac re vobis portendunt domestica quoque testimonia: Rosa videlicet Viterbiensis, quae Tertio Ordini adscripta, praeclaros de vitiis eorumque fautoribus retulit triumphos, et B. Angelina a Marsciano quae omnium prima Viterbii quoque tertiarias sorores ad claustralem disciplinam composuit.

Sed quoniam scriptum est a domo Dei debere judicium incipere, opus est, Fratres filiique dilectissimi, ut et nos iis simus animo et moribus comparati, ex quibus devota plebs, nobis commissa, efficacia capere possit initia et incrementa virtutis. In quem finem laeto et fidenti animo vobis spectandam proponimus pietatis magistram, omnium facile principem S. Teresiam, Carmeli Ordinis reformatricem. Qua vixit aetate, Sacrae Meditationis usus pene exoleverat magno cum animarum detrimento; ipsa vero revocavit penes familias a se collectas; exemplo et scriptis divina sapientia refertis communivit et illustravit, adeo ut asceticas et mysticas spirituales ascensiones omnibus orandi studiosis plane disposuerit. Quo quidem factum est, ut Carmeli reformatae domus ob pietatis cultum et orationis angelicam visae sint in terris vitam degere; caeteri quoque Religiosorum coetus ad imitationem excitati, et plebes circa coenobia Teresiae commorantes salutarem methodum edoctae et sequutae, meliores in dies factae fuerint. Sit igitur vobis tamquam in imagine jugiter descripta vita Seraphicae Matris Teresiae, illius divina volumina numquam versare desinatis, quo aeternae salutis scientiam et vobis comparetis et iis tradere possitis, qui Ordinem poenitentium suscepturi sint. Multae siquidem Franciscum inter et Teresiam intercedunt conformitates: uterque Seraphicus in ardore: uterque legifer ad Monachos utriusque sexus instituendos; uterque vulneratus ad Crucifixi imaginem: uterque mortuus eodem mense et die, saeculis licet diversis; unus et altera tandem monstrati sunt cuidam sanctimoniali foeminae simul perfrui aeterna beatitudine in coelis. Ut igitur uberem fructum ope vestra in Ecclesia agro referre possitis, mementote horum praepositorum, quorum intuentes exitum conversationis, imitamini fidem.

Datum Viterbii die XXII Octobris quo post festa solemnia B. Francisci, centenaria III apud nos celebrantur S. Teresiae, anno MDCCCLXXXII.

I. Baptista Archiep. Episcopus.

MONUMENTA ANTIQUA

MIRABILIA
FACTA A PATRE MARCO AB AVIANO

Mirabilia, quae Mirabilis ac Omnipotens Deus Mechliniae. in Brabantia operari dignatus est 23.tia et 24a Mensis Iunii Anni 1681 per Benedictiones et merita R. Patris Marci ab Aviano, sunt haec sequentia.

Primo. — Dominus Locaert Insulensis ac supremi Consilii Mechliniensis Advocatus, diuturna infirmitate totus viribus exaustus ac formata thysi laborans, 23.tia Iunii anno 1681, circa medium secundae noctis, ductus fuit rheda ad nostrum Conventum, ubi decumbens ac sedulo se ad bonam Confessionem ac sacram Communionem preparans, summopere ad adventum R. P. Marci ab

Aviano anhelabat. Postea sacra Communione refectus, circa medium quartae pomeridianae, a R. P. Marco in cubiculo ubi decumbebat, visitabatur, et ad perfectam peccatorum suorum contritionem ac veram fidem seu fiduciam in Dei Omnipotentis misericordiam ferventi aliqua exhortatione ab ipso excitabatur, ac tandem Benedictione ipsius accepta, absque alicujus adiutorio e strato surrexit, ivit ad Portam Conventus nostri, inde domum est reversus, et juxta judicium duorum Medicorum qui illum tempore infirmitatis ejus saepius visitarunt, ac varia ipsi medicamenta praescripserant, perfectam sanitatem suam recuperavit, quam juxta depositionem dictorum Medicorum factam R. adm. ac Amplissimo Domino Amato Coriache Archiepiscopatus Mechliniensis Vicario Generali, supernaturaliter tantum obtinere potuit.

Rumor tamen spargitur quod Insulis iterum eadem infirmitate decumbat.

Secundo. -- Cornelia Gutterbecch aetatis 36 annorum ac magni Reginasii Mechliniensis Regina, ratione diuturnae infirmitatis suae, omnem suam substantiam erogaverat in Medicos, nec aliquid opere manuum suarum lucrari poterat; ideo a communibus dicti Reginasii eleemosinis in infirmaria sustentabatur, insuper clauda, nervis utriusque pedis solutis, absque fulcris incedere minime poterat, nec imo fulcrorum adminiculo usque ad Ecclesiam (licet vix centum passibus ab infirmaria ejus distet) poterat pergere; in sacello domestico non flectendo sed sedendo Sacram Communionem sumere debebat, ac a variis Medicis ac Chirurgis incurabilis judicata fuit. Sed quae incurabilia ac impossibilia corporum nostrorum Medicis dicuntur, haec curabilia et possibilia sunt apud divinum illum animarum nostrarum Medicum. Vigesima enim quarta mensis Iunii, dicta Cornelia portata ad templum nostrum ut Benedictionem R. P. Marci ab Aviano cum multis aliis infirmis acciperet, passa est deliquium animi et magnum dolorem in utroque pede sentiens instanti sanabatur, sola sine fulcris domum revertebatur, et altero die superioritatem domus absque difficultate ascendere, et per totam civitatem ambulare potuit.

Haec etiam fuerunt deposita Amplissimo Dno *Vicario Generali* ac juramento firmata.

Tertio -- Nonna Barbara Obdenbosch Bruxellensis, aetatis 46 annorum, Religiosa ordinis S. Augustini Mechiniae in Monasterio Bethaniae, talem contraxerat in gutture raucedinem, ut spatio quinque annorum Divinum Officium cum caeteris Monialibus in Choro decantare, nec tempore mensae legere in refectorio potuerit: insuper ad tollendam illam raucedinem varia sumpserat medicamenta ac vomitaria a variis Medicis praescripta, nec illis sumptis vocem ullatenus recuperare potuit. Haec maximo zelo Benedictionem R. P. Marci ab Aviano desiderans, peccatorum suorum confessione praevia, sacra Communione refecta in Festo S. Ioannis Baptistae Anni 1681, eadem hora qua R. P. Marcus generalem Benedictionem Populo Mechliniensi dabat, se ad orationem composuit, et illa eadem hora sic gutturis ejus raucedo ablata fuit, ut petita Benedictione suae Priorissae, a meridie clara voce Vesperas Divini Officii cum aliis Monialibus in Choro decantare coeperit, nec postea ullam raucedinem contraxerit.

Haec mihi deposita sunt in presentia P. Anacleti Sacerdotis, a dicta moniali et a dicti Monasterii Subpriorissa. Mechliniae restat examinanda mirabilis curatio alicuius adolescentis habitantis in Louderzeele.

Item liberatio Annae Nicolai energumenae a 40 circiter annis, et a 50 Annis Regina in Magno *Reginasio.*

Item liberatio alterius energumenae et Reginae in parvo Reginasio: vocatur Clara Van Loech Mechliniensis.

SINCERA EXPOSITIO
Mortis, Funeris et Sepulturae R. Patris
MARCI AB AVIANO
CONCIONATORIS CAPUCINI

« Decurrente Majo hujus anni 1699, rediit in hanc Urbem Viennensem R. P. Marcus ab Aviano, comite P. Laurentio ab Utino, loco P. Cosmae a Castro- Franco ejus consueti socii, in Italia ab infirmitate detenti. Cum ejus Paternitas esset plus solito macie confecta praeferebat exilitatem salutis. Et revera saepe quaerebatur de non bona valetudine. Hoc minime obstante fuit assiduus in Altari, et frequens in Concionibus, non sine ingenti tum laude tum satisfactione Augustissimarum Majestatum, Serenissimae Prolis, totiusque Caesareae ac Regiae Aulae, horumque omnium populorum.

Caesaris audientias itidem frequentavit, et semper juta proprium institutum; Majestatis Augustissimae inclinatas aures, ad Altissimi gloriam, bonum publicum, humilium et afflictorum levamen, unice expedivit.

Augebatur in dies morbus diathesis, sive colici doloris: ita ut illi necesse fuerit Medicorum curae se subjicere: quam ob rem summa pietas et clementia Monarchae Augustissimi assignavit peritiores et ipsosmet deputatos ad Imperialem salutem refovendam: fuit etiam semper adaperta Pharmacopaca Caesarea offerendis remediis, ac continuatis temporibus, sero et mane ad mandatum Clementissimarum Caesarearum Majestatum, adfuit Illustrissimus Dominus Baro Hieronymus Scaluinoni, Excelsae Camerae aulicae Consiliarius, et Arcanus Sacrae Caesareae Majestatis Thesaurarius, ad subaudiendum et referendum infirmi statum, ad vigilandumque ne ejus curae quidquam deesset.

Nihilominus neque sapientia Medicorum, neque remediorum vigor, inter quae olei balneum, profuerunt: appropinquabat enim hora qua devotus ille spiritus ad Amantis divini amplexus convolaret, et ab increata Bonitate et Iustitia rectorum operum in terra praestitorum praemiis cumularetur.

Perduravit infirmitas 15 assiduis diebus unde summopere fractus viribus aliquod solatium traxit ex visitationibus Eminentissimorum Cardinalium a Colnloitz, et Grimani, nec non Illustrissimi ac Reverendissimi D. Nuntii Apostolici, qui genuflexus prope lectum Plenaria Absolutione et Sancta Summi Pontificis in Articulo Mortis Benedictione, fugientem pene spiritum recreavit. Nonnulli quoque Magnates ipsum inviserunt: et idem facere statuerant alii Viri majores gentium, sed vetantibus medicis desiderium suum compescere coacti fuerunt.

Refectus Sanctissimo Viatico ac aliis Sacramentis, Professionem emisit fidei, et Religionis Vota renovavit, rarum adstantibus praebens devotionis exemplum.

Admoniti Caesar et Augusta de ipsius vitae periculo, cum eum jam ante sub Festo Portiunculae cum Serenissima Prole visitassent, clementissimo adacti studio illum denuo adire decreverunt.

Ideo intellecto circa Vesperam 12 Augusti illius extremo periculo, mane diei jovis subsequentis circa horam 10 e Palatio suburbano, vulgo *favorita*, ad Coenobium in urbe se transtulerunt, ibique Patrem Marcum sibi praesentem per quadrantem horae sunt allocuti, magna quidem ex una parte cordis tristitia, ab alia tamen animae consolatione; et novissima Benedictione suscepta descenderunt. At vix rhedam ingressis Patrem Marcum in agone constitutum esse innotuit.

Itaque mox regressi ad Cellam et appropinquantes lectulo singultantis animam inventoque ipso accensam candelam in dextera gestante, genuflexi, et dolore tacti se comites dederunt Moribundi gemitibus: imo Augustissimi vicissim cum P. Guardiano proferebant O-

rationes, et animae praescriptam ab Ecclesia commendationem, perstiteruntque omnes in officio pietatis, usquequo spiritum exhalavit: quod accidit circa horam undecimam, animo pacato, et ostendens se vicinum aeternae Beatitudini, cum ante protulisset verba plena fide ac zelo erga Crucifixi Domini Imaginem, quam contrectabat, ejusque vitae exemplaritati correspondentia. Post haec, Defuncti manibus exosculatis, Maiestates Caesareae discesserunt. Spatio illius diei, et subsequentis noctis expositum fuit Corpus, quod adhuc ab anima informatum videbatur, in arcano Sacello praefatorum patrum Cellis contiguo. Summo postea mane ineunte, translatum et expositum fuit, ad clementissimum Caesaris Mandatum, in Ecclesia intra Sacellum Augustum, ubi sacra peregit privatim Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus Nuntius Apostolicus, et quo se post prandium transtulerunt Serenissimae quatuor Archiducissae ad manus Defuncti deosculandas, colligentes devotissime flores, quibus erat idem corpus abundanter conspersum. •

Fuit etiam poene innumerabilis confluxus Matronarum, Equitum, et Civium oscula dantium manibus et pedibus ita candidis quasi ex alabastro constarent; inhiantem Corporis venerationi populum vix poterant praesidiarii milites cohibere: ex quo liquet universalis devotio gentis, cum omnes curarent aliquem ex floribus colligere.

Fuit mens ipsum tumulo mandare advesperascente 14 Augusti; at Caesarea Majestas dilationem imposuit usque ad diem Lunae 17; interim multis Ecclesiis pro Missarum celebratione a dicta Majestate copiose donatae sunt stipes. Et notandum quod ad exemplum Imperatoris etiam non pauci inopes pecuniam erogaverint ad suffragandam missis benedictam animam, quam ab Angelis fuisse susceptam pie sperandum est.

Deductis ad executionem clementissimis Sacrae Caesareae Majestatis mandatis pro celebrandis exequiis, mane die Lunae 17 Augusti se contulerunt a palatio suburbano Favoritae Caesar, Augusta, Majestas Romanorum Regis, Serenissimus Archidux ac Serenissima Archiducissa ad Templum RR. PP. Capucinorum in urbe, ubi ante summum Altare expositum erat Corpus defuncti P. septum cancellis hac de causa compactis, custoditum a pretorianis Militibus, et Praesidia... distributis ut arcesseretur populus, tantumque Matronis, Optimatibus ac Equitibus aulae concederetur ingressus.

Romanorum Regis Majstas statim post templi ingressum fuit sola ad os manui defuncti admovendum, et advento Augustissimocum ipse Oratorium conscendit audiendi caussa sacrum ab Illustrissimo ac Reverendissimo D. Viennensi Episcopo ac Sacri Romani Imperii Principe cantatum in atris vestibus, respondente choro ex praecipuis aulae musicis.

Post lugubre sacrum facta aspersione, thurificatione, caeterisque ceremoniis adimpletis, Dnus Episcopus Nitriensis in honorem SS. et Immaculatae Virginis Dei Genitricis in albis celebravit. Tam PP. Capucini quam aulici omnes exierant e Templo ut conscendentibus rhedam Augustissimis inservirent, cum ipsaemet Majestates descendentes ab Oratorio ad Templum cum Serenissima Prole, osculo Defuncti veneratae sunt manus, quas invenerunt molles, et palpabiles quasi essent viventis hominis, observatusque est sanguis in venis, omnibus stupescentibus, eo magis quod decurrenti caniculari tempore post quinque dies nullus faetor nares offendebat; serta et flores quibus mortales exuviae erant refertae, et ab Augusta quotidie munifica renovati, diligenter collecti fuerunt, ac Nobiles Virgines Majestatum obsequiis dicatae colligatos prae manibus tenebant ad majorem devotionem excitandam.

Patres in reditu ad Ecclesiam feretrum clauserunt quod in nucea Capsa repositum, in proprio Religionis condiderunt sepulchro prope monumentum Caesareum; ac ultra tot signa amoris, et devotionis Augustissimorum et Serenissimae Prolis, Aulicorum Imperialium, Regiorumque, nec non universi populi erga felix illud cadaver, memoriae *R. Marci ab Aviano* adjectus est honor sequenti Epitaphio producto inter Imperii curas a mente Caesarea, gentium felicitati jugiter intenta et ab admirabli Stylo manus terrarum Dominae concinnato.

✠ PATRI MARCO AB AVIANO CAPUCINO

Concionatori, Evangelicis Virtutibus exornato

VIENNE AUSTRIAE

In Osculo Domini Sui

Suaviter Expiranti:

Leopoldus Augustus, Augusta Sua, Filiique moesti posuere.

In Calce Cippi habetur:

17. Aug. + Patri Marco ab Aviano . . . perpetua.

Quod autem litteras dicimus excoli a Clero diligenter oportere, non modo nostrales intelligimus, sed etiam graecas et latinas. Immo apud nos plus est priscorum Romanorum litteris tribuendum, tum quod est latinus sermo religionis catholicae Occidente toto comes et administer, tum etiam quia in hoc genere aut minus multi aut non nimis studiose ingenia exercent, ita ut laus illa latine cum dignitate et venustate scribendi passim consenuisse videatur. — Est etiam in scriptoribus graecis accurate elaborandum: ita enim excellunt et praestant in omni genere exemplaria graeca, nihil ut possit politius perfectiusque cogitari. Huc accedit quod penes Orientales graecae litterae vivunt et spirant in Ecclesiae monumentis usuque quotidiano: neque minimi illud faciendum, quod eruditi graecis litteris, hoc ipso quod graece sciunt, plus habent ad latinitatem Quiritium facultatis.

Quarum rerum utilitate perspecta, Ecclesia catholica, quemadmodum cetera quae honesta sunt, quae pulchra, quae laudabilia, ita etiam humanarum litterarum studia tanti semper facere consuevit, quanti debuit, in eisque provehendis curarum suarum partem non mediocrem perpetuo collocavit. — Revera sancti Ecclesiae Patres, quantum sua cuique tempora siverunt, exculti litteris omnes; nec in eis desunt, qui tantum ingenio et arte valuerunt, ut veterum romanorum graecorumque praestantissimis non multum cedere videantur. — Similiter hoc summum beneficium Ecclesiae debetur, quod libros veteres poetarum, oratorum, historicorum latinos graecosque magnam partem ab interitu vindicavit. Et, quod nemo unus ignorat, quibus temporibus bonae litterae vel per incultum et negligentiam iacerent, vel inter armorum strepitus Europa tota conticescerent, in communibus monachorum ac presbyterorum domiciliis unum nactae sunt ex tanta illa turba barbariaque perfugium. — Neque praetereundum, quod ex romanis Pontificibus decessoribus Nostris plures numerantur clari scientia harum ingenuarum artium, quas qui tenent eruditi vocantur. Quo nomine permansura profecto memoria est Damasi, Leonis Gregoriique magnorum, Zachariae, Silvestri II, Gregorii IX, Eugenii IV, Nicolai V, Leonis X. Et in tam longo Pontificum ordine vix reperiatur, cui non debeant litterae plurimum. Providentia enim munificientiaque illorum, cupidae litterarum iuventuti passim scholae et collegia constituta: bibliothecae alendis ingeniis paratae: iussi Episcopi ludos aperire in Dioecesibus litterarios: eruditi viri beneficiis ornati, maximisque propositis praemiis ad excellentiam incitati. Quae quidem tam vera sunt, tamque illustria, ut ipsi saepe Apostolicae Sedis vituperatores, praeclare romanos Pontifices de studiis optime meritos, assentiantur.

Quamobrem et explorata utilitate et exemplo decessorum Nostrorum adducti, curare diligenterque providere decrevimus, ut huius etiam generis studia apud Clericos vigeant et in spem gloriae veteris revirescant. Sapientia autem operaque tua, dilecte fili Noster, plurimum confisi, hoc, quod exposuimus, consilium in sacro Seminario Nostro Romano exordiemur: nimirum volumus, ut in eo certae destinataeque scholae adolescentibus aperiantur acrioris ingenii diligentiaeque: qui emenso, ut assolet, italicarum, latinarum, graecarumque curriculo litterarum, possint sub idoneis magistris limatius quiddam in illo triplici genere perfectiusque contingere. Quod ut ex sententia succedat, tibi mandamus ut viros idoneos deligas, quorum consilium atque opera, Nobis auctoribus, ad id quod propositum est adhibeatur.

Auspicem divinorum munerum, benevolentiaeque Nostrae testem tibi, dilecte fili Noster, Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die xx Maii Anno MDCCCLXXXV. Pontificatus Nostri Octavo.

LEO PP. XIII.

EX S. R. ET U. INQUISIT.

Responsum circa matrimonium franco - muratorum

Quaestio. — Utrum iuramentum massonicum non retractatum, considerari et tractari possit vel debeat, ad instar impedimenti matrimonium impedientis vel etiam dirimentis; et quae cautelae exigi debeant, ut matrimonium puellae catholicae cum viro franco - muratore iurato, licite aut etiam valide a parocho benedici possit.

Ratio dubitandi est quod iuramentum massonicum quo quis seipsum sectae Franco - Muratorum caece mancipat, maius impedimentum matrimonii creare videtur quam haeresis, quia doctrina istius sectae non tantum haeretica est, sed essentialiter anti-christiana, et maius quam disparitas cultus, quia malitia sectae istius malitiam infidelitatis longe superat propter nefarium finem sibi propositum radicitus evellendi e cordibus hominum fidem ipsam, ac funditus destruendi totam religionem et Ecclesiam christianam. Neque iustum videtur, si haeretici qui Jesum Chistum adhuc confitentur et SS. Trinitatem non negant, ab Ecclesia catholica severius iudicentur atque a connubiis cum catholicis strictius arcentur, quam viri ad exitium nominis christiani coniurati, qui secretis suis molitionibus omnia regna rebellione perpetua turbare, et totum mundum ruinis implere nunquam non satagunt.

Responsum. — Quod attinet ad matrimonium, in quo una contrahentium pars clandestinis aggregationibus notorie adhaeret, donec Apostolica Sedes generale decretum hac in re non ediderit, oportet ut Pastores caute et prudenter se gerant; et debent potius in casibus particularibus ea statuere quae magis in Domino expedire iudicaverint, quam generali regula aliquid decernere; omnino vero excludatur celebratio sacrificii missae, nisi quando adiuncta aliter exigant.

Die 21 febuarii 1885.

G. Pelami,
S. R. et U. Inquis. Notarius.

EX S. RITUUM CONGREGATIONE

Ordinis Minorum
Sancti Francisci Capuccinorum

Rescriptum de Festo S. Benedicti-Josephi Labre sub propria die celebrando.

Quo Kalendarium in usum Ordinis Minorum Sancti Francisci Capuccinorum majorem, uti decet, uniformitatem praeseferat cum Kalendario in usum Cleri Urbis, hodiernus ipsius Ordinis Procurator Generalis a Sanctissimo Domino Nostro Leone Papa XIII enixis precibus expetivit, ut festum Sancti Benedicti Josephi Labre Confessoris, in Kalendario sui Ordinis diei 4 Iulii affixum, amodo propria die nempe 16 Aprilis juxta Kalendarium Urbis recoli valeat. Sacra porro Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter ab eodem Sanctissimo Domino Nostro tributis, benigne annuit pro gratia juxta preces; dummodo Rubricae serventur. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 15 Decembris 1884.

D. Cardinalis Bartolinius S. R. C. *Praef.*
Laurentius Salvati S. R. C. *Secretarius.*

ORDINIS MINORUM

Sancti Francisci Capuccinorum

Instante Rmo Patre Fr. Brunone a Vintia Procuratore Generali Ordinis Santi Francisci Capuccinorum, Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII, Referente Subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, Martyrologium ad usum Fratrum et Monialium praedicti Ordinis, juxta Kalendarium perpetuum Ordinis ipsius accurate dispositum, atque ab eadem Sacra Congregatione rite recognitum, prouti in superiori exemplari prostat, approbavit, illudque ab eodem Ordine in posterum adhibendum concessit.

Die 11 Decembris 1884

D. Card. Bartolinius S. R. C. *Praefectus.*
Laurentius Salvati S. R C. *Secretarius.*

LECTIONES BREVIARII EMENDATAE

Emendationes quarumdam Lectionum Historicarum in Breviario Romano, ex decreto Sacrae Rituum Congregationis sub die 2 Julii 1883, a Sanctissimo Domino Nostro Papa Leone XIII, *die 5 et 8 dicti mensis adprobato perficiendae* (1).

DIE XXXI. DECEMBRIS.

IN FESTO

S. SILVESTRI PAPÆ ET CONF.

LECTIO IV.

Silvester Romanus, patre Rufino, a prima aetate operam dedit Cyrino Presbytero, cujus doctrinam et mores egregie imitatus est. Hic, saeviente persecutione, in Soracte monte latitaverat, et trigesimum annum agens Presbyter Sanctae Romanae Ecclesiae a Marcellino Pontifice creatur. Quo in munere, cum omni laude clericis aliis antecelleret, in Melchiadis postea locum successit, Imperatore Constantino, qui antea pacem Ecclesiae Christi lege pubblica dederat. Vix Ecelesiae gubernacula tractanda susceperat, Constantinum, jam Crucis signo coelitus illustratum, et de hoste Maxentio victorem, ad tuendam propagandamque christianam Religionem impense fovit. Quem etiam, uti vetus Ecclesiae Romanae refert traditio, Apostolorum imagines recognoscere fecit; sacro baptismate tinxit, et ab infidelitatis lepra mundavit.

LECTIO V.

Itaque auctore Silvestro, pius Imperator quam christifidelibus publice templa extruendi tribuerat facultatem, eam exemplo suo confirmavit; multas enim erexit Basilicas, scilicet Lateranensem Christo Servatori, Vaticanam Sancto Petro, Ostiensem Sancto Paulo, Sancto Laurentio in Agro Verano, Sanctae Cruci in Atrio Sessoriano, Sancto Petro et Marcellino ac Sanctae Agneti in viis Lavicana et Nomentana, et alias, quas sacris imaginibus splendide exornavit, et muneribus praediisque attributis, magnificentissime locupletavit. Hoc Pontifice habitum est Concilium Nicoenum primum, ubi praesidentibus ejus Legatis, praesenteque Constantino, et trecentis decem et octo Episcopis, sancta et Catholica fides explicata est, Ario ejusque sectatoribus condemnatis; quod etiam Concilium, petentibus Patribus, confirmavit in Synodo Romae habita, ubi iterum Arius condemnatus est. Multa item decreta fecit Ecclesiae Dei utilia, quae sub ejus nomine recensentur; idest, ut a solo Episcopo chrisma conficeretur; ut Presbyter chrismate baptizati summum leniret verticem; ut Diaconi dalmaticis in Ecclesia, et palla linostima ad laevam uterentur; ut in lineo tantum velo sacrificium altaris conficeretur.

---

(1) Obligant tantum pro novis Breviariis, juxta Monitum S. R. C. superius relatum pag. 38 Analectorum. (N. R.)

LECTIO VI.

Idem praescripsisse traditur tempus omnibus, qui ordinibus initiati essent, exercendi singulos ordines in Ecclesia antequam quisque ad altiorem gradum ascenderet; ut laicus clerico non inferret crimen; ne clericus apud profanum judicem causam diceret. Sabbati et Dominici diei nomine retento reliquos hebdomadae dies feriarum nomine distinctos, ut jam ante in Ecclesia vocari coeperant, appellari voluit, quo significaretur, quotidie clericos, abjecta ceterarum rerum cura, uni Deo prorsus vacare debere. Huic coelesti prudentiae, qua Ecclesiam administrabat, insignis vitae sanctitas, et benignitas in pauperes perpetuo respondit. Quo in genere providit, ut clericis copiosis egentes conjungeret, et sacris virginibus quae ad victum necessaria essent, suppeditarentur. Vixit in Pontificatu annos vigin i unum, menses decem, diem unum. Sepultus est in coemeterio Priscillae via Salaria. Fecit Ordinationes septem mense Decembri, quibus creavit Presbyteros quadraginta duos, Diaconos viginti quinque, Episcopos per diversa loca sexaginta quinque.

DIE XVI JANUARII

IN FESTO

S. MARCELLI PAPÆ ET MART.

In IV Lectione
Periodus sic emendanda
post Verba « Pontificatum gessit „

Cujus hortatu Lucina Matrona Romana bonorum suorum Dei Ecclesiam fecit haeredem. Aucto in Urbe fidelium numero, ad eorum utilitatem, ad baptismum poenitentiamque dandam iis, qui christianam religionem susciperent, et ad Martyrum sepulturam, novos Titulos instituit, et quasi alteras dioeceses distribuit.......

DIE XXVI APRILIS

IN FESTO

SS. CLETI ET MARCELLINI,

PONTIFICUM ET MARTYRUM

In secundo Nocturno

LECTIO V.

Marcellinus Romanus, ab anno ducentesimo nonagesimo sexto ad annum trecentesimum quartum in immani Imperatoris Diocletiani persecutione Ecclesiae praefuit. Multas pertulit angustias ob improbam eorum severitatem, qui eum redarguebant de nimia indulgentia erga lapsos in idololatriam, quaeque causa fuit, ut per calumniam infamatus fuerit, quasi thus idolis adhibuisset. Verum hic beatus Pontifex in confessione fidei, una cum tribus aliis Christianis, Claudio, Cyrino et Antonino, capite plexus est. Quorum projecta corpora, quum triginta sex dies jussu Imperatoris sepultura caruissent, beatus Marcellus a sancto Petro in somnis admonitus, cum presbyteris et diaconis, hymnis et luminibus adhibitis, honorifice sepelienda curavit in coemeterio Priscillae via Salaria. Rexit Ecclesiam annos septem, menses undecim, dies viginti tres: quo tempore fecit Ordinationes duas mense Decembri, quibus creavit Presbyteros quatuor, Episcopos per diversa loca quinque.

Sermo Sancti Ambrosii Episcopi.

LECTIO VI *Serm.* 22.

Dignum et congruum est, fratres, ut post laetitiam Paschae, quam in Ecclesia celebravimus, gaudia nostra cum sanctis Martyribus conferamus: et iis annuntiemus Dominicae resurrectionis gloriam qui consortes sunt Dominicae passionis. Qui enim socii sunt contumeliae debent et participes esse laetitiae. Ita enim dicit beatus Apostolus: Sicut socii passionum estis, et resurrectionis eritis; si tolerabimus, inquit, et conregnabimus.

Qui ergo toleraverunt mala propter Christum, debent et gloriam habere cum Christo.

DIE XX. JUNII.

IN FESTO

S. SILVERII PONT. ET MART.

LECTIO III. VEL V.

Quamobrem irata mulier mandat Belisario ut Silverium mittat in exilium. Qui exulavit in insula Pontia, unde his verbis scripsisse fertur ad Amatorem Episcocum: Sustentor pane tribulationis, et aqua angustiae, nec tamen dimisi, aut dimitto officium meum. Et sane, brevi incommodis aerumnisque confectus, obdormivit in Domino, duodecimo kalendas Julii; cujus corpus Romam delatum, et in Basilica Vaticana depositum, multis miraculis illustratum fuit. Praefuit Ecclesiae annos tres et amplius, creatis mense Decembri Presbyteris tresdecim, Diaconis quinque, Episcopis per diversa loca decem et novem.

DIE XI. JULII

IN FESTO

S. PII I. PONT. ET MART.

LECTIO III.

Subroganda in Breviario pro Officio ritus Simplicis.

Pius, hujus nominis primus, Aquileiensis, Ruffini filius, ex Presbytero Sanctae Romanae Ecclesiae Summus Pontifex creatus est, Antonino Pio et Marco Aurelio Imperatoribus Augustis. Quinque Ordinationibus, mense Decembri, Episcopos duodecim, octodecim Presbyteros creavit. Extant nonnulla ab eo praeclare instituta, praesertim ut Resurrectio Domini nonnisi die Dominico celebraretur. Pudentis domum in Ecclesiam mutavit, eamque ob praestantiam supra ceteros Titulos, utpote Romani Pontificis mansionem, Titulo Pastoris dicavit et in qua saepe rem sacram fecit, et multos ad fidem conversos baptizavit, ac in fidelium numerum adscripsit. Dum vero boni Pastoris munus obiret, fuso pro suis ovibus et Summo Pastore Christo sanguine, martyrio coronatus est quinto Idus Julii, ac sepultus in Vaticano.

DIE XI. SEPTEMBRIS.

IN FESTO

SS. PROTI ET HYACINTHI MM.

Incisum in lectione IX reformandum

Post verba « divinarum litterarum » aliquandiu in Egypto inter ascetas mira humilitate in vitae sanctitate vixerunt.....

Hoc exemplar concordat cum originali. In fidem etc. Ex Secretaria Sacrorum Rituum Congregationis hac die 17 Augusti 1883.

L. ✠ S.

LAURENTIUS SALVATI S. R. C. Secretarius.

DECRETUM

Papien. confirmationis cultus ab immemorabili tempore praestiti servo Dei Severino Boetio, philosopho martyri sancto nuncupato. (1)

Anicius Manlius Torquatus Severinus Boetius ex nobilissima inter Romanas Anicia familia progenitus, eximiae doctrinae laude floruit, sed multo magis Christianae pietatis studio extitit conspicuus. Divitiis affluens, pauperes ac miseros liberalitate et benevolentiae impensae juvit, philosophica et mathematica

(1) Manlius Torquatus Severinus Boetius alias Boethius, natus circa annum 470, rei pubblicae administrandae, sub Theodorico Rege, praefuit. Ab Arianis calumniis et dolosis artibus insectatus anno 524 martirio coronatus est, ut in Decreto refertur. Varia mirae eruditionis de re philosophica scripsit opera, illumque celeberrimum librum qui inscribitur: *De Consolatione philosophica.* Porro suprascriptum Decretum hic referimus, non solum in honorem S. Martyris magis vulgandum, sed etiam ut evidentius pateat quanta fuerit levitas horum historicorum qui crepantibus buccis *criticam modernam* invocantes, Beatum martyrem inter scriptores paganos annumerarunt. (N. R.)

studia summopere coluit, theologicis quoque animum applicuit, de quibus disciplinis egregia etiam edidit volumina. Quum tot tamque insignia virtutis et ingenii argumenta praebuisset, primum a Theodorico Gothorum Rege, qui tum Italiae sortes moderabatur, in Senatorum Collegium cooptatus, dein ad supremum consulatus honorem evectus est. Hisce autem auctus honoribus, Severinus Boetius, haud neglecto, quo fungebatur, munere reipubblicae gubernandae, curas omnes ad bonum Ecclesiae procurandum potissimum convertit. Quare Theodoricus tanti Viri praestantiam demiratus, eum singularis benevolentiae et aestimationis signis complecti non destitit. Verum quum Justini senioris Imperatoris opera, res catholica in Arianorum perniciem refloresceret, Rex Theodoricus qui eousque Catholicos humanissime tractaverat ratus regnum suum haud stabile fore nisi Catholicam Religionem ulterius promoveret, et justitiam in tuto collocaret, acerrimus, uti erat, Arianae haeresis sectator, ira efferbuit, et Catholicam Fidem subdolis artibus insectandam sibi proposuit. Idcirco tres praecipuos Catholici nominis proceres perdere deliberavit, nempe Johannem primum, Summum Pontificem, Symmachum Patricium, et Severinum Boetium, Consulem; his enim de medio sublatis, reliquos Catholicae Fidei cultores animo facile dejectum iri arbitrabatur. Hinc regis imperio Joannes Summus Pontifex comprehensus et Ravennam ductus, ibi in teterrimo carcere inedia aliisque ærumnis confectus obiit; Symmachus autem capite plexus est; et demum Severinus Boetius Ticinum deportatus ac in turri occlusus, gladio percussus occubuit. Ejus vero corpus, veritus iniquus Rex ne illi a Catholicis cultus exhiberetur, uti Martyri, clam tumulari praecepit. At paulo post Theodorico e vivis erepto, cives Ticinenses corpus Severini Boetii in Basilicam Beato Petro Apostolorum Principi dicatam, et nomine ad coelum aureum distinctam transferre, et honorifico sepulchro condere curarunt. Exinde sacras hasce exuvias, non secus ac Martyris, Catholici venerari ceperunt; proindeque cultum Severino exhibitum ab ejus obitu originem duxisse ex probatissimis monumentis satis evincitur.

Haec quidem jure meritoque permoverunt Ticinenses cives aliosque plurimos, praesertim doctrina praestantes, ut hujusmodi cultus, ob eam, quam prefert nobilitatem insignemque vetustatem, ab Apostolica Sede confirmatio postularetur. Quibus tandem votis obsecundare maxime cupiens hodiernus Ticinensis Episcopus ordinaria potestate constructis probcessualius tabulis de immemorabili eodem cultu affirmativam juridicam sententiam dicere minime dubitavit, eamque supremo Apostolicae Sedis judicio de more subjecit. Hinc postquam ea, quae a sa. me. Urbani Papae VIII constitutione sancita sunt, rite praestita fuere, in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis comitiis subsignata die penes Vaticanas Aedes habitis, Emus et Rmus Dominus Cardinalis Lucidus Parocchi Causae hujus relator, sequens proposuit Dubium: « An sententia lata a Reverendissimo Domino Episcopo Papiensi sit confirmanda in casu, et ad effectum de quo agitur?

Eminentissimi porro et Reverendissimi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, omnibus accurato examine perpensis, auditoque voce et scripto R. P. D. Augustino Caprara, sanctae Fidei promotore, rescribendum censuerunt: Affirmative, seu sententiam esse confirmandam. Die 15 Decembris 1883.

Facta postmodum de praemissis per infrascriptum Secretarium Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII fideli relatione, Sanctitas Sua rescriptum Sacrae ipsius Congregationis ratum ha-

buit et confirmavit iisdem die, mense et Anno.

D. Card. Bartolinius S. R. C. *Praefectus.*

L. ✠ S.

Laurentius Salvati S. R. C. *Secretarius.*

EX S. CONG. EPISCOP. ET REGULARIUM.

ROMANA SEU VENETIARUM

FF. Minor. Capuccinorum S. Francisci
Super obligatione recitandi Divinum Officium
Die 24 Martii 1882 (1)

Compendium Facti. Pater Pacificus a Conegliano, Provincialis Min. Capuccinorum Venetae Provinciae, Beatissimo Patri humiliter exposuit quae sequuntur : Summus Pontifex Pius IX in audientia habita a Secretario s. Congregationis super statu Regularium die 6 Augusti 1858, duobus dubiis a Magistro generali Ordinis Praedicatorum propositis, nempe: 1° « An professi votorum simplicium, quae professioni votorum solemnium, juxta Litteras Encylicas diei 19 Martii 1857 praemitti debent, teneantur ad officium divinum? 2° An teneantur ad observantiam Regulae Ordinis, prout solemniter professi? respondendum mandavit. Ad primum non teneri ad privatam recitationem divini officii, debere tamen choro interesse, ut solemniter professi. Ad secundum affirmative, firma declaratione, jam data quoad votum paupertatis. »

Hinc non parva inter Theologos praedictae Minor. Capuccinorum provinciae dissensio orta est super onere divini officii recitandi pro clericis professis votorum simplicium, in Ordine Fr. Minorum. Quidam enim absolute inhaerentes declarationi Pii Papae IX in responsione ad primum, dicunt, praedictos clericos non teneri ad officii privatam recitationem, quia praedicta declaratio, utpote generalis, omnes professos votorum simplicium cujusque Ordinis afficit. Plurimi autem contrariam sententiam tenent. Isti distinguentes inter varias Regularium regulas, non loquendo de institutis quae vota solemnia non habent, observant quod fere in omnium Ordinum regulis non fit speciale praeceptum divinum officium recitandi, sicuti habetur in regula Fr. Minorum S. Francisci. Pro omnibus Regularibus votorum solemnium obligatio divini officii recitandi tum in choro, tum privatim extra, oritur ex antiquissima consuetudine, quae, uti aiunt Theologi, vim habet legis graviter obligantis. Et haec obligatio pro singulis praedictorum regularium incipit a die, quo qui statui regulari perpetuo et solemniter se dedit, id est ab ejus solemni professione.

Non idem autem dicendum de Fr. Minoribus. Pro istis obligatio divini officii recitandi, non tantum ex antiquissima consuetudine oritur quantum ex gravi praecepto regulae; quod praeceptum aperte declaratum est a Clemente V. cap. Exivi : « declaramus quod clerici faciant divinum officium juxta ritum S. Romanae Ecclesiae sit obligatorium. » Hinc conludendum est quod ex vi regulae omnes professi in Ordine Fr. Minorum S. Francisci tenentur ad officium divinum. Et haec obligatio officii recitandi sive in choro, sive privatim pro F. Minoribus tunc incipit, quum incipit obligatio regulam observandi; sed et haec obligatio incipit ab ipsa votorum simplicium professione, uti declaravit Pius IX in responsione ad secundum. Ergo et omnes professi votorum simplicium in Ordine Fr. Minorum tenentur ad recitationem di-

(1) Compendium facti et, quae sequitur, Disceptationem synopticam transcribimus, quasi de verbo ad verbum, ex Ephemeridibus « *Acta S. Sedis* » in quibus tota rei positio sat fideliter et analytice traditur.

vini officii sive privatam, sive pubblicam in Choro, uti solemniter professi. Hanc sententiam certam habet Minister generalis de Observantia: ait enim de responsione Pii Papae IX ad primum: haec generalis resolutio applicari non potest illis Ordinibus, in quibus forte recitatio divini officii de praecepto injungitur a regula, uti ex. gr. in Ordine Minorum. Si enim professi votorum simplicium tenentur ad observantiam regulae Ordinis uti solemniter professi, et regula praecipit divini Officii recitationem, evidenter sequitur simpliciter professos ad illam teneri.

His non obstantibus cum fautores contrariae sententiae in suo sensu persistant, orator obsecrat S. Vestram, ut ad rectam et certam normam agendi praebendam, declarare dignetur dubium in calce expositum.

DISCEPTATIO SYNOPTICA

Animadversiones P. Procuratoris Generalis. Pro partibus muneris sui adimplendis, Rmus. P. Procurator nonnullas observationes Emorum. Patrum sapientiae submittit, videlicet: Responsum a sa. me. Pio IX die 6 Augusti 1858 ad primum dubium, nempe: *Non teneri* (professos votorum simplicium) *ad privatam recitationem divini officii* generaliter habitum fuisse ceu authenticam declarationem quoad onus in genere recitandi divinum officium tum in privato, tum in publico, quod inest religiosis Ordinibus, vi perantiquae consuetudinis, quae vim legis obtinuit: non autem ceu declarationem quoad obligationem recitandi divini officii, quae ex. gr. enascitur a receptione Ss. Ordinum, vel a lege speciali alicujus Regulae vel Instituti. Quod si dictum responsum haud limitaretur ad obligationem recitandi divinum officium pro Regularibus in genere, quae ex consuetudine enascitur, sed absolutum foret, absurdum pareret: quia in clerico professo votorum simplicium omnem destrueret legem quoad obligationem officii divini, et quamvis subdiaconus, non obstringeretur ad officium divinum recitandum.

Ex variis responsis ab Apostolica Sede datis, ante responsionem Pii IX, quoad obligationem recitandi divinum officium pro Religiosis Galliarum, eruitur semper servatas fuisse obligationes enatas a Constitutionibus propriis cujuslibet societatis religiosae. Quomodo ergo dici poterit voluisse Apostolicam Sedem per hoc responsum quasi ad nihilum redigere obligationes promanantes a regulis ipsis particularibus Ordinum Religiosorum, et praecipue Ordinis S. Francisci?

Dubium propositum est generale pro omnibus Ordinibus Regularibus, relate ad obligationem divini officii. Sed obligatio divini officii incumbit omnibus Ordinibus religiosis, eo quod descendat ab antiqua consuetudine, quae vim legis obtinuit. Ergo responsum diei 6 Augusti 1858 respexit tantum obligationem recitandi divinum officium, uti generalem pro omnibus Regularibus, vi consuetudinis; haud respiciens obligationes quoad officium quae inveniri possunt apud unum vel alterum Ordinem. Neque dici potest responsum illud induere caracterem dispensationis, uti aliquis putavit: eo quod deest forma concessionis, quam nemo expetivit per supplicem libellum. In Ordine Minorum Obs. apud omnes pro certo habetur, quod professi votorum simplicium tenentur ad recitationem divini officii vi legis peculiaris, seu regulae s. Francisci cap. 3 « Clerici faciat divinum officium secundum ordinem santae Romanae Ecclesiae. » Et ideo Minister Observantium in litteris circularibus ad suos religiosos, loquens de responso Pii IX ait « haec generalis re« solutio applicari non potest illis Ordi« nibus, in quibus forte recitatio divini

« officii de pracepto injungitur a regula:
« uti ex. g. in Ordine Minorum. Si enim
« professi votorum simplicium tenentur
« ad observantiam regulae Ordinis,
« prout solemniter professi, et regula
« praecipit divini officii recitationem, evi-
« denter sequitur simpliciter professos
« ad illam teneri. »

In Ordine Min. Conventualium communis generalisque est opinio, responsum diei 6 Augusti haud sustulisse, neque infirmasse grave regulae praeceptum, quod omnes obstringit professores ad recitandum divinum officium, tum publice, tum in privato. Eamdem esse sententiam apud Min. Capuccinos in cunctis provinciis, una vel altera excepta. His fretus rationum momentis censuit Procurator jam probatum, quod professi votorum simplicium in Ordine F. Minorum obligantur, vi regulae, ad recitationem privatam officii Divini, non obstante responso diei 6 Augusti 1858. Quoad eosdem manet in suo robore praeceptum regulae: « Clerici faciant divinum officium, juxta ordinem sanctae Romaoae Ecclesiae: cap, 3. »

Votum Consultoris: Primo Consultor vim Regulae Seraphicae obligatoriam in casu infirmare satagebat. Dein vero conabatur ostendere quod Responsum diei 6 Aug. 1858, omnes omnino Ordines Regulares, etiam Minores, includebat.

Cardinalis Ponens. Positio causae commissa fuit Emo. ac Rmo. Cardinali Thomae Zigliara qui, dubiis hinc inde perpensis, authenticas et originales antecedentium responsionum positiones perscrutatus est. Hinc:

DUBIUM

« *An Professi votorum simplicium in*
« *Ordine Minorum* ex vi regulae, te-
« neantur ad privatam recitationem di-
« vini officii, ut solemniter professi? »

RESOLUTIO

Sacra Congr. Episcoporum et Regular., re discussa, sub die 24 Martii 1882, censuit esse respondendum:

« *Non teneri ad normam Rescripti diei*
« *6 Augusti Anni 1858.* » (1)

ACTA ORDINIS

CAPITULA PROVINCIALIA

POST NOVISSIMUM GENERALE CAPITULUM CELEBRATA.

XIX. CAPITULUM PROVINCIAE BELGICAE, *celebratum in Conventu Brugensi 24 Aprilis 1885.*

Electi:

MINISTER PROVINCIALIS: **A. R. P. Coelestinus a Viroviaco.**

1. DEFINITOR: A. R. P. Godefridus a Turnholto..
2. » » » » Piatus Montensis.
3. » » » » Rochus a Zondereygen.
4. » » » » Zephirinus ab Etichove.

1. CUST. GEN. » » » Godefridus a Turnholto.
2. » » » » Eduardus a Turnholto.

XX. CAPITULUM PROVINCIAE APRUTINAE, *celebratum per schedulas et per Decretum Generale 7 Maii 1885 confirmatum.*

Electi:

MINISTER PROVINCIALIS: **A. R. P. Philippus a Tussio.**

(1) Ex his liquet professos votorum simplicium in foro interno ad privatam divini Officii recitationem ex ipso Regulae textu seu ex ipsamet professione minime teneri. Attamen ratione observantiae regularis exacte servandae, necnon ratione perfectionis religiosae adipiscendae, a salutifero divini Officii onere, etiam privatim persolvendo — si forte choro intervenire non potuerint — minime dispensari debent, praetextu non obligationis in conscientia. Servus Dei non debet mensurare amorem, sed pro viribus Deo perfectissime famulari: non debet tantum peccata vitare, sed in bono abundare: non debet tantum divertere a malo sed et bonum facere. (*Nota Analectorum.*)

1, DEFINITOR: A. R. P. Antonius a Scurcola.
2. » » » » Ioseph a Leonissa.
3, » » » » Tobias a Guardiagrele.
4. » » » » Felix a Sulmona
1. CUST. GEN. » » » Prosper a Guardiagrele
2. » » » » Cirillus a Pennis.

XXI. CAPITULUM PROVINCIAE MESSANENSIS, *celebratum per schedulas et per Decretum Generale 7 Maii 1885 confirmatum.*

—

Electi:

MINISTER PROVINCIALIS: **A. R. P. Franciscus Linguaglossa.**
1. DEFINITOR: A. R. P. Joannes-Baptista a Bronte.
2. » » » » Cajetanus a Castroreali.
3. » » » » Alexander a Nicosia,
4. » » » » Hyacinthus a Troina.
1. CUST GEN. » » » Aloisius a Valledolmo.
2. » » » » Franciscus ab Ali.

FRAGMENTA SERAPHICA.

IN HONOREM S. FELICIS A CANTALITIO

I.
De Vita ejus saeculari.

—

Quale solemni decus a Triumpho
Omnium vultus rapit, atque mentes?
Qualis in terris micat insueto
Gloria fastu? (1)

—

Digna Francisci petit astra proles
Inclytus Felix, nova lux in aula
Coelitum fulgens, hilarat recenti
Lumine mundum.

—

Suaserat Coelum Patris (1) ut (futurae
Filii praestans nota sanctitatis)
Augurans nomem docili paravit
Plurima virtus.

—

Intéger vitae teneris ab annis
Improbas inter pecudes, saluti
Consulens, Christo satagebat uni
Mente vacare.

—

Nunc sacros ritus animo revolvens,
Nunc crucis signum venerans in ulmo, (2)
Nunc preces fundens, memorique laetas
Pectore grates.

—

Quin et infidos face ne pudenda
Urgeret sensus fugiens voluptas,
Cautus insontes rigidis subegit
Legibus artus.

—

Huic brevis somnus, minor esca, sermo
Vana devitans, oculus pudicus,
Lacrymae juges, gemitus perennis,
Sudor anhelus. (3)

—

Sic inoffensam fatui dolosis
Syrtibus saecli, Domino regente,
Subtrahens cymbam placidis Minorum
Appulit oris.

—

Laude sed jugi, celebretur una
Unus et Trinus moderator Orbis:
Tuque nos mundo prece da latere,
Optime Felix.

---

(1) Hymnus hic relatus ex quodam documento in Archiviis municipalibus civitatis Mimatensis (vulgo *Mende* in Gallia) transcripto, in solemnitatibus canonisationis compositus fuisse videtur.

(1) S. Felicis pater vocabatur *Sanctus* Caratto alias Porrori, materque *Sancta* de Nobili. Dubitant tamen hagiographi utrum illa fuere nomina authentica, vel potius cognomina ipsis, ob praeclaras virtutes, posterius imposita.

(2) *Venerans in ulmo* » i. e. in cortice ulmorum, arborumve: illa enim erat tenelli Pastoris consuetudo, incidendi nempe in cortice arborum quosdam Crucifixi vel B. M. V. rudes imagines quas proprii Oratorii loco in agris et montibus sibi habebat.

(3) Minus recte hymnographus S. Felicis *juges lacrymas, gemitumque perennem* decantat. Certum enim est quod sanctus noster, etsi contra seipsum rigidissimus, semper tamen et erga omnes sese comem, affabilem, hilarem, et immo saepe saepius lepidum, speciatim cum S. Philippo Nerio. exhibuit.

II.

De vita ejus privata in Religione.

—

Iam peroptata statione laetus
Concito callem pede strusiorem
Non regressurus rapit ad suprema
Qua via monstrat.

—

Allicit virtus; neque segniores
Avocant curae: fuerit cruentis
Obrutus verbis, silet, et sequendae
Firmior haeret.

—

Mille conceptum studiis amorem
Numini charo prius exhibere;
Explicat vires, superumque (1) gestis
Millibus audet.

—

Aggerat sacros, quibus ardet ignes
Aestuans fervor. Praeit imperantis
Iussa: nec quidquam putat indecorum
Mens sibi vilis.

—

Irruunt hostes: truculenta circum
Tela vibrantur: sed enim moveri
Inscius tetrum fugat aemulandis
Nisibus agmen.

—

Orat et sursum rapitur precando:
Praepetes acer labor addit alas:
Orat attentus simul et labori
Sedulus instat.

—

Subditus cunctis, veneratur omnes,
Horridis sese cruciat flagellis,
Asperat parco famis inquietum
Pane rigorem.

—

At sibi quanto placeat nitore
Alta paupertas, comes alma Patris,
Vilior pannus docet et repugnans
Quilibet usus.

—

Laude sed jugi celebretur una
Unus et Trinus moderator orbis:
Tuque nos Christo prece da placere
Optime Felix.

(1) « Superumque gestis » i. e. gesta heroica superorum seu sanctorum aemulari satagebat.

III.

De vita ejus publica in Religione.

—

Ecce quem mundo Dominus cadente
Deviis misit; sed ut evocaret
Aptius, cunctis dedit affuturae (1)
Hunc tibi, Roma.

—

Praestitos victus legit; at petenti
Larga si praestet manus ampliores
Ipse virtutum tibi grandiosa
Laude rependit.

—

Moribus castis, scelerum severus
Censor, errantes tot ab inferorum
Faucibus tollit, quot odore virtus
Icit amoeno.

—

Fatur, et dirae cohibentur irae;
Plangit, et turpes choreae recedunt; (2)
Subvenit fractis et amara prorsus
Murmura cessant.

—

Instat, et nullo retinenda froeno
Charitas transfert; patet Urbs medenti:
Admonet, sedat, reprehendit, urget,
Erigit, excit.

—

Edocet virtus, et, ubi sit aeger,
Aut inops, pandit. Velut universis
Flentibus natus, fovet unus omnes,
Nec perit ullus.

—

O stupor! Nusquam, nec in Urbe tanta
Defuit menti pia solitudo:
Nec salax puram labefecit aura
Virginitatem.

—

Scilicet cujus manus in corona (3)
Cor super coelos, oculi deorsum:
Innocens tanta potuit vacare
Cura labori.

—

(1) Forsan *affuturis?*

(2) Alludit hymnographus ad quamdam processionem quam inter jocosas Carnisprivii nugas, S. Felix una cum aliis Cappuccinis et pluribus S. Philippi discipulis, quo major erat populi concursus, apparatu quodam terribili, peregit.

(3) Coronam precatoriam in manu tenens.

Laude sed jugi celebretur una
Unus et Trinus moderator orbis:
Tuque nos zelo, prece da moveri,
Optime Felix.

IV.

De Morte ejus gloriosa.

—

Hauserat vires diuturnus ardor
Nec tamen fractus, licet incitetur,
Sarcinam mittit, ratus imputandum
Mittere crimen.

—

Annuit zelo Deus, et favente
Dextera centum referens ad unum
Quam forent crebris sibi grata signis
Gesta revelat.

—

Annuit Christus, placidoque vultu
Rursus apparens, iterat favores.
Annuit Divum comitata coetu
Virgo colenda.

—

Gratiis tandem gravis, et dierum
Plenus, occumbit prius augurata
Morte, donandus merito perenni,
Merito vitae.

—

Perge, festivus, pie quo vocaris:
Cessit invicto tibi mundus atrox.
Perge: Te coelo manet ampla merces,
Claraque Laurus.

—

Mortui corpus, quasi dormientis
Molle, formosum, rutilans, fragransque
Inscii quondam sibi postulato
Marmore condunt. (1)

—

Confluunt aegri; tumulumque cingit
Turba languentum; cito qui potenter
Adfuit vivens, super astra regnans
Ocyus adstat.

—

Plaudimus laeti: placeant, rogamus.
Quos tibi grati modulamur, Hymni,
Et repellendis bona deprecare
In via damnis

—

(1) S. Felix, adhuc vivens cuidam sculptori marmoream capsam postulaverat, asserens illam sibimetipsi profuturam.

Laude sed jugi celebretur una
Unus et Trinus moderator orbis;
Tuque nos coelo, prece da locari,
Optime Felix.

MONUMENTA ANTIQUA

REGI SAECULORUM IMMORTALI ET INVISIBILI SOLI DEO HONOR ET GLORIA, IN SAECULA SAECULORUM. AMEN. I. TIM. V. 17.

ISAGOGE AD PLENAM CAESAREI

Diplomatis (infra relati) intelligentiam rerumque contentarum habendam notitiam, omnino necessaria.

SUMMARIUM — In illa *Isagoge* explicatur qualiter Petrus I Magnus decretum edidit ad instantiam P. Apollinaris Provinciae Helveticae Alumni. — Dictus P. Apollinaris Praefectus Aplicus. Missionis in Russia a Clemente XI nominatus, ab Innocentio XIII confirmatus. — vir ore et opere potens — vere apostolicus. — Omnibus magnatibus praedilectus, imprimis magno Sobiesky, Viennae liberatoris. — P. Apollinaris Consultor factus S. Congnis. — Mandatum accipit a Benedicto XIV imperiale Diploma una cum ecclesiae delineatione sibi transmittendl. — Quod reapse transmissum Archivio S. Congregationis de Propag. Fide, jussu Ssmi repositum fuit asservandum ad laudem Imperatoris, Principum, Ordinisque Capuccinorum decorem. — Nobilis familia P. Apollinaris, praesertim ipsius germanus frater, haecce documenta, propriis sumptibus, typis mandari fecerunt.

« Praesens diploma et Decretum Augustissimi totius Moscoviae Imperatoris, Petri I. Magni, emanavit in alma Urbe Imperiali Petroburgi in Ingrià, anno Cristi Millesimo septingentesimo vigesimo quarto, Septimo Jdus Januarii in favorem Latinorum Ritus orthodoxae fidei Sacrae Catholicae, et Romanae Apostolicae Ecclesiae, quo omnibus, et

singulis dictae Religionis conceditur plenum liberum ac publicum Exercitium, cum Campanis, Organis ac musica, cum permissione Ecclesiam et monasterium aedificandi in dicta Urbe pro Capucinis Ordinis Minorum S. Francisci, ad spirituale solatium omnium Catholicorum in amplissimo Russicae Monarchiae Imperio commorantium: quod post multas preces humilesque instantias gratiosissime obtinuit Reverendissimus Pater Apollinaris e Cantone Svitensi ortus, Provinciae Helvetiae Praedicator, Missionarius Apostolicus Capucinus, Apostolicae totius Russiae Sacrae Missionis, in Regnis Casam et Astrakan, ac Georgiam versus Persiam, sui Ordinis constitutus Apostolicus Praefectus: Etenim cum praelaudatus Czaar Petrus I. anno salutis Millesimo septingentesimo decimo nono Mense Augusti, dimissis laudabilibus Patribus Societatis Jesu Missionariis, ut retulit Santissimus Dominus, ex Urbe Petroburgi et Civitate Moscua, a Clemente XI. Pontifice Maximo, felicis recordationis, quosdam Missionarios Capucinos pro Catholicorum servitio in suo amplissimo Asiae, et Europae Imperio petiisset, Beatitudo sua universalis dominicae Gregis zelantissimus Pastor, et Parens amorosissimus, proprio motu, vivaeque vocis oraculo, dictum Patrem Apollinarem, qui tum temporis ad generalia Comitia sui Ordinis celebranda Romam venerat, ut tam aliqua privata sui Ordinis agenda, quam etiam commissiones quas ab Excellentissimo Reverendissimo Principe Firrau, Archiepiscopo Niceae, et ad Dominos Helvetos Confaederatosque Legato a latere Nuntio residente, apud quem pluribus annis Confessarii ac Theologi munus laudabiliter exercuit, acceperat apud Summum Pontificem tractandas, in audientia erga Sanctissimum habita anno Millesimo septingentesimo decimo nono, Mense Septembris, die Sancto Matthaeo Apostolo ac Evangelistae sacro, illum Missionarium Apostolicum pro Moscovia selegit, postea anno sequenti millesimo septingentesimo vigesimo, sexto decimo die Aprilis, absoluta auctoritate Pontificia Praefectum totius Sacrae Apostolicae constituit Missionis, facultatem et jurisdictionem ad tam ponderosum Ministerium requisitam gratiosissime contulit, et ut ad suscipiendum tam arduum iter mille periculis et obstaculis subjectum, paterne animaret, ac consolaret, suam Apostolicam Benedictionem litteris transmisit, eique assistentiam Altissimi exoptavit, ut aliis sex Patribus ejusdem Ordinis et Nationis, pro hac Missione destinatis, citius jungeretur. Quem postea effluxis annis praetiosis predicationis evangelicae sudoribus perfusum, et Apostolico jussu magno animarum fructu, et Heterodoxorum conversione laudabiliter consumato, fideque constantissimo animo servata, Innocentius XIII. Successor Papa, Christi in terris Vicarius, tenerrimo quoque affectu ac paterno amore, ob cumulatos meritorum suorum manipulos, magnifice remuneraturus, a Moscovia Romam revocavit ad Urbem: sed cum ante suum e Missione discessum hic praeclarissimus Pontifex, e labilis vitae hujus miseriis emigrasset, assumptus in Coelum Eique in pontificia omnium maxima dignitate, speciali Dei Omnipotentis providentia, fuisset subrogatus Benedictus XIII Papa nomine et opere profecto sanctissimus, Beatitudo sua pariter dictum Patrem Apollinarem Missionarium Capucinum, si non majori, certo non minori clementia amplexa est, et gratia fovit, nam illum non solum hortata est ut novum Apostolicum cursum inchoaret, Pastoralisque solicitudinis continuaret officium, sed etiam Apostolicis litteris in Praefecturae suae munere confirmavit, cui accessit totius Sacrae de Propaganda Fide Congregationis venerabile Decre-

tum, affectuosumque confirmationis mandatum, tandem Sanctissimus Pontifex laudatum Patrem, qui jam plurimis annis cum magna laude, omniumque satisfactione in regia Poloniae Aula honorificam dignitatem Aulici Praedicatoris, Confessarii, et intimi Consiliari, ac Capellani Serenissimi Regii Principis Jacobi, Ludovici, Henrici, Augustissimi Joannis III. Magni Sobiesky, Regni Poloniae, magnique Ducatus Lithuaniae Regis Primogeniti, qui omnium ferme Principum Europae ac Regum Christianorum Consanguinitate junctus erat illius Invictissimi Regis, magnanimique Exercituum ducis, qui imperialem Urbem Austriae Viennam, ab immani Turca cum maxima suorum Barbarorum collecto exercitu arctissima obsidione cinctam jamque ad extrema redactam, et vix non subjugatam, nec non universae Christianitati, atque libertati Europae, certam ruinam, ultimumque exitium et interitum minitante ac conante, suis validissimis Regni Poloniae auxiliaribus copiis, rapido cursu, oppresso piissimo Christiano Populo divinum auxilium ardentibus precibus implorante, ad succurrendum convolavit, superbissimum tot victoriis inimicum, nomine Exercituum Domini intrepide aggressus, dexterrime fregit, ac tandem suis inimicum sanguinem sitientibus armis felicissime profligavit, desperatam Urbem evidente periculo eripuit, desolatamque Austriam salvavit, Germaniam, Italiam, aliasque finitimas Regiones, pristina libertate donavit, Invictissimus Hostium Triumphator, ita benedicente Altissimo in manu omnipotentis brachioque Excelsi Regiam personam suam, imo sanguinem et propriam vitam gloriose contemnens, admirabilem reportavit Victoriam immortali memoria dignam, Cedrisque Libani inscribendam. Primogenitus autem ejus Filius, inaestimabilis Princeps Iacobus, Augustissimum Parentem in conflictu semper a dextris comitatus, dum incomparabili valore Turcas, Tartarosque fugitivos intrepide insequeretur, medios inter hostium cuneos permixtus, in summum vitae discrimen incidit, ita ut per tres dies perditus credebatur, et haud dubie barbaro trucidandus gladio, ni a Palatino Masoviae, singulari divinae Providentiae protegente dextera, mirabiliter ereptus fuisset: utique in praemium insignis suae Christianae Pietatis et aliarum heroicarum virtutum, quas usque ad mortem retinuit, omnibus Principibus in exemplum, et orbis admirationem. Unde meritissimo jure, hic Invictissimus Rex a Venerabili Innocentio XI. Beatissimo Pontifice, ac ab aliis magnis Regibus, etiam universo Populo Salvator Urbis Viennae, Augustissimaeque Austriae Domus, nec non totius Germaniae, Italiae ac Poloniae acclamatus, et ut novus recte credentium Gedeon, ac Iosue, a Coelo destinatus, ab omnibus veneratus est. Sed ut cum venia lectoris ad caeptam metam redeamus, Benedictus XIII. igitur Romanus Pontifex praedictum Patrem Missionarium ob praeclara tam in Moscovia quam Polonia, ac Regia Aula Serenissima, Sanctae Apostolicae Sedi praestita obsequia, et sibi cumulata evangelicis laboribus merita, dignitate Consultoris Sacrae Romanae Congregationis de Indulgentiis et sacris Reliquiis clementissime decoravit, libero ejus relinquens arbitrio, opportunum seligere tempus, ad capiendam Romae collati honoris possessionem assueto requisitoque more pontificio Consultorum Albo inscripti, Anno Christi Millesimo septingentesimo vigesimo nono, die decimonono Augusti. Post multos annos Benedictus XIV. Papa evidente Spiritus Sancti inspiratione omnium infallibilem Cathedram Sancti Petri Apostolorum Principis conscendens, qui mundum universum adhuc nitidissimis virtutum, doctrinae, et sapientiae suae ra-

diis illuminat, ac prudentissime gubernat, hoc Czaarianum diploma à praedicto Reverendissimo consultore petere dignatus est, qui per manus Illustrissimi, Reverendissimi Archiepiscopi Rhodiensis, Comitis Caroli Durnii, apud Dominos Helvetos ac Confoederatos Nuntii Apostolici adjuncta delineatione Petroburgensis Ecclesiae aedificandae, ab ipso Potentissimo Imperatore Petro I. visa et approbata, ad Romanam Curiam, Sacram et Congregationem de Propaganda Fide humiliter transmisit, quae illud pariter instanter cupiebat, ut Apostolicum manipulum suae messis, maxima animi industria ac diligentia collectum, non diffidens de diurno denario accipiendo.

Quod receptum est Romae anno salutis Millesimo septingentesimo quadragesimo tertio, nono die Septembris, cum maximo, tanto Magno Pontifice digno, paterno affectu, exultantique animo, prosperaque dignatione, qui zelantissimus Domus Dei, ac divinae Gloriae Augustissimus Promotor, nullo alio delectatur cibo, quam salute animarum, ad imitationem Iesu Christi, cujus in terra Vicarius est, in conversione vilissimae Samaritanae laborantis, ignorantibusque suis Discipulis dicentis: « Cibum habeo manducare, quod vos nescitis. » Archiepiscopus vero Rhodiensis litteris rescripsit, quod non inveniat sufficientia verba ad commendandum Apostolici Missionarj Evangelicae Vineae sollicitudinem, prudentiam in agendo, in praedicando Verbi Dei fervorem, in adversitatibus ac aerumnis mansuetudinem, in periculis iterum constantiam, denique in cultura Vineae Domini Sabaoth patientiam inalterabiliter demonstratam, propterea recompensationem magis adaequatam assignari haud posse, nisi ipsum omnipotentem, qui se ipsum Sanctissimo Patriarchae Abrahae laborum, itinerumque suorum Remuneratorem, ac Protectorem et mercedem magnam nimis dignatus est constituere. Haec omnia cum supplici venia et verecunda sinceritate ita referuntur, nullo modo ad offendendas prudentissimi Lectoris benevolas aures aut minimum humanae ambitionis fucum emendicandum, neque ad proponendum Christianis cordibus hebraicum diu reprobatum mundanae vanitatis fermentum, cum Eximius Vir Romanus Consultor, tot Sanctissimorum Pontificum Romanorum, Augustissimorum Imperatorum, Serenissimorum Regum, Principum, ac Magnatum, quorum animos licet Romanae Ecclesiae non addictas sibi devincire non ignoravit, eorum propensiones,, gratias, et favores, ut vanas ac transitorias, infallibili Evangelij veritate edoctus censuerit cum religiosa modestia, et veneratione, sicut virum apostolicum decet, despiciendas, ac Regno Dei postponere: sed ut dilectis Christianorum oculis, hoc eruditum folium aspecturis, Apostolicum veritatis, evangelicaeque sinceritatis azyma, ab ipso vivae vocis oraculo pontificio haustum, sibique soli cognitum, pro sua instructione apponatur, ut haec videntes et audientes bona opera, quae mirabilis Deus in donis suis, his adhuc ultimis temporibus, per misericordiam suam non dedignatur operari, honorificent Patrem suum, qui in coelis est, et solem suum oriri facit super bonos, et malos, et pluit super justos et injustos. Hoc igitur Diploma Caesareum, Sanctitatis Suae mandato, Sacrae Congregationi de Propaganda fide, in Sancti Petri Archivio, castri Sancti Angeli collocandum et observandum traditum fuit, ad perpetuam Rei memoriam, ut fundamentum Orthodoxae fidei, columna Religionis verae et firmamentum Unionis, quod coelestis Architectus sua infinita providentia posuit in illis abscissis Europae partibus, Ecclesiae Dei vivi tandem adjungendis, et per misericordiam suam Ovili Christi

incorporandis. Liceat ergo nobis, et utique oportet, ad majorem Aeterni Numinis gloriam, divinae sapientiae debitam gratitudinem, unius Sanctae Catholicae et Apostolicae Romanae Ecclesiae majus incrementum, ad salutarem fidelium aedificationem, Pietatis Christianae Virtutumque incitamentum, omnium animarum salutem, ad immortalem tanti Caesarei Benefactoris ejusque Augustissimae Munificentiae Honorem, Christianorum Principum, etiam heterodoxorum, exemplum, et imitationem, nec non Virorum litteratorum delectationem, futurae posteritatis instructionem, et sanctissimi Ordinis Capuccinorum splendorem, ac strenuae Nationis laudabilis Helvetiae commendationem, denique etiam ad faciendam justitiam, ac dignissimam Reverendissimi Patris Apostolici Missionarij Praefecti et Consultoris Romani meritorum remunerationem, ultimo tandem ad conservandum et augmentandum Apostolicorum Missionariorum, de laboribus Apostolicae Vineae atque Evangelicae messis participantium, gaudium ac exultationem, sicut divino affectus Spiritu Regius Psalmista aggratulatur clamando, et cantando: Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos: ad hunc itaque rationi et pietati aequissimum finem, scopum, metam et Apostolicum bravium, nobilis Patricia Reverendissimi Consultoris Consanguinitas, praesertim Illustrissimus Dominus Colonnellus, dilectus ejus Germanus Frater, qui in pluribus illius itineribus comes ac in serenissima Regia Poloniae Aula Cavalerius et Consocius fuit, aeviternae germanae charitatis, sincerae aestimationis, fraternae obligationis tesseram debiteque virtutum justitiae, hoc venerabile monumentum, Caesareumque diploma proprio motu, propriisque expensis, publicae luci, et oculis universi Orbis subiicere, ac typo dare et imprimere laudabiliter decrevit, generosius praecepit, honorificentissime adimplevit, praemittendo, ad perfectam historiae Missionisque Apostolicae intelligentiam, hanc quam tu, prudens Lector, conspicis dilucidatam ecclesiam (1) et Isagogem.

AUTOGRAPHUM ORIGINALIS DIPLOMATIS
PETRI I.
MAGNI, AUGUSTISSIMI, POTENTISSIMI TOTIUS RUSSIAE IMPERATORIS MOSCORUM ARISTOCRATORIS INVICTISSIMI

SUMMARIUM. — Ad instantiam A. R. P. Apollinaris et Vice-Admiralis Ismajaviz, Imperator Russiae mandat situm aptum eligi ad aedificandum ecclesiam catholicam in civitate Petroburgensi. — Mandatum mensurandi locum. — Ejusdem mensura. — Decretum non expeditum neque execuiioni mandatum, ob dissensiones in communitate catholica. — Nova supplicatio P. Apollinaris pro novo loco. — Praedicationes Capuccinorum in lingua germanica, italica, gallica, polonica. — Facultates tributae pro ecclesiis restaurandis et nova fabricanda. — Plena libertas peragendi funtiones catholicas. — Delineatio novae ecclesiae praesentata. — Ampla facultas quoad ipsam. — Non vero quoad ecclesiam veterem, quia est propinqua palatio imperiali et Sua Majestas inquietatur sonitu Campanarum. — Taxa determinata et soluta. — Instrumenti fides.

Per expressum suae Augustissimae Majestatis Petri I, magni totius Russiae Imperatoris, datum est hoc praesens Diploma Caesareum, et ex generali Policiae Cancellaria mandatum, huius Imperialis Civitatis Petroburgensis ac totius Imperii, Admodum Reverendo Patri Apollinari, orto e Cantone Suitensi, Missionario Capucino, Romanae Catholicae Ecclesiae latini Ritus, qui aedificare debet concessam Catholicam Ecclesiam in loco jam anno Millesimo vigesimo

(1) *i. e.* ecclesiae delineationem quae in Originali adnexa erat. imperiali Diplomati.

assignatam, in Insula Admirabilitatis nostrae Imperialis Urbis Petroburgensis, existente ad parvulum fluvium, ut supplicaverat Illustrissimus Dominus Vice-Admiralis Ismajaviz, vigesimo secundo mensis Augusti ejusdem anni, in suo supplici libello, Excellentissimo Domino Antonio Dewiere, Brigadierio Caesarei Exercitus, et Adjutanti Generali Caesareae Aulae ac suae Augustissimae Majestatis, Petri, I. magni totius Imperii Russiae Imperatoris gloriosissime regnantis, nec non nostrae Generalis Policiae Cancellariae per universum amplissimumque Dominium Moscoviae, atque huius Urbis Supremo Praefecto, et Praesidi. Nempe quod Romana Catholica communitas unita et congregata in alma Urbe Petroburgensi se determinaverit, novam aedificare Ecclesiam ; hunc itaque in finem mandavit haec Cancellaria Generalis Policiae Domino Friderico Gerbel, Helveto, suae Cesareae Majestatis primario Architecto, ut ipse aptum quemdam locum eligeret in Civitate, pro dictae Romanae Ecclesiae erectione: hinc pro memorato loco jam concesso et electo licentia data est, omnia materialia pro futura Ecclesia praeparandí, quam nominata communitas desiderabat extruere juxta vires et facultatem suam; sed quia ille locus in Insula Admirabilitatis existens ad parvulum flumen, prope pontem Quostawoff nuncupatum, necdum fuerat mensuratus secundum longitudinem suam, propterea denuo Illustrissimus Dominus Ismajaviz Vice-Admiralis supplicavit, ut locus ille mensuretur, et in hunc finem assignaretur situs, qui domui Ioannis Koluginae Secretarii seu scribae nostrae Generalis Cancellariae omnino contiguus est: qua propter haec Generalis Cancellaria Policiae mandavit, ut dictus locus mensuretur, atque ut longitudo illius ad nostram generalem reportetur Cancellariam, et ut expediatur publica scriptura, instrumentum aut diploma pro dicto loco assignato: ad hunc ergo finem Excellentissimus Dominus Brigadierius Supremus Generalis Cancellariae Policiae Praesidens, suscripsit supplicem libellum de novo a Domino Vice-Admirali Ismajaviz oblatum, ut supradicti loci cum authenticis testimonis possessio accipiatur, pariter mandatum est, ut Dominus Fridericus Nicolaus Gerbel, Suae Majestatis Architectus, nostrae Generali Policiae porrigat supplicationem, eamque exacte informet de longitudine ac latitudine praedicti loci, et hoc praeceptum transmissum est nominato Domino Gerbel, Anno Domini Millesimo septingentesimo vigesimo, die tertio mensis Septembris: ad hoc ergo mandatum Architectus Dominus Gerbel Generali nostrae Policiae Cancellariae rescripsit, nono die Decembris ejusdem anni Millesimi septingentesimi vigesimi, nempe quod praedictus locus vel situs ad pontem Quostawoff existens, et contiguus domui Domini Ioannis Koluginae, jam mensuratus fuerit, ac inventus in longitudine Orgyarum trigintanovem, seu centum ac triginta sex Cubitorum, illum mensurando a vallibus aut Palisadis parvi fluminis usque ad publicam plateam Urbisque viam, ac decem et sex Orgyarum, vel sexaginta quatuor Cubitorum aut ulnarum et trium pedum latitudinis tantum penes fluvium, in quo loco nulla reperitur domus, aedificium neque habitatio; ideoque Excellentissimus Brigadierius huius Generalis Cancellariae Policiae, Urbisque nostrae Supremus Praefectus, antedictum supplicem libellum subscripsit, ab Illustrissimo Domino Ismajaviz oblatum, decimo die mensis Septembris Anno Millesimo septingentesimo vigesimo, permittens ut concedatur et expediatur publicum Diploma Augustissimi Imperatoris nomine, quod tamen Diploma Caesareumque Decretum postea ipsi nullo modo concessum, nec expeditum fuit. Et ut in supplici libello ab Illustrissimo Domino Vice

Admirali Ismajaviz anno Millesimo septingentesimo vigesimo, decimo Septembris, porrecto, continebatur, ipsum instanter supplicare, ut permittat nostra Generalis Cancellaria Policiae, in dicto assignato loco duo extruere cubicula, aut cameras, cum expressa facultate, ea asseribus tegendi, et hoc pro Custodum habitatione, et pro materialibus Ecclesiae aggregandis, ideo ad hunc finem tandem concessum est, in dicto loco duo construere cubicula, atque praeceptum est, vigesimo septimo die septembris ejusdem anni, et mandatum Illustrissimo Domino Riconovoff Generalis nostrae Policiae Cancellariae, atque huius Imperialis Urbis officiali Majori, et publicarum viarum Urbis Caesareo Inspectori, ut sine aliquo obstaculo, duorum dictorum cubiculorum liberam erectionem permittat, et ut neque per se, nec per alios suos milites, hanc fabricam impediat, tamen hucusque nihil effectum est, neque loci assignati possessio data vel accepta, nec quod ad fabricam cubiculorum, aut ad erectionem novae Ecclesiae, et hoc propter discrepantiam animorum Catholicaeque Communitatis dissensionem, ac diversarum Nationum disunionem.

Tandem elapsis tribus annis, nempe Millesimo Septingentesimo vigesimo tertio, mensis septembris decimo nono die, in supplici libello a Reverendo Patre Apollinare, e Cantone Svitensi Missionario Capucino, Missionisque Apostolico Praefecto, de novo Generali Policiae Cancellariae humiliter oblato, iterum supplicatum est, pro licentia libera novae Romanae Catholicae Ecclesiae, in supradicto novo loco construendae, qui locus assignatus fuit jam anno Millesimo septingentesimo vigesimo, pro erectione dictae Catholicae Ecclesiae, existens in Insula Admiralitatis, in platea nuncupata Maroskoi, hoc est, platea in qua Nautae Marini et Navium militia commorantur, in quo loco jam anno elapso ex praeciso Augustissimi Imperatoris nostri Petri I. Magni, ante nominatus Reverendus Pater Apollinaris e Cantone Svitensi Missionariius Capucinus accepit possessionem, et publicae viae pavimentum, vivis lapidibus sternere fecit, ac exsolvit expensas tam pro stratura platae, quam pro ejusdem loci clausura factas, summam quadragentorum rublonum, seu quadragintorum et quatuor talerorum Holandorum. Iterumque significavit nobis idem Reverendus Pater Apollinaris Capucinus, ipsum enixe et instantissime desiderare, novam Romanam Catholicam Ecclesiam erigendam ex lapidibus aedificare, ac eodem tempore supplicavit pro licentia ac securitate, tam dicti loci, quam fabricae, ac ut possit interea antiquam Catholicam Ecclesiam ligneam in antiquo situ existentem, et jam ex vetustate collabantem, ubi actualiter Patres Capucini Missionarii sua divina officia, et sacrificia Latino Romano Catholico Ritu quotidie peragunt ad maiorem divinae Omnipotentis Dei Majestatis gloriam, ac promovendam Animarum salutem singulis diebus, praesertim festivis per annum, in diversis linguis, Germanica, Italica, Gallica, et Polonica e Cathedra habentur Apostolicae Praedicationes et Catecheses fidei, quae Ecclesia lignea in suburbio Finlandiae seu Finico dicto, posita est, asseribus, et trabibus omni meliori modo contra temporum, ventorum, nivium, pluviarumque injuriam firmiter resarcire, atque solidare, donec nova Catholica Ecclesia ex lapidibus erigenda totaliter perfecta fuerit. Hac de causa concessa est plena licentia A. Reverendo Patri Apollinari e Cantone Svitensi Missionario Capucino, Praefecto Missionis, ut possit ac debeat novam Catholicam Ecclesiam ex lapidibus aedificare, et ut interea cuncta materialia ad hoc necessaria praeparare queat, donec supra dicta nova Ecclesia omnino perfecta sit; data quoque est plena li-

bertas, ut novam ex ligno, anno praeterito in novo loco ab ipso extructam, sed per ultimam aquarum inundationem in tota Urbe factam, per inundationem fluvii Naevae notabiliter devastatam, etiam possit resarcire ad usum Catholicorum suorum Ritus peragendum. Insuper mandatum et facultas data est, ut novum locum ipsi jam concessum, ac in possessionem acceptum, religiosa clausura claudere ac munire possit ac debeat; pariter ordinatum fuit, ut concedatur nominato Reverendo Patri Apollinari Svitensi Capucino plena, et omnimoda libertas, suam novam Romano-Catholicam Ecclesiam ex lapide aedificare, atque ut ipsi detur absoluta facultas, jam dictam novam ex ligno ab ipso constructam Ecclesiam Catholicam resarciendi, donec lapidea Ecclesia penitus perfecta sit; mandatum quoque est, ut nullus hominum cujuscumque conditionis, gradus aut dignitatis, status, praeeminentiae etiam Episcopalis, Ritus aut Religionis, Nationis, ecclesiasticus vel saecularis fuerit, etiam sub quocumque praetextu, causa vel ratione, ipsum praesumat impedire, nec molestare in erectione praedictae fabricae, nec ipsum audeat turbare in libero publico suo Catholici Latini Ritus exercitio, ac Romanae fidei functionibus, Sonitu Campanarum, Organi modulatione, musica, et cantu, tam in hac Imperiali Urbe, quam in aliis Russici Imperii, ubi Catholici Romani Ritus commorantur, et suam habitationem fixerunt pro servitio Augustissimae Czaarianae Majestatis.

Et cum R. Pater Apollinaris e Cantone Svitensi Praefectus Capucinus humiliter supplicaverit pro licentia et plena permissione, suam novam ligneam constructam Ecclesiam Romano Catholicam restaurandi, et omnia materialia pro constructione lapidae Ecclesiae requisita praeparandi, et novum suum locum monastica clausura claudendi, ac pro publico instrumento et Imperiali Diplomate, ejusque certa et omnimoda securitate, ideoque nos, totius Imperii Russiae ac Moscoviae supremus generalis Cancellariae Policiae atque hujus Imperialis Urbis Constitutus Praesidens, expressum ac praecisum dedimus mandatum praedicto R. Patri Apollinari Svitensi Missionario Capuccinorum Praefecto, ut ipse nobis ostenderet ac porrigeret suae novae erigendae Romanae Catholicae Ecclesiae delineationem factam, juxta quam ipse desiderabat aedificare; ipse R. Pater nobis suam delineationem personaliter consignavit. Nosque eamdem Augustissimo nostro Imperatori in ipsius praesentia reverenter porreximus, et sua Caesarea Majestas eamdem vidit, exacte ac diligenter examinavit, atque perpendit, et clementissime approbavit, ut valde bonam, et optime delineatam, laudavitque: unde Anno Christi Millesimo septingentesimo vigesimo tertio, vigesimo quarto die Mensis Decembris, Sua Imperatoria Majestas totius Russiae, Petrus I. Magnus, nec non haec generalis Cancellaria Policiae almae Urbis San-Petroburgensis, per speciale mandatum serio praecepit, ac expresse, et publice se declaravit, supra supplicem libellum a R. Patre Apollinare e Cantone Svitensi Missionario Praefecto Capucino ipsimet Serenissimo nostro Imperatori porrectum humiliter, ut sine alia mora aut dilatione, authentica scriptura publicumque Diploma, et Caesareum expediatur decretum, virtute cujus Augustissima Sua Majestas, Invictissimus Imperator, totiusque Russiae Aristocrator, Petrus I. Magnus semper Augustus, et generalis nostra Cancellaria Policiae totius Imperii, atque hujus Urbis Petroburgensis, assignatum novum situm, et locum, in Insula Admirabilitatis existentem prope parvulum flumen, ad pontem Quostowoff dictum, qui locus continet in longitudine triginta novem Orgyias, in latitudine autem Orgyias

sedecim, ac tres pedes, qui jam anno Millesimo septingentesimo vigesimo destinatus erat praedictae Romanae Catholicae communitati Latini ritus, in Urbe Petroburgensi commoranti pro memorata Romanae Catholicae Ecclesiae constructione, donavit, et dedit dicto R. Patri Apollinari e Cantone Svitensi Missionario Praefecto Capucino, et suae Religioni Capucinorum; praeterea etiam mandavit ac praecepit, ut nominato R. Patri Apollinari Capucino Svitensi plena concedatur libertas, universa materialia ad erectionem novae Romanae Catholicae Ecclesiae necessaria, praeparandi, sicut etiam pro suo Monasterio Capucinorum construendo, sine ulla prorsus excitanda contradictione, oppositione, aut impedimento: et hoc ex motivo, quia antedictus R. P. Apollinaris Capucinus suam delineationem Ecclesiae catholicae Romanae extruendae, ostendit Augustissimo Imperatori per manus Exellentissimi Domini Generalis Policiae Cancellariae Supremi Praesidis, et sua Caesarea Majestas per expressum mandatum ordinavit, ut concedatur dicto Patri Apollinari e cantone Svitensi praefecto Capucino plena libera facultas suam Romanam Catholicam Ecclesiam ex lapidibus aedificandi: ad hunc ergo specificum finem concessit sua Imperatoria Majestas, Petrus I. Magnus, potestatem, et hoc praesens authenticum Imperiale Diploma ac publicum Drcetum praedicto R. Patri Apollinari ex republica Svitensi Capucino pro possessione novi designati situs jam accepta, in quo ipse aedificare debet Romano-Catholicam Ecclesiam Latini Ritus, et Monasterium pro suis Capucinis, et dictum locum Religiosa Clausura munire, ac hortum claudere, praecipiendo, ut in spatio quatuor vel plurium annorum haec construtio terminetur, antiqua vera Catholica Ecclesia ex ligno, in veteri loco in suburbio Finico posita, jamque antiquitate collabens, ubi Patres Missionarii Capucini actualiter sua divina Officia, Sacrificia, et Conciones peragunt, nullo modo amplius possit resarciri; et hoc ideo quia noster Augustissimus Imperator non vult in hoc loco aliam permittere Ecclesiam, ex causa, quia locus ille nimis proprinquus est Imperiali suo hyemali Palatio, et sonitu Campanarum inquietatur, ac etiam ex causa, quia Illustrissimus Dominus Vice-Admiralis Ismajaviz tantummodo supplicavit, ut in nominato loco concedatur licentia duo cubicula pro custodibus materialium construendi, ubi Latino Ritu Sacra persolvuntur: quare Excellentissimus Dominus Brigaderius generalis nostrae Cancellariae Policiae, atque totius amplissimae Monarchiae, et Urbis Imperialis Supremus Praesidens, ad hunc finem expressum dedit mandatum in scriptis praenominato R. Patri Missionis Romanae praefecto, Apollinari Capucino e Cantone Svitensi, ut ipse personaliter illud ad manus consignaret Illustrissimi Domini Riconowff, Imperialis hujus Urbis Petroburgensis publicarum viarum Inspectori, ae generalis Cancellariae Policiae officiali majori, cum expressa intimatione, et mandati significatione, nempe, quod saepius laudato R. Patri Apollinari e Cantone Svitensi Capucino praefecto concessum ac extraditum fuerit ab Augustissimo totius Russiae Monarchiae Imperatore, Petro I. Magno, supradictum publicum Diploma, authentica scriptura, et Caesareum Decretum, pro jam memorato novo loco, et situ Romanae Catholicae Ecclesiae hujus almae Urbis, quoniam ipsamet Caesarea Majestas expresse atque clementissime mandare dignata est, et praecepit actuali Excellentissimo suo Senatui Imperii totius Russiae, notitiamque dedit de assignato ac donato novo loco Romanae Catholicae Ecclesiae ex lapidibus extruendo, quatenus ipse confestim et sine mora aut ulla dilatione expedire faciat authenticum publicum iu omni forma constitutum Im-

periale Diploma et Decretum pro antedicto assignato novo loco, pro acceptaque possessione confirmanda. Et ut ad hunc effectum R. Pater Apollinaris e Cantone Svitensi Praefectus Capucinus exolvat pro memorato loco ac situ, e pro Caesareo Diplomate consuetam pecuniarum taxam nostri Imperii; nempe pro omni Ruthenica terrae orgyia longitudinis ac latitudinis dicti loci tres Copechas, hoc est decem et novem Altinos, et tres denuscas monetae moscoviticae, et ut annotentur in libro, et codice redituum nostri Imperii, quod ad hunc finem, ac possessionis firmitatem, a supradicto R. Patre Apollinari e Cantone Svitensi Praefecto Missionis Capucino, dictae decem et novem Altini, ac tres denuscae persoluti fuerunt. Iam vero hi nominati Altini, cum denuscis jam exoluti sunt a praelaudato R. Patre Apollinare Capucino e Republica Svitensi, et actualiter receptae sunt in hac generali Policiae Cancellaria hujus Imperialis Urbis Petroburgnsis, aç etiam fuerunt annotati et inscripti in libro Redituum nostri Amplissimi Imperii, ideoque jam concessum et extraditum est memorato R. Patri Apollinari e Cantone Svitensi Missionario praefecto Capucino, totique Ordini Capucinorum, hoc praesens authenticum Instrumentum publicum, Decretum ac Imperiale Diploma, in Carta bullata, cum cera rubra, et nostris vel funiculis ex serico coccineo purpurea munitum, atque firmatum, trigesimo Mensis Decembris, anno Christianae salutis Millesimo septingentesimo vigesimo tertio, ac propria manu subscriptum, et signatum ab Excellentissimo Domino Brigadierio, nostrae generalis Policiae tam Imperialis Urbis San-Petroburgensis Cancellariae, quam per universam Russiae monarchiam supremo Presidente, ac suae Caesareae Majestatis eiusque Aulae Generali adiutante. — Datum in alma Urbe Imperiali San-Petroburgi in Ingria die septimo Idus Ianuarii anno Incarnationis dominicae Millesimo septingentesima vigesimo quarto, veteris stili.

Antonius Dewiere, Imperatoriae Majestatis Brigadierius, ac Praesidens generalis Policiae Cancellariae Imperii, et hujus Urbis Petroburgensis, manuppria.

N. N. Secretarius Generalis Cancellariae Policiae Sant Petroburgi, manuppria.

N. Capitaneus Major Vsakoff Generalis Cancellariae Policiae S. Petroburgi, manupria.

N. Capitaneus Norowff Generalis Cancellariae Policiae S. Petroburgi Capit. Tenens, m. pria.

In hoc Imperiali Diplomate apponatur in Collegio sigillorum Imperii, Sigillum suae Augustissimae Majestatis nostri Imperatoris.

Alexius Teremischin Generalis cancellariae Policiae S. Petroburgi Vice-Secretarius, manuppria.

Cosmas Mischiewff Caesarae cancellariae Sigillorum Imperii Russiae, Secretarius, manuppria.

Persoluta pro hoc apposito Sigillo consueta Taxa nostri Russici Imperii, nempé centum ac sexaginta sex Copechae monetae Russicae.

Admod. Rev. Patri Apollinari, e Cantone Svitensi Missionario Sacrae Missionis Praefecto Capucino. et Ordini Capucinorum S. Francisci.

(Ex Archivio Gen. Ordinis)

CAPUCCINI MASSILIENSES

De admirabili PP. Minorum Capuccinorum Conventus Massiliensis, studio et charitate, erga aegrotos labe pestifera infectos, annis 1629, 1640 et 1648.

Quanta fuerit charitas Patrum nostrorum conventus Massiliensis in Gallia anno 1720-21 quo *magna peste*, ut dicebatur, civitas Massiliensis quasi depopulata evasit, satis constat ex celebri epistola illustrissimi viri et devotissimi Pastoris, Henrici Belzunce, Massiliensis Episcopi, qui privatim et publice, heroicum Minorum Capuccinorum civitatis Massiliensis et totius Provinciae zelum, encomiis prosecutus est. Ast vix et ne vix quidem cognoscitur quid et quantum fecerint Patres nostri ejusdem civitatis. tempore pestis quae antea, nempe annis 1629, 1640 et 1649, grassabatur. Opportunum ergo est et aequum, sequentia documenta publici juris facere.

Rev. Pater

« *Pax Christi.* Omnes vestri Patres, qui in Civitate cunctantur, astiterunt Patri Deloches et P. Leal nostrae Societatis, tempore eorum infirmitatís et post mortem, tum omnia sacramenta iis administrando, tum eorum cadavera ad sepulturam comitando, eo zelo et aedificatione, ut desuper maneam confusus. Ipsorum charitas, quae est illa ipsa totius vestri S. Ordinis, usque ad excessum abiit, et personas suas publico bono necessarias periculo exposuerunt; quando illos ut se salvent, et necessaria duntaxat praestent, rogavi, quin officia excedentis charitatis adhibeant, potius eorum zelo, quam meis precibus morem gerere voluerunt. Quod me obligat, ut Pat. Vrae grates, quas possum, rependam: obligatio haec est, quae me, et totam nostram Societatem semper erga Domum et ordinem vestrum stringet, ultra illa, quam pro R. R. Patribus vestris, et speciatim pro R. R. Siffren charitative conservabimus. Notum faciam hoc R. P. Provli, et omnibus nostrae Societatis, quibus aliás Benefactorum nostrorum notitiam communicamus. Rogo Rev. Vram ut in iis, in quibus mea obsequia utilia judicaverit, me exerceat, meque sacrorum sacrificiorum participem reddat. Si Deus nos semel in libertate constituat, Rev. Vram adibo, eidemque sensa, quae tam rara charitate foveo, partefaciam. Interim, etc.

Massiliae 12 octob. 1649.

PETRUS GUÊRIN SOC. JESU.

Rev. Pater,

Recepi ea, quam sibi imaginari potest, consolatione, litteras mihi inscriptas, cum curam ad vices meas pro afflicto et misero nostro populo a nobis assumptam annuntient. De charitate et zelo R. P. Çapucinorum nunquam dubitavi, jam vero illius argumentum tam certum haheo, ut et Deum laudare, et vobis grates agere debeam, prout et eas ago, ea qua possum humilitate et sinceritate, Deum exorans, ut sit remunerator. Glorifico quoque Deum in felici et pretiosa F. F. vestrorum morte, persuasus de eorum charitate, qua Deum pro nobis rogabunt, prout ego rogo pro conservatione eorum, qui vivunt et serviunt. Saepius jam Dominis nostris Consulibus scripsi, quod me ad obsequia, ad quae necessitate exigente, teneor reservent : interim vigore facultatis ad Conventum vestrum post meum discessum missae, vos rogo, ut nullum deseratis, et P. P. vestris in infirmario commorantibus intimetis, quod Deum exorent pro iis, et aegrotis nuntient, quod sine intermissione eos, Deo praesente, praesertim autem hodie in S. Missâ, quam principaliter pro iis celebrabo (*commendo*) iisdem Patribus inculcetur, ut regesta baptismi collati, et nuptiarum in dicto infirmario forse celebratarum conservent. Cum lacrymis et corde angustiis et dolore obsito vobis scribo, chare Pater: oret Deum pro me, et idem faciat P. Dionysius, vosque et hunc ac totam devotam vestram Communitatem in D.no salutans maneo.

Signae 20 octobr. 1649.

Ordinavi ut Dnus. Jeris Capituli nostri Receptor vobis de frumento provideat. Omne quod in hoc mundo habeo vestrae dispositioni subest, et necessitates vestras libenter scirem.

STEPHANUS EPUS. MASSILIENSIS.

A tergo. R. P. Superiori monasterii devotorum Capucinorum Massiliae.

Rev. Pater,

Litteras vestras sub 29 mensis elapsi datas recepi, in iisque iacturam quam in hoc mundo passa est, et quae infallibiliter in altero mundo in perpetuum, coronabitur. Meum est, ut desuper et officia recognitionis et doloris peragam, nam quod mors rapuit, charitas quae nunquam excidit, cum usura compensat. Sit Deus in aeternum benedictus, cui et grates ago, eo quod nostri Vicarii in suis Parochiis suo munere fungantur. Deus nos pro omnibus remunerabitur. Summe contentus sum quod regesta mihi missa exacte teneantur. Quantum ad celebrationem missae ruralis, edidi ordinem, juxta quem ea celebrari potest; et quod confessiones concernit, licentiam tum P. V.rae, tum Patribus Vestris eligendis idoneis, quibus per praesentes omnem facultatem concedo, etiam absolvendi a casibus nobis reservatis. Et hoc totum usque dum Civitas declarabitur sana, postmodum P. Vestra et ego conferemus quomodo nos regulare debemus, in optima pace, quam semper tutam cum communitate Vestra a me amata et honorata conservare cupio. Saluto P. Dyonisium, et tum fidelis affectus quem ergo ordinem vestrum nutrio, tum desiderii P. Vram certam reddo, quo sum

Signae 9 nov. 1649.

Afect. Servus in Christo
SEBASTIANUS EPUS. MASSILIENSIS.

A tergo R. P. Andrea à Pertusio Guard. Capucinorum Massiliae.

Rev. Pater,

Obligatum me fateor charitati, quam in obsequium afflicti loci Aubagne exercetis. Per alias meas praecedentes, quas receptas suppono, humiliter vos pro subsidio P. P. vestrorum rogavi. Sine dubio (Dnus.) P. Vestrae inspiravit id quod et mihi, cum anticipaverit effectu, quod ego Litteris incepi. Sit Deus benedictus. Heri boni Patres me accesserunt in hujus loci conferentia, ubi et lacrymari et mirari debui christianam eorum constantiam, ipsis omnia quae potui, promisi et permisi. Plurimum me affligit Massilia, in Deo autem confisus, spero malorum finem. Meum discessum non tardabo, Signamque redibo, me ad omnem eventum dispositurus. Recommendo me vestris sanctis orationibus, omnesque in Christo saluto, et amplector manens, etc.

Cassis, die S. Thomae.

SEBASTIANUS EPISC. MASSILIENSIS.

Nos Consules, et Gubernatores Civitatis Bellicadrensis in occitania Diaec. Arelatensis, attestamur, omnibusque, ad quos spectat, notum facimus, quod Deo hanc Civitatem annis 1629, 1640 et 1649, flagello pestis percutiente, R. R. P. P. Capucini hujus civitatis, se semper obtulerint, et sua sponte pro amore Dei exposuerint servitio peste infestorum in infirmariis, et ubicumque opus fuerat, illorum confessiones excipiendo, eos sacrà Synaxi reficiendo, et ad felicem mortem disponendo, zelo et charitate prorsus admirabili, in cujus exercitio plures eorum peste 1629 mortui sunt, martirio charitatis et obsequio pietatis anno 1640 et 1649; incenso aerem purgare juvarunt, et usque ad finem mali zelum suum continuarunt exemplo virtutis vere prodigioso, ita ut omnes incolae iis plurimum devincti manserint. In fidem servitiorum praestitorum, sicut et in monumentum nostrae gratitudinis, praesentes expediri fecimus, signatas, et communitatis sigillo munitas, etc. Bellicadri 1 Aug. 1663.

Simili fide charitatem Fratrum commendarunt Consules Civitatis S. Remigii, signata 4 aprilis 1667. »

(Ex Archiviis Gen. Ordinis)

RELATIONES MISSIONUM

LITTERAE CIRCULARES
S. C. DE PROPAGANDA FIDE

de nonnullis observandis a Missionum moderatoribus in suis cum eadem S. C. relationibus.

Illme, et Rme Domine

Ut Missionum tam variae ac multiplices res rite examinentur ac facilius expeditiusque tractentur, Sacra haec Congregatio Antistites aliosque Missionum moderatores identidem de nonnullis admonuit quae ipsis observanda essent in suis cum eadem S. C. relationibus. Quorum quidem observatio adeo opportuna in dies apparet ut, quae jam fere omnia per plures circulares litteras singulis Missionum Praesulibus sunt enunciata, ea nunc in memoriam ipsis revocare visum sit, ut scilicet:

I. De regionibus sibi commissis plenam statuto tempore S. Congregationi rationem reddant juxta Quaestiones quae in apposito libello indicantur.

2. Quotannis mutationes, si quae forte in respectivis Missionibus factae fuerint notificent.

3. Nonnisi ex previa S. Congregationis venia et rescripti tenore servato, ullum Romam, ut in Urbanum Collegium cooptetur, adolescentem mittant (Litt. Circ. I. Aug. 1854.)

4. Meminerint gravi sese obligatione teneri quolibet anno diligenter perquirendi de statu singulorum qui, ad ipsarum respective Missionem quovis modo pertinentes, alumni fuerunt S. Congregationis, deque illis eorumque statu, exercitiis ac locis eamdem Congregationem monendi (Const. Allex. 20 Julii 1660.

5. Epistolas, petitiones nec non acta ad causas ecclesiasticas pertinentia nonnisi latine aut italice vel saltem gallice scripta ad S. Congregationem transmittant (Litt. Circ. 28 Sept. 1868.)

6. Cum de pluribus negotiis ad S. C. referunt, efficiant ut unumquodque ex iis proprium habeat folium. (Litt. Circ. 5 Aug. 1878).

7. In petitione facultatum alias concessarum postremi rescripti diem nedum mensem atque annum accurate commemorent. (Litt. Circ. 15 Dec. 1883).

8. In litteris responsivis numquam omittant numerum referre (italice: Numero di protocollo) quem relativa S. Congregationis epistola in capite inscriptum habet. (Litt. Circ. 15 dec. 1883.

9. Eam ephemeridem, quae suppeditandis circa statum religionis in propria Missione notitiis potissimum apta videtur ad S. C. mittant (Litt. Circ. 2 April. 1884)

10. Ne grave sit iis operum quae de rebus Missionum, vel utcumque in Religionis bonum in Missionibus typis mandantur, aliquod exemplar ad S. Congregationis Archivum directe trasmittere.

Haec omnia Tibi enixe commendans, Rme. Dne, precor Deum ut Te in omnibus benigno favore prosequatur.

Die 12 Martii 1885.

✠ D. ARCHIP. TYREN.
S. C. DE PROP. FIDE *Secret.*

ELENCHUS
Missionariorum post novissimam Missionum nostrarum constitutionem profectorum

R. P. Leonardus a Cepina provinciae S. Caroli Alummus. Ad Rhetiam destinatus die 5 jannarii 1885.

R. P. Raphaelangelus a Villa Bonolae, provinciae S. Caroli alumnus. Ad Rhetiam destinatus die 5 jan. 1885.

V. Fr. Crispinus a Corinaldo, Laicus, provinciae Romanae alumnus. Ad Tunetum destinatus die 5 februarii 1885.

R. P. Augustinus ab Aturo, provin- Tolosanae alumnus. Ad missionem Aden (Arabia) destinatus die 8 Martii 1885.

V. Fr. Samuel a Belmont, laicus, provinciae Lugdumensis alumnus. Ad missionem Aden destinatus die 8 martii 1885.

V. Fr. Fortunatus a Gozzo, laicus, provinciae Melitensis alumnus. Ad Tunetum destinatus die 8 aprilis 1885.

R. P. Nazarenus a Fabriano, provinciae Picenae alumnus. Ad Mesolcinam destinatus die 13 Aprilis 1885.

V. Fr. Isidorus a Caletrio, laicus, provinciae Romanae alumnus. Ad Mesopotamiam destinatus die 13 aprilis 1885.

S. LUDOVICI REGIS IN CONSTANTINOPOLI

SUMMARIUM. — Missionis immediata administratio. — Statio S. Ludovici in Pera. — S. Joannis Chrys. in Kadi-Keui. — S. Josephi a Leonissa in Phéner-Baytchè. — Sholae. — Spiritualia Ministeria. — Status personalis.

La mission de Constantinople est confiée à la Province de Paris - dont le Provincial est toujours préfet. - Dans l'état actuel elle comprend trois stations:

1. S. Louis de Péra.
2. S. Jean - Chrysostome de Kadi-Keuï.
3. S, Joseph de Lèonissa de Phéner-Baytché.

I. *S. Louis de Pèra.* - Nous avons la 1° une église très convenable, restaurée en 1882; 2° un couvent où peuvent loger aisément 19 religeux; 3° une école apostolique disposée pour recevoir 20 enfans au moins; 4° des maisons en partie louées à des séculiers et dont le revenu sert à entretenir la mission.

Les religeux y sont au nombre de 10, dont 5 prêtres, 2 clercs et 3 frères lais. Il faudrait un frère lai de plus: cependant le service est fait convenablement.

Nos Pères sont très occupés. La chapelle qui avait été abandonnée par les fidèles est maintenant très fréquentée pour tous les offices publics, au moins pendant l'hiver, d'octobre à juin.

Nos Pères y prêchent l'*avent*, le *carême*, pendant le Carême une *retraite* de *Dames* et une retraite d'*hommes*, tout le *mois* de *Marie*, l'octave de N. D. du Mont Carmel, les 40 heures, etc.

De plus ils prêchent souvent dans les communautés de frères et de soeurs, à Constantinople et même à Smyrne.

Pendant l' hiver ils font chaque semaine trois *catéchismes*: aux garcons, aux filles et un catéchisme de persévérance pour les jeunes filles.

Les *confessions* deviennent un peu plus nombreuses à mesure que les pères sont mieux connus.

Ambassade. Ils sont chargés du service religieux de l'ambassade de France: une messe chaque jour - une messe solennelle le dimanche. Les derniers ambassadeurs n'ont pas voulu de messe chantée, mais on donne à cet office toute la solennité possible. La Chapelle est toujours bien remplie.

L' Ecole Apostolique orientale contient aujourd' hui 18 enfants qui tous se destinent à devenir religieux ou du moins prêtres. Nous sommes obligés de les défrayer de tout. Nous en sommes très contents et nous espérons que prochainement elle nous donnera des vocations pour le noviciat. Tous les Pères et les Clercs s'en occupent suivant un règlement approuvé. Je ne

saurais refuser des éloges au zèle qu'ils y apportent (1).

(1) Haecce schola apostolica nonnisi praevio plausu Ss.mi D. N. Leonis XIII, aperta fuit, prout ex documentis hic relatis videre est.

Beatissime Pater,

Fr. Arsenius a Castello, Ord. Min. S. Fr. Capnorum. Parisinae Provinciae Moderator nec non missionis S. Ludovici in Constantinopoli Praefectus Apostolicus, ad pedes Sanctitatis Vestrae humillime provolutus, exponit maxime bono animarum proficuum fore, si quaedam adolescentibus indigenis cujuslibet ritus, in dicta missione S. Ludovici, aperiretur schola, in qua a scandalis et pravis exemplis immunes, doctrina catholica aliisque solitis studiis imbuerentur, et bonis informarentur moribus.

Humillimus Exponens, re jamdiu perpensa, hujusmodi opus tentare in votis habet; et ideo Sanctitatem Vestram supplicat, quatenus haec tentamina benedicere, et opportunas facultates indulgere dignetur, videlicet :

Dictos adolescentes, non obstante Decreto Clem. X. die 16 martii an. 1675, intra claustra, i. e. intra ipsam domum Missionis, in loco tamen separato, retinendi;

Illos omnes secundum ritum latinum, ne confusio oriatur, durante educationis tempore, informandi; ea tamen restrictione quod peculiariter de respectivo ritu in posterum observando, instruentur.

Ex audentia SSmi. diei 16 maii 1882.

SS.mus Dominus noster Leo divina providentia Papa XIII, referente subscripto Secretario S. Congregationis de propaganda Fide pro Negotiis Orientalibus, attentis expositis, Oratori benigne indulsit: 1. ut praevio consensu R. P. DD. Vicarii ac Delegati Apostolici Constantinopolitani, ad tramites constitutionis Sanctitatis Suae incipientis - *Romanos Pontifices* - VIII. Idus maii 1881, intra septa religiosae domus S. Ludovici, collegium adolescentium ritus Orientalis instituere possit: eosque ibidem in loco tamen omnino separato recipere et retinere, haud obstante decreto sa: me. Clementis X., diei 16 martii 1675. — 2. ut praefati adolescentes quo tempore in collegio morati fuerint, ritui latino sese accommodare valeant, dummodo in proprio quisque ritu instruatur.

Voluit autem Sanctitas Sua, ut de universo Collegii statu ejusdem Superior plenam quotannis S. Congregationi rationem reddere satagat.

Datum Romae, ex aedidus ejusdem S. Congregationis, die et anno praedictis.

S. Cretoni - *Secretarius.*

L. ✠ S.

Classe de Théologie - Chaque jour le R. P. Marcel fait une Classe de Théologie à deux Clercs et à un jeune Géorgien sur le voeu de ses supérieurs. Les Evèques du Levant, Latins et des Rites, nous demandent de donner un plus grand développement a notre école. Nous le ferons quand nous aurons les ressources nécessaires.

Tous les religieux sont très exacts à l' observance réguliere, sauf ceux qui sont actuellment occupés auprés des enfants. Ils pratiquent la vie commune parfaite.

II. *Chalcédoine* ou *Kadi-Keui.*

Nous avons là, en face de Constantinople, une petite Communauté: 2 pères et 1 frère lai, dans une maison de bois, pauvre et délabrée, que l' on va réparer ou relever cette année.

Nos Pères sont employés 1° service du Collège et de la Communauté des Frères des Ecoles Chrétiennes: c'est - à - dire Messe, confessions des Frères et des enfans, Catéchismes, prédications, etc.: 2°. Prédication française à l' Eglise S. Euphémie pendant l' Avent, le Carème, le Mois de Marie; 3° Catéchisme aux enfans de l'école paroissiale; 4° Services rendus aux communautés, spécialement aux Soeurs de Sion; 5° un religieux est aumonier de l'hopital et de la prison des Anglais. Moins occupés qu'à S. Louis, ils ont cependant beaucoup de travail. Ils ont tous les exercices de la vie conventuelle.

III. *Phener-Bagtche* on *Panaraki.*

Nous avons là une station commençante. Un seul Père qui se rend au moins une fois par semaine a S. Louis et a Kadi-Keuï.

Il y a là une petite Chapelle et l' école pour les petits enfans. Ce n'est qu'un commencement; mais il promet bien pour l' avenir.

LISTE DU PERSONNEL

1° *S. Louis de Pèra.*

T. R. P. Arsène de Chatel Préfet à Paris.
T. R. P. Marcel de Montaillé, Vice-Préfet.
R. P. Laurent du Mans.
R. P. Bonaventure de Lyon.
R. P. Emilien de S. Jean de Brevelay.
R. P. Camille d' Orléans.
V. F. Clément de Nantes
V. F. Cyprien de Bergerac
V. F. Antonius de Breccanera.
V. F. Pascal d' Ardouval.
V. F. Ignace de Bisbal.

2° *Chalcédoine ou Kadi-Keui.*

R. P. Donatien de Nantes, Supérieur.
R. P. Etienne de Paris.
R. F. Crespin de Schewmheim.

3° *Phanaraki*

R. P. Fidèle de Sedan.

Paris le 25 Février 1885.

F. ARSÈNE DE CHATEL.

MISCELLANEA

NOVUM MONUMENTUM

SERAPHICO P. N. FRANCISCO ASSISINATIS IN PRIMATIALI CIVITATIS LUGDUN. ECCLESIA.

Ad veneratissimas Emi. Cardinalis Caverot, Lugdun. Archiepiscopi instantias, tres e Patribus nostris, nempe *A. R. P. Moyses ab Aurelio, Antonius a Rhodumna et Maria-Ephrem a Valentiana*, sacram expeditionem sub forma missionis, tempore Quadragesimae peregerunt, annuntiantes populis, brevitate sermonis, prout voluit Seraphicus Legifer noster, « vitia et virtutes, poenam et gloriam ». Horum verba zelumque misericors Dominus large benedixit in salvationem animarum. Peramplum enim in templum primatiale, quotidie et etiam pluries in die, Christifideles turmatim confluebant una cum clero et ipsomet Eminentissimo Cardinali: omnesque, sancta quadam cordis ebrietate, verbum Dei simplex et efficas audiebant, et devota cantica, a Nostratibus pro sacris missionibus composita, grandisona conspiratione persolvebant. Quot, in decursu missionis, a malo retracti! quot in bono solidati! quot in virtutibus generosiores effecti! scit ille Lugdunensis Ecclesiae Angelus qui in aureo Libro misericordias Domini laetabundus descripsit. Tanta porro evasit cleri populique gratitudo et laetitia quod spontanea exsurgit cogitatio erigendi Seraphico P. Francisco in ipsamet Primatiali, praegrandem statuam ipsique unam e lateralibus capellis dicandi, in monumentum peractae missionis perpetuum.

Et revera Emus Cardinalis, pro dulcissimo paterni cordis sui gaudio, Ssmum P. N. Leonem XIII certum facere voluit de felici missionis successu et de statua S. Francisco in Primatiali erigenda. Quae omnia quam fuerint Ssmo. pergrata, satis apparet ex Epistola Emo. Cardin. Lugdunensi ab Emo Cardin. L. Iacobini directa, ut Ssmi notificaretur applausus simulque eleemosyna a Ssmo, pro dicta statua, generose elargita. (1) Christifideles pariter spontaneis

---

(1) *E.mo e R.mo Sign. mio Ossmo.*

A seguito del telegramma spedito fin da ieri rinnovo l' assicurazione che il progetto

donis dicto monumento partem habere voluerunt. P. Provincialis minor. Capnor. Lugdunensis Provinciae praefixa Missionis stipendia huic operi in honorem seraphici Patris dicari libentissime concessit. Quare ad Vesperas Paschatis, ingenti adstante multitudine, statuam provisoriam usque dum nempe alia ex metallo conflata egregie parata fuerit, Emus. Cardinalis Lugdun. Archiepiscopus solemniter benedixit et supra altari S. P. Francisco dicato, gestienti populo et clero, reposuit.

Ex his ergo magis ac magis in comperto fit quod uberiores e laboribus suis reportant fructus viri apostolici qui S. Franciscum invocantes et conclamantes, non in grandiloquis scientiae modernae, ut dicunt, argumentis, sed in ostensione virtutis Dei seraphica simplicitate praedicant.

TRANSLATIO CORPORIS
VEN. SERVI DEI
Felicis e Nicosia
MINOR. CAPNOR. LAICI

Conventus PP. Min Capucinorum civitatis Nicosien. in Sicilia a tempore suppressionis civilis, in carcerem conversus fuerat; et Fratres nostri, quo meliori poterant modo, ecclesiam conventus deserviebant, in qua Venerabilis S. Felicis a Nicosia corpus devotissime servabatur. Hisce vero ultimis temporibus, gubernium civile, non obstantibus Rrmi ac Illmi Nicosien. Episcopi conatibus, ipsammet ecclesiam carceribus adnectere decrevit. Episcopus vero et superiores Messanensis Provinciae, sacrum corpus V. Felicis in Cathedralem ecclesiam, praevio S. Rit. Congregationis Rescripto, tranferendum esse existimarunt, usque dum scilicet pacatis temporibus novoque erecto Conventu, Minor. Capucinis tanto thesauro plene potiri iterum dabitur.

Translatio praedicta, ad normam instructionum apostolicarum de cultu publico Venerabilibus minime reddendo, in secreto peragi debuisset. Attamen, rumore sensim sparso, ad horam serotinam, visum est hinc inde turmatim cursitare omnis conditionis fideles, qui alacri animo Venerabilem conclamabant.

Capsam in qua sacrum corpus recondebatur, sigillo episcopali munitam, Levitae majoris Seminarii, comitante clero tum regulari cum seculari, humeris deferebant, dum hinc inde per viam a conventu ad cathedralem, fideles cum luminibus et exultationibus venerabilem honorabantur. Spontanee coetus musicalis municipii occurrit, et ovationem reddidit solemniorem.

Porro cum capsa tandem ad cathedralem pervenit, Rmus. Episcopus una cum testibus juratis illam rite recognovit et, servatis opportunis praescriptionibus, in sepulchro jam decentissime praeparato, recondidit.

Haec omnia veluti proximae Beatificationis Ven. Servi Dei omina haberi possunt. Causa enim Ven. Felicis ad ultimum fere terminum adducta est. Agitur enim in praesenti de validitate Processus super duobus ultimis miraculis. In-

d' innalzare al Serafico di Assisi un altare anche a ricordo del molto bene conseguitosi nella recente Missione, fu appreso dal S. Padre con compiacenza e meritò il suo plauso. Ed è perciò che la Santità sua, mentre di tutto buon grado annuiva alla richiesta, umiliatagli con apposito telegramma, benedicendo di cuore tutti coloro i quali si adopereranno a che il progetto si realizzi, voleva dar pegno della sua soddisfazione, ad esempio, elargendo un' offerta di lire 300, che ieri stesso fu inoltrata a destino, per mezzo dell' ufficio postale.

Baciandole dopo ciò umilissimamente le mani, ho il piacere di raffermarmi con sensi di profondo ossequio

Di Vostra Eminenza

Umil. Dev. Servitore vero
L. CAR. JACOBINI.

Roma 22 marzo 1885.

terim venerabilis confrater noster e coelo concives suos Nicosienses et Messanensem provinciam regularem totumque Ordinem benigne prospiciet.

STATISTICA

(Continuatio)

XVII. STATUS PROVINCIAE HELVETIAE.

Ianuario 1885.

Provincia Helvetica numerat 21 Conventus et 8 Hospitia, quorum nomina, fundationis annus et titutus Ecclesiae sunt:

1. **Agaunum** (*St. Maurice*) 1628. S. Anton. Patav.
2. **Altorfium** (*Altdorf*) 1581. Omnes Sancti.
3. **Appencella** (*Appenzell*) 1588. Purificatio B.M.V.
4. **Artha** (*Arth*) 1655. S. Zeno Ep. et Mart.
5. **Bullum** (*Bull*) 1665. 7 Dolor B.M.V.
6. **Dornacum** (*Dornach*) 1672. S. Maria Magdalena.
7. **Friburgum** (*Freiburg*) 1609. S. Maria Magdalena.
8. **Landerona** (*Landeron*) Hosp. 1696. 10000 Mart.
9. **Lucerna** (*Luzern*) 1583. Assumptio B.M.V.
10. **Melsium** (*Mels*) 1651. S. Carolus Borom.
11. **Mons Regius** (*Rigi-Kloesterli*) Hosp. 1715. B.M.V. ad Nives.
12. **Mons S. Antonii** (*Mastrilsberg*) Hosp. 1727 S. Anton Patav.
13. **Navelium** (*Naefels*) 1673. Immac. Conceptio B.M.V.
14. **Oltc.** (*Olten*) 1646 S. Mauritius et Soc. Mart.
15. **Rapperswyla** (*Rapperswil*) 1602. Visitatio B.M.V.
16. **Realpium** (*Realp*) Hosp. 1735. Inventio S. Crucis.
17. **Rotundimontum** (*Romont*) Hosp. 1725. Transfiguratio D.N.I.Ch.
18. **Sarna** (*Sarnen*) 1642. Conversio S. Pauli Apost.
19. **Schuepfhemium** (*Schuepfheim*) 1655. S. Carolus Borom.
20. **Sedunum** (*Sitten*) 1628. Stigm. S.P.N.Fr.
21. **Solodorum** (*Solothurn*) 1588. Annuntiatio B.M.V.
22. **Stantium** (*Stans*) 1582. Assumptio B.M.V.
23. **Suitium** (*Schwyz*) 1585. Assumptio B.M.V.
24. **Surlacum** (*Sursee*) 1606. S. Michael Archang.
25. **Tugium** (*Zug*) 1595. S. Anna.
26. **Untervazium** (*Untervaz*) Hosp. 1698. Sant. Laurentius Mart.
27. **Ursaria** (*Andermatt*) Hosp. 1688. Ss. Petrus et Paulus Apost.
28. **Wyla** (*Wyl*) 1653. S. Antonius Patav.
29. **Zizerium** (*Zizers*) Hosp. 1686. Ss. Petrus et Paulus Apost.

Status Personalis Provinciae Helveticae

Sacerdotes. . .	180
Clerici	27
Laici	63
Numerus summarius	270

XVIII. STATUS PROVINCIAE HIBERNIAE

Mense Novembri 1882.

Provincia Hiberniae numerat quatuor Conventus, quorum nomina, fundationis annus et titulus Ecclesiae sunt:

1. **Corcagiensis** (*Cork*) 1640. Ss. Trinitas.
2. **Dublinensis** (*Dublin*) 1624., denuo constr. 1881. Ss. Maria Angelorum.
3. **Kilkenniensis** (*Kilkenny*) 1643. S. Francisc. Ser.
4. **Rochestownensis** (*Rochestown*) 1874. S. Joseph, Spons. B.M.V.

Status personalis Provinciae Hiberniae

Sacerdotes . . .	18
Laici	7
Summa	25

XIX. STATUS PROVINCIAE HISPANIAE

Mense Maio 1885.

1. **Anticaria** (*Antequera*) 1877. Imm. concept. B.M.V.
2. **Bajona** (*Bayonne in Gallia*) conv. generalit. hisp. fratrum 1856. Immac. Concept. B.M.V.
3. **Fontisrabia** (*Fuenterrabia*) 1663, denuo rest. 1880. Imm. concept. B.M·V.
4. **Legionensis** (*Leon*) 1882. Assumpt. B.M.V.
5. **Mons Hano** (*Monte Hano*) 1879. S. Sebastianus M.

6. **Pampilona** *(Pamplona)* 1634, reaedif. 1879. Imm. Concept. B.M.V.
7. **Sanlucar de Barrameda** (*id.*) restit. 1877. B.M.V. Boni itineris.
8. **Masamagrell** (*La Magdalena de Masamagrell*) 1597. rest. 1879: S. Maria Magdalene.
9. **Arenis de mar**, 1618. neoerect. circiter an. 1860 Visitatio B.M.V.
10. **Matritum** (*Madrid*) Resident. 1884. S. Ant. Pata.
11. **Barcino** (*Barcelona*) Resident. 1884. B. M.V. de Auxilio.
12. **Olot**, Fabrica 1885. Ss. Cor. Iesu.
13. **Torrefarrera** prope Illerdam (*Lérida*) B. M.V. de Montserrato.
14. **Bilbao** Fabrica 1885.

Status Personalis provinciae Hispaniae

Secerdotes	73.
Clerici professi	50.
Laici professi	64.
Novitii clerici et laici	40.
Laici Tertiarii	8.
Alumni Scholae Seraphicae	43.
Numer. Summarius	278.

XX. STATUS PROVINCIAE HOLLANDICAE.

Martio 1885.

Provincia Hollandica numerat quinque Conventus, quorum nomina, fundationis annus et titulus Ecclesiae sunt:

1. **Handelensis** (*Handel*) 1848. S. Antonius Patav.
2. **Slikgatensis** (*Slikgat*) 1874. Ss. Cor. Iesu.
3. **Tilburgensis** (*Tilburg*) 1879. B.M.V. S.mi Cordi.
4. **Velpensis** (*Velp*) 1645. Immac. Concept. B.M.V.
5. **Zevenaarensis** (*Zevenaar*) 1883 S. Franciscus Ser.

Status personalis Provinciae Hollandicae.

Sacerdotes	57
Clerici professi	18
Clerici Novitii	3
Laici professi.	43
Summatim	121

BIBLIOGRAPHIA.

Emus Guglielmus Cardinalis MASSAJA. — Lectiones grammaticales pro Missionariis qui addiscere volunt linguam americam seu vulgarem *Abissiniae*, nec non et linguam oromonicam seu populorum *Galla* nuncup. auctore **RR. DD. G. Massaia** Ordinis Minor Capuccinorum, Eppo. Cassiensi et Vicario Apostolico ad populos Galla.

Parisiis, excussum in Tipographaeo imperiali 1867: Volum. in 8° pag. 500. Prostat vendibile in Tipographia Sacr. Congnis. de Propaganda Fide: Romae L. 20 ital.

Adolphe de Bouzillé (R. P.) des F.F. Min. Cap. — Manuel de la Communion hebdomadaire pour les hommes, sous la protection de S. François d' Assise, érigée en Archiconfrérie. Nantes : Librairie catholique. Libaros 1885.

Compendio della vita e martirio del P. Agatangelo da Vendome e del P. Cassiano da Nantes sacerdoti Cappuccini. Estratto da molti manoscritti contemporanei, che si conservano negli Archivii dei Cappuccini di Tours e di Rennes, con un discorso preliminare in forma di prefazione sulla dignità del martirio, per il R. P. Emmanuele da Rennes Cappuccino della Provincia di Bretagna, antico Lettore di Teologia e Definitore. Versione dal francese, per il P. Isidoro da Guarcino Segretario Generale Cappuccino. Milano, Tigografia di S. Giuseppe 1883. — Un elegante volume di pagine 176 vendibile al prezzo di L. 1.

Ludovic de Besse. (T. R. P.) des F.F. Min. Cap. - Association chrétienne des honnêtes gens sur le terrain des affaires. — Paris, chez le Directeur du Crédit mutuel et populaire, - 23 - Rue des Lombards 1884.

NECROLOGIA.

ALOYSIUS A LEPRINIANO (A.R.P.) Provinciae Romanae Minister Provincialis. — Unus vix elapsus est mensis a quo A. R. P. Aloysius a Lepriniano, Provinciae Romanae Moderator, mortem annuntiabat Rmi. P. Amedei ab Urbereteri: et jam ipse, morbo confectus, diem supremum obiit.

Anno natus 1814, vix quintodecimum aetatis suae attigerat annum quod, sacro habitu donari et ad novitiatum admitti instanter postulavit. Voti compos factus, et laudabiliter emenso, sive in novitiatu, sive in studiis, probationis curriculo, doctrina et pietate conspicuus adeo evasit, ut in brevi lectoris munus, dein vero Guardiani et Definitoris partes haud semel adimpleverit. Romam a Superioribus vocatus, ministerio animarum per annes viginti et ultra, sedulus incubuit. Simplex, rectus, amaenus et saepe, haud sine dignitate, lepidus, sibi omnium conciliabat animos. Quot in viam rectam reduxerit errantes! quot nutantes corroboraverit! quot pios in Deum alacrius et ferventius amandum instigaverit!

In ultimo Provinciae Romanae Capitulo, die 2 Junii 1884 per schedulas celebrato, PP. Capitularium quasi unanimi suffragio, Provincialis electus, onus hüjusmodi quod humeris suis autumabat impar, ex obedienta susceptum, mansueto justoque animo sustinuit; et qui « nesciri atque pro nihilo reputari » adamaverat, omnibus rectis et cordatis visus est vere Pastor secundum cor Dei.

Decurrente ultimae quadragesimae tempore, morbo correptus et dure agitatus, dolores patientissime pertulit acerbos. Porro vix in urbe gravissimi morbi notitia sparsa fuit, quod quamplures ad conventum venerunt de statu P. Aloysii anxie quaerentes; et saepe saepius per vias nostratibus obviabant homines sive magnates sive humiles, qui cito interrogabant: « Quomodo se habeat optimus P. Aloysius ? »

Morbo autem magis ac magis ingravescente, P. Aloysius, Sacramentis refectus, in osculo Domini, die nona Maji quiete obdormivit. Cujus memoria in benedictione est et seriei tantorum virorum qui Romanam Provinciam rexerunt haud ingloriose annumeranda.

GUIDUS (A. R. P.) A TEMPAGNANO LUNATAE.

Provinciae Lucensis actualis Definitor, Vicarius et Magister Novitiorum, 10 die mensis Mariani, aetatis naturalis 53, relig. 33 annorum, ingressus est domum aeternitatis suae, in quam paucis abhinc mensibus alius Definitor ejusdem Provinciae illum praecessit. Vigesimo aetatis anno completo, habitu religioso vestitus maximo cum fervore et solertia studiis vacavit, quibus finitis zelus animarum salvandarum eum comedit. Indefessus in auscultandis confessionibus, in praedicando verbo divino, in docendo Philosophiam et Theologiam dogmatico-moralem apud Deum et homines notus fuit. Tot tantique labores non potuerunt extinguere in eo spiritum orationis et devotionis, imo singulari devotione erga beatissimam Deiparam excelluit, ejusque cultum publice et privatim ubicumque verbo et exemplo promovit. Variorum morborum dolores quam patientissime perpessus, et corporis viribus destitutus, fidelis Mariae cultor, omnibus moribundorum Sacramentis recreatus in Conventu Villaebasilicae obdormivit in Domino; cujus anima per misericordiam Dei requiescat in pace.

Nihil obstat.

Fr. BERNARDUS ab ANDERMATT Min. Gen. Capucc.

Sacerdos Ioannes Savini, Director responsabilis

ANALECTA ORDINIS MINORUM CAPUCCINORUM

ACTA ROMANO-FRANCISCALIA.

EX SACRA RITUUM CONGREGATIONE.

ORDINATIO QUOAD SACRAM MUSICEM.

Illmo e Rmo Signore

Nell'intento di apportare un efficace rimedio ai gravi abusi, che si sono introdotti nella Musica sacra in varie chiese d'Italia, si è compilato il Regolamento annesso alla presente lettera circolare, il quale per cura della *Società di S. Cecilia* coll'accordo dell'autorità ecclesiastica ha preso già inizio nelle Arcidiocesi di Napoli, di Milano, ed altrove. Tale regolamento ha ottenuto dal regnante Sommo Pontefice piena approvazione.

Pertanto il sottoscritto nel recare ciò a notizia della S. V. Illustrissima e Reverendissima, viene ad invitarla a darsi premura, perchè ancora nelle chiese di cotesta Diocesi siano accolte le norme contenute in esso Regolamento, come quelle che servono a mantenere nella sua maestà e santità una sì importante parte della sacra liturgia, allontanandone le melodie indecorose e profane.

Nella fiducia che la S. V. con la sua prudenza e pastorale sollecitudine si adopererà che nella Diocesi a sè affidata sia posto in pratica quanto viene stabilito dal suddetto Regolamento, è lieto il sottoscritto dichiararsi con la più distinta stima ed ossequio.

Illme ac Rme Praesul

Quo tot, iisque gravibus abusibus qui in Musicen sacram plerisque in Ecclesiis irrepserunt, amovendis efficax remedium afferatur, confecta fuit huic Epistolae Encyclicae adnexa Ordinatio: quae quidem cura et studio Societatis a s. Caecilia nuncupatae, faventibus ecclesiasticis Praesulibus, in Archidioecesibus Neapolitana et Mediolanensi, aliisque adhiberi coepta est, atque a Romano Pontefice plenissime comprobata.

Itaque subscriptus, dum id Tibi, Illme ac Rme Praesul, notum facit, Te rogat etiam, ut regulas quae in hac Ordinatione continentur, et istic in Ecclesiis tuae Dioeceseos excipiendas omni data opera cures; utpote quae sacrae Liturgiae quod ad Musicen spectat, quae illius adeo excellens pars est, decori sanctitatique servandae, indecoris atque profanis melodiis amandatis, apprime inserviunt.

Fidens fore ut et Tu, Illme ac Rme Dne, ea qua polles prudentia et pastorali sollicitudine, omnia quae in eadem Ordinatione praescribuntur, in Dioecesi Tibi credita exequenda prospicias, gestit subscriptus amplissima tui aestimatione atque erga Te obsequio, se profiteri

Di V. S. Illma e Rma.

Dalla Segreteria della Sacra Congregazione dei Riti li 24 Settembre 1884.

Umiliss. Devotiss. Servo
LORENZO SALVATI
Segretario della S. C. dei Riti

§. I.

Norme generali per la musica sacro-figurata vocale e strumentale permessa o proibita in Chiesa.

ART. 1. La musica vocale figurata permessa in Chiesa è soltanto quella, di cui i canti gravi e pii sono adatti alla Casa del Signore ed alle divine Lodi, e servono, mirando al senso della sacra parola, ad eccitare vieppiù i Fedeli alla divozione. A tale concetto s'informerà la produzione di musica vocale figurata, quando anche si accompagni all'organo o ad altri strumenti.

ART. 2. La musica figurata da organo risponder deve all'indole legata, armonica e grave di detto strumento. La strumentale in genere sostenga decorosamente il canto e non l'opprima con i fragori; e gl'interludi organici o sinfonici sempre originali rispondano alla serietà della sacra Liturgia.

ART. 3. La lingua propria della nostra Chiesa essendo latina, solo questa dovrà usarsi nella composizione musicale sacro-figurata. Gli stessi mottetti saranno composti di parole tolte dalla Sacra Scrittura, dal Breviario, e Messale Romano, dagl'Inni di S. Tommaso d'Aquino, di altro Santo Dottore o da altri Inni e preci approvate ed usate dalla Chiesa.

Amplitudinis tuae

Die 24 Septembris anno 1884. Ex Secretaria S. R. Cong.

Humill. atque addictissimum servum
LAURENTIUM SALVATI
Secret.

§ 1.

Regulae generales quoad Musicen sacram ut aiunt, figuratam vel voce vel musicis instrumentis concinnatam, sive permissam sive prohibitam in Ecclesia.

ART. 1. Musice vocalis figurata, quam permittit Ecclesia, ea solummodo est, cuius graves piique cantus Domum Domini decent laudesque divinas; et dum verborum prosequuntur sensum, Fidelibus ad pietatem Religionemque magis excitandis inserviunt. Huiusmodi conceptu informetur oportet quaevis Musices figuratae productio, tum vero etiam cum vel Organo vel aliis musicis instrumentis consociatur.

ART. 2. Musice, quam figuratam dicunt, quamque idem Organum concomitatur, huius indoli colligatae, harmonicae gravique respondeat. Quae ceteris musicis instrumentis conficitur, cantum decore sustineat, nec illum fragoribus opprimat; interludia vero organica seu Synphonica, et quidem originaria sacrae Liturgiae gravitati sint conformia.

ART. 3. Cum Ecclesiae nostrae lingua propria latina sit, hac unâ in compositione musica-sacra figurata utendum est, ipsique Textuli canendi, verbis vel ex sacrae Scripturae libris, vel ex divini Officii Breviario, vel ex Missali romano, vel ex Hymnis s. Thomae Aquinatis, aliusve s. Doctoris, vel denique ex ceteris Hymnis precibusve, quas Ecclesia sive adhibet sive adprobat, excerptis conficiantur.

Art. 4. La musica vocale e strumentale proibita in Chiesa è quella, che per il suo tipo, o per la forma, che la riveste, tende a distrarre gli uditori nella Casa di Orazione.

§ II.

Proibizioni speciali per la musica di canto in Chiesa.

Art. 5. È severamente proibita in Chiesa qualunque musica per canto composta sopra *motivi, reminiscenze teatrali e profane,* ovvero che sia foggiata a forme assai leggiere e molli, quali sarebbero le *Gabalette* e *Cavatine*, i *Recitativi* troppo spinti a modo teatrale, ecc.; permettendosi gli assoli, i duetti, i terzetti, se però di carattere melodico sacro, e legati all'assieme del componimento.

Art. 6. È proibita ogni musica, nella quale le parole del sacro testo si trovino anche in minima parte omesse, trasportate, spezzate, o troppo ripetute, o poco intelligibili.

Art. 7. È proibito il dividere in pezzi affatto staccati i versetti del sacro testo nel *Kyrie, Gloria, Credo* ecc. a scapito della unità dell'assieme, come anche l'omettere o precipitare il canto di alcune parti nell'Ufficiatura, quali sono le risposte al Funzionante, l'*Introito,* la *Sequenza,* il *Sanctus*, il *Benedictus*, l'*Agnus* nelle Messe, ed i *Salmi*, le *Antifone,* l'*Inno,* il *Cantico Magnificat* nei Vesperi. L'omissione però del *Graduale, Tratto, Offertorio, Comunione* in certe circostanze particolari, come di voci mancanti, col supplemento dell'organo vien tollerata.

Art. 8. È proibito frammischiare inordinatamente il canto figurato nel canto

Art. 4. Musice vocalis melodicis instrumentis confecta, quam Ecclesia reprobat, ea est, quae sive ratione typi originarii, sive formae quam induit, apta est auditorum animis in ea, quae Domus orationis est, distrahendis.

§ II.

Speciales inhibitiones quoad Musicen vocalem in Templo.

Art. 5. Omnino interdicitur in Templo Sancto quaevis Musice vocalis theatrorum concentibus profanisve confecta, aut modis concinnata nimis levibus mollibusque; cuiusmodi sunt « Gabalette, Cavallette » ut aiunt: item melodiae monodicae plus aequo theatrorum more exaggeratae: permittuntur tamen sive singulares sive inter duos, sive inter tres, sive etiam inter plures voces musici concentus, si quidem melodiae sacrae indolem retineant, atque cum reliqua compositione apte sint colligati.

Art. 6. Quaelibet Musice interdicitur in qua sacra verba, etsi paucula, vel omissa, vel temere transposita, vel intercisa, vel nimis repetita, vel obscuro modo prolata.

Art. 7. Versiculos sacros in Kyrie, in Hymno angelico, in Symbolo etc. ceterisque s. Liturgiae precibus, in frusta nimis inter se dissita, ut dictionis unitas periclitetur, dividere nefas esto: ita etiam incompte properare cantum quarundam partium sacrae Liturgiae; cuiusmodi sunt Introitus, sequentia «Sanctus» versiculus « Benedictus » vel « Agnus Dei » in Missa; Psalmi, Antiphonae, Hymnus, Canticum « Magnificat » in Vesperis; aut eadem, quod peius est, omittere. Omissio vero Gradualis, Tractus, Offertorii, et versiculi, quem Communionem appellant, in quibusdam specialibus rerum adiunctis, ut est vocum defectus, si musici Organi sonitu suppleatur, tolerari potest.

fermo, e per conseguenza sono vietati i così detti *Punti* musicali nel *Passio*, in cui si deve seguire scrupolosamente il Direttorio. Sono solo permesse le risposte della Turba in musica polifona, su i modelli della scuola Romana, segnatamente di Palestrina.

Art. 9. È proibito qualunque canto, la cui soverchia durata protragga i Divini Officî oltre i limiti prescritti del mezzogiorno per la s. Messa e dell'*Ave Maria* per il Vespro e la Benedizione; eccettuate quelle Chiese che usano di privilegi o di consuetudini non riprovate a che l'Ufficiatura si estenda al di là delle dette ore, rimettendosi ciò all'arbitrio del Reverendissimo Ordinario.

Art. 10. È proibito l'uso di certe inflessioni di voci troppo affettate, il fare soverchio rumore nel battere il tempo o nel dare gli ordini agli esecutori, il volgere le spalle all'altare, il cicaleggiare o qualunque atto sconveniente al luogo santo. Sarebbe quindi desiderabile che le cantorie non fossero costruite sulla porta maggiore del Tempio, e che gli esecutori fossero possibilmente invisibili, secondo il prudente ordinamento del Reverendissimo Ordinario.

§ III.

Proibizioni speciali per la musica organica e strumentale in Chiesa.

Art. 11. È severamente vietato il suonare in Chiesa ogni benchè minima parte o reminiscenza di opere teatrali di pezzi ballabili di ogni genere, come, *Polckè*, *Walzer*, *Mazurhe*, *Minuetti*, *Rondò*, *Scottisch*, *Varsoviennes*, *Quadriglie*, *Galopp*, *Contradanze*, *Lituane*, ecc., di pezzi

Art. 8. Cantum figuratum Gregoriano inordinate commiscere haud licet, atque idcirco in solemni cantu Dominicae Passionis, in quo Directorium adamussim sequendum est, quae dicuntur *Puncta* musica inhibentur: permittitur solummodo Turbae melodià polyphonà, iuxta scholae Romanae exemplaria, praesertim vero Palaestrinae.

Art. 9. Quilibet cantus interdicitur, cuius nimia prolixitas divina officia, ultra praescriptos limites, protrahit; qui sunt quoad Missam Meridies; quoad vero vesperas dimidia hora post solis occasum; iis Ecclesiis exceptis, quae privilegiis consuetudinibusque utuntur non reprobatis: quod quidem R̃mi Episcopi arbitrio decernendum committitur.

Art. 10. Interdicuntur item quaedam nimis artificiosae vocum inflexiones: nimium in musico concentu moderando, vel iis qui canunt aut sonant praecipiendo rumorem agere: Sancto Altari terga vertere: immodeste confabulari, aut aliud quidvis committere, quod locum sanctum dedeceat. Quapropter optandum esset, ut cantorum Orchestra super maxima templi Ianua nequaquam constructa sit, si quidem illa e regione consistat Altaris ubi sacra fiunt, iique qui canunt vel sonant populo, quod fieri potest, invisibiles sint, iuxta prudens R̃mi Episcopi arbitrium.

§ III.

Inhibitiones speciales quoad Musicen quae vel « Organo », vel musicis aliis instrumentis in Ecclesiis fieri consuevit.

Art. 11. Severissime inhibetur sonitu in Ecclesia referre quamlibet partem, vel ut aiunt, reminiscentiam concentuum, qui in theatris, sive in Drammate peragendo sive in Choreis sociandis dirigendisve, cuiusque generis sint, fieri consueverunt: cuiusmodi sunt: Polka, Walser, Mazurcha, Chorea singularis inter duos, vel

profani ecc., come *Inni nazionali, Canzoni popolari, erotiche o buffe, Romanze,* ecc.

Art. 12. Sono vietati gli strumenti musicali troppo fragorosi, come Tamburro, Gran-Cassa, Piatti e simili, non che gli strumenti propri dei giullari, ed il Clavicembalo ossia Pianoforte. Le trombe però, i flauti, timpani ed altri strumenti di simile specie, che furon già in uso presso il popolo d'Israele per accompagnare le lodi divine, i canti e salmi davidici, sono permessi, purchè vengano usati con perizia e moderazione, specialmente in occasione del *Tantum ergo* alla Benedizione col Santissimo Sacramento.

Art. 13. È vietato l'improvvisare detto *a fantasia* sull'organo a chiunque nol sappia fare convenientemente, cioè in modo da rispettare non solo le regole dell'arte musicale, ma quelle altresì che tutelano la pietà ed il raccoglimento dei Fedeli.

Art. 14. Nelle composizioni sono da osservarsi le seguenti norme:

Il *Gloria* non sia diviso in tante parti separate con gli assoli di genere drammatico. Il *Credo* pure sia composto tutto di seguito e, se fosse concertato, i concerti di esso siano disposti in modo da formare un tutto ben connesso. Si evitino, per quanto si può, gli assoli, i duetti foggiati a maniera di canto teatrale con alzata di voce (per non chiamarli gridi) che distraggano la devozione dei Fedeli. E soprattutto si badi che alle parole sia mantenuto il posto, che hanno nel rispettivo testo, cioè senza posposizioni.

mixta inter quatour, vel composita et alterna, Galopp, Rondò, Scottisch, Varsovienne, Lituana.... Item Hymni nationales, Cantus vulgares sive inhonesti, sive scurriles, Romanticae, aliaque id genus omnino profana.

Art. 12. Interdicuntur musica instrumenta nimis fragorosa strepentiaque; cuiusmodi sunt Tympanum sive maius, quod clava; sive minus, quod ligneis paviculis pulsatur; atque aeneae patinae; item musica instrumenta quibus scurrae utuntur; nec non organum maius fidibus intentum, seu cymbalum domesticum. Tubae vero, Tibiae, et instrumenta aeneis orbibus consertis (qui pavicula item aenea pulsantur) conflata; aliaque id genus, quibus populus Israeliticus in divinis laudibus canendis olim utebatur, permittuntur, dummodo perite graviterque, praesertim in canendo Hymno Tantum ergo.... quum Venerabilis Sacramenti benedictio impertitur, adhibeantur.

Art. 13. Vetitum est ex tempore canere, seu ex phantasia ut aiunt, Organo consonante; nisi quis forte id apte conficere possit; id est non modo ut musicae artis regulae serventur; sed et quae fidelium pietatem religionemque tueantur.

Art. 14. In musicis compositionibus lucubrandis, haec observentur. Hymnus Angelicus in partes invicem seiunctas cum cantu unius vocis, more drammatico, non dispescatur. Symbolum item continenter concinendum lucubretur; quod si eius cantus musicis instrumentis sociandus sit, ita sint concentus inter se dispositi, ut unum optime connexum efforment. Singulares cantus, qui theatralium more conficti sunt, ne dicam potius clamores, ea vocis elatione, quae fidelium piam attentionem turbet, quoad fieri potest, evitentur. Maxime vero curetur, ut verbis suus quibusque locus, quem in sacro textu occupant, exclusa omni inconsulta transpositione, servetur.

§ IV.

Provvedimenti per impedire gli abusi della musica in Chiesa.

Art. 15. Ogni Chiesa dovrà essere, per quanto è possibile, fornita del proprio conveniente Repertorio di musica di canto e di organo adatto all'esigenza delle sacre Funzioni o della rispettiva Cappella musicale, quale potrebbe essere il *Repertorio Parrocchiale dell' Organista* ed il *Repertorio economico di Musica Sacra* pubblicati per cura dell' *Associazione di S. Cecilia* in Milano, via S. Sofia num. 1. Queste e altre simili pubblicazioni però s'intendono solo proposte, e non imposte ad *exclusionem* di qualunque altra potesse attuarsi e pubblicarsi da altri editori col consenso dei rispettivi Reverendissimi Ordinarî sopra i criterî del presente Regolamento.

Art. 16. Ogni Chiesa, che voglia fare una conveniente scelta fra le diverse pubblicazioni di musica sacra buone o cattive, che si fanno continuamente dai diversi editori, potrà provvedersi del *Catalogo generale di Musica Sacra* che verrà pubblicato per cura della detta *Associazione*, in conformità agli Statuti approvati dalla Santa Sede, o di altra casa editrice ossequente alle date prescrizioni. Anche il suddetto *Catalogo generale* vien solo proposto, non imposto ad *exclusionem*, come all'articolo precedente.

Art. 17. Oltre il Repertorio di Musica Sacra edita sarà permesso quello di Musica manoscritta, quale si conserva presso le diverse Chiese e Cappelle, ed altri Istituti ecclesiastici, purchè ne sia fatta la debita scelta da una speciale *Commissione* intitolata di *S. Cecilia* da fondarsi in tutte le Diocesi, con a capo l'*I-*

§ IV.

Constituta ad Musices sacrae abusus, qui in Ecclesiis contingere solent, removendos.

Art. 15. Quaevis Ecclesia suum proprium habere debet Syllabum seu repertorium, quoad fieri potest, musices tum vocalis, tum etiam organicae, sacris functionibus et cantorum choro opportunum apte concinnatum; cuiusmodi est Repertorium Parochiale Hydraulae et Repertorium Musices sacrae per Societatem a S. Caecilia nuncupatam in lucem edita Mediolani in Via S. Sophiae n. 1. Hae vero lucubrationes tantummodo propositae acquirendae habeantur; non autem impositae, ut quaelibet alia excludatur, forte conficienda et ab aliis editoribus, consentientibus probantibusque reverendissimis Episcopis, iuxta praesentem Ordinationem, publicanda.

Art. 16. Si qua velit Ecclesia inter varia opera Musices sacrae sive in lucem edita, sive posthac edenda, optima eligere, Catalogum Generalem Musices Sacrae cura eiusdem Societatis, vel alterius domus typographicae, iuxta Statuta a S. Sede comprobata, publicandum comparare sibi poterit. Qui quidem Catalogus non imponitur acquirendus sed proponitur, quemadmodum in Art. praecedenti de Repertorio dictum est.

Art. 17. Praeter Repertorium Musices sacrae typis exaratae, et aliud manuscriptae habere licebit, quod in plerisque Cantorum Coetibus, atque ecclesiasticis Institutis solet adservari; dummodo opportuna selectio fiat per Societatem a S. Caecilia nuncupatam, in qualibet Dioecesi instituendam: cui praeficiatur Inspector Dioecesanus Musices sacrae qui propriae Dioeceseos Reverendissimo Episcopo proxime subsit.

spettore Diocesano della Musica Sacra, sotto l'immediata dipendenza dei rispettivi Ordinarî.

Art. 18. Sarà quindi solo permessa nelle Chiese l'esecuzione di quelle musiche edite o inedite, le quali allistate nell'*Indice-Repertorio diocesano* portino il contrassegno col relativo bollo e visto della *Commissione di S. Cecilia* e del suo Ispettore dirigente, il quale con la lodata Commissione, e sempre sotto la dipendenza dell'Ordinario, senza pregiudizio dei Superiori locali, potrà sorvegliare anche le esecuzioni sopra luogo, richiamare in sagrestia le produzioni eseguite o da eseguirsi, e verificare se corrispondano alle norme ed alle carte approvate col contrassegno del bollo e del visto, e potrà quindi riferire all'Ordinario e provocare all'uopo l'applicazione di energici provvedimenti contro i trasgressori.

Art. 19. Gli Organisti ed i Maestri di Cappella rivolgeranno anzitutto ogni loro cura ed abilità nella migliore esecuzione possibile della musica del rispettivo Repertorio. Potranno anch'essi nella loro perizia accrescerlo di nuove composizioni, purchè si conformino alle norme suddette, dalle quali nessuno potrà essere dispensato. I componenti stessi le Commissioni saranno soggetti alla mutua revisione dei loro lavori.

Art. 20. Ai singoli Parrochi o Rettori di Chiese, è affidata l'esecuzione dell'*Indice-repertorio* della musica sacra, compilato dalla *Commissione di S. Cecilia* ed approvato dal Reverendissimo Ordinario anche sotto pena da imporsi dal medesimo in caso di trasgressione. Tale *Indice-Repertorio* potrà in seguito essere

Art. 18. Erit proinde eorum tantummodo concentuum musicorum permissa executio, sive typis editi sint, sive manuscripti, qui in Indice-Repertorio dioecesano inserti appositum signum referant cum sigillo proprio scriptàque approbatione Societatis a S. Caecilia ibidem constitutae, atque Inspectoris qui illi praeest; hic una cum sociis, annuente et consentiente Rmo Episcopo, ac sine eorum iniuria, qui ibi proxime praesunt, super musicorum concentuum exsecutione dum fiunt, invigilare poterit, musicasque productiones sive exequendas, sive quarum executio iam confecta sit, in Sacrario recognoscere, atque inspicere utrum regulis exhibitis, chartisque sigillo consignatis et Inspectoris subscriptione munitis respondeant; tum ad Rm̃um Episcopum referre, atque ab eo postulare, ut praesentissima legis remedia in transgressores adhibeantur.

Art. 19. Hydraulae, et Chori musici Moderatores omni studio in primis sollertiàque curabunt, ut quae in suo Repertorio constituta fuerint, quam optime possint, socii exsequantur. Poterunt quidem et ipsi pro suo ingenio novis illud lucubrationibus augere, dummodo statutis regulis, a quibus exequendis eximi poterit nemo, se opportune conforment. Ipsimet Societatis alumni mutuae suarum musicarum lucubrationum recognitioni obnoxii erunt.

Art. 20. Singulis Parochis, seu Ecclesiarum Rectoribus Indicis-Repertorii per Societatem a S. Caecilia compositi, et per Rm̃um Episcopum approbati executio commissa est, etiam, siquid contra attentari contigerit, ab ipso in transgressores imposita poena. Huiusmodi Index seu Repertorium novis deinceps musicis lucubrationibus poterit, ut dictum est, augeri.

Art. 21. Hae Societates ecclesiasticis viris, atque etiam laicis musicae artis

aumentato dalle nuove produzioni musicali. ·

Art. 21. Le suddette *Commissioni* risulteranno di Ecclesiastici, ed anche di Secolari periti nelle cose musicali, ed animati di spirito profondamente cattolico. L'*Ispettore Diocesano* sarà sempre Ecclesiastico. La nomina e l'istituzione di tutti loro appartiene di diritto agli Ordinarî diocesani.

peritis et catholico Spiritu medullitus informatis, componentur. Inspector dioecesanus non alius, quam ecclesiasticus vir erit. Eorum vero nominatio atque institutio ad Rmum cuiusque Dioeceseos Episcopum iure pertineat.

§. V.

Disposizioni pel miglioramento avvenire della musica sacra e delle sue scuole.

Art, 22. A preparare il migliore avvenire della musica sacra in Italia, sarebbe desiderabile che i Reverendissimi Ordinari procurassero di fondare o perfezionare, ove già esistano nei rispettivi Istituti Ecclesiastici, massime nei Seminarí, le scuole di musica figurata secondo i metodi più perfetti ed accertati. A tale scopo inoltre sarebbe opportuno che nei principali centri della penisola si aprissero scuole speciali di musica Sacra, per allevare buoni cantori, Organisti e Maestri dl Cappella, a quella guisa che si è gia praticato lodevolmente in Milano,

Arl. 23 Il presente Regolamento verrà comunicato a tutti i Reverendissimi Ordinari, i quali lo parteciperanno al Clero, agli organisti e Maestri di Cappella delle rispettive Diocesi, ed avrà vigore un mese dopo dalla det a partecipazione dell' Ordinario. Dovrà pure questo Regolamento stare affisso sopra apposita tabella in Chiesa accanto al leggìo dell' Organista, affinchè non venga mai per alcuna causa trasgredito.

§ V.

Constituta ad Musicen sacram eiusque scholas meliores posthac reddendas.

Art. 22. Ad meliorem Musicen sacrae conditionem, futuris temporibus Italiae comparandam, optandum profecto esset, ut Rmi Episcopi vel fundandas, vel sicubi iam existunt, perficiendas curarent in suis ecclesiasticis Institutis, maxime vero in Seminariis, Musices figuratae scholas iuxta methodos maxime perfectas atque probatas. Ad hunc finem praeterea obtinendum opportunum esset in praecipuis nostrae Peninsulae locis speciales Musices sacrae scholas institui ad optimos cantores, Hydraulas et Phonascos educandos, quemadmodum Mediolani laudabiliter iam factum esse constat.

Art. 23. Praesens Ordinatio omnibus Rmis Italiae Episcopis tradetur, qui eam suarum quisque Dioeceseon Clero, Hydraulis et Phonascis notam facient: eaque mense a peracta Episcopis, quam diximus, traditione, vigere incipiet. Prostabit item haec Ordinatio super apposita tabula in Templo prope pluteum anagnosticum Hydraulae, ne quando forte negligi violarique contingat.

Ordinis Minorum
Sancti Francisci Capuccinorum.
(*in Hybernia*)

Hodiernus Moderator Ordinis Minorum Sancti Francisci Capuccinorum Provinciae Hyberniae, ad magis fovendam erga Sanctos Columbanum Abb. et Brigidam Virg. inter suos Alumnos devotionem, et majorem cum Clero Saeculari uniformitatem obtinendam, a Sanctissimo Domino Nostro Leone Papa XIII enixe efflagitavit, ut iidem Alumni memoratae Provinciae Festa praedictorum Sanctorum peragere valeant eadem die et sub eodem ritu, quibus ea Clerus Saecularis celebrat, adhibendo Officia et Missas eidem Clero a Sancta Sede concessa. Sanctitas porro Sua, referente subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, benigne annuere dignata est juxta preces: servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 11 Junii 1885.

D. Card. Bartolinius S. R. C. *Praefectus.*
Laurentius Salvati *S. R. C. Secretarius.*

E S. CONGR. DE PROPAGANDA FIDE.

Copia di biglietto diretto al Ministro Generale dei PP. Cappuccini il 10 Maggio 1884 da M. Segretario della S. Congreg. di Propaganda Fide.

Il Sottoscritto Segretario di Propaganda ha il dovere di communicare a V. P. Rma le Risoluzioni emesse dagli Emi Padri della Congreg. del 28 dello scorso Aprile riguardanti le Missioni dei RR. PP. Cappuccini nell'India:

« *Quaenam sunt quibus illico providendum est?* »

Imprimis nominentur in quolibet Vicariatu aliquot consiliari Episcopi, et determinetur modus eos nominandi, idest fiat a Vicario Aplico ad propositionem missionariorum, et quoad influxum quam habere debent, prae oculis habeatur id quod in genere constitutum est in iure canonico circa ea in quibus requiritur consilium vel consensus capituli. Tempus quo convenire debeant de negotiis Vicariatus acturi, erit quoties negotium requirens eorum consensum occurrerit, et si nulla hujusmodi necessitas occurrat, saltem singulis trimestribus; quod quidem etiam ab administratore missionis sede vacante servandum est.

Praeterea visitatio pastoralis fiat quolibet anno, vel saltem omnia loca vicariatus spatio trienni visitentur, Episcopus plenam informationem assumat. sive de statu materiali, sive de personis, idque iuxta instructionem Benedicti XIV, pro relatione Dioecesium fiat. Quantum fieri potest Episcopus convisitatorem secum ducat. Quod si Episcopus a facienda visitatione impediatur, alium loco sui deputare debet. Quolibet anno in consilio Vicariatus reddatur plena ratio acceptorum et expensarum, et in relatione missionis trasmittatur ad S. Congregationem.

In electione VV. AA. consiliari singuli ac praecipui missionarii praebeant informationes circa personas quas reputent aptiores ad Episcopatum; sententia missionariorum a Ministro generali audito Procuratore ad S. Congregationem mittatur.

Quoad Capellanos militares praescribantur normae ab iis tenendae circa milites catholicos: Speciatim ut promoveant frequentiam sacramentorum quolibet mense, concionem habeant ad fideles, et eos edoceant cathechismum quolibet die dominico: curent etiam promovere societatem temperantiae.

Quoad sororum instituta praescribitur, ut servetur clausura passiva in habitatione ipsarum. Prohibeatur ne viri alibi quam in cubiculo ad colloquendum destinato admittantur, exceptis scholis, si

necessarium sit: idque intelligatur etiam de sacerdotibus. Quoad confessarium quantum fieri potest, observetur regula de mutatione confessarii ipsius, quod si necessitas exigat ut confessarius idem permaneat ultra sexennium, recurratur ad S. Sedem pro facultate illum confirmandi: item mittatur omnino aliquoties per annum extraordinarius, cui se sistere omnino debeant sorores statuto tempore. Haec quidem sunt quae statim curari debent, ut executioni mandentur.

2. De restauratione missionum.

1. De electione missionariorium in Europa facienda capitulum generale Capuccinorum agere debet. Eligantur religiosi vita regulari probatissimi, et bene instructi ex omnibus provinciis, qui ad veras missiones inter paganos mitti possint. Hi vero antea praeparentur: sint in aetate studiis ac laboribus idonea, et in domo apposita scholasticatus in loco missionum idoneo instituantur in studiis propriis locorum, quae scilicet opportuna sint pro regionibus, praesertim vero edoceantur linguas populorum ad quos mittentur. 2. Novitiatus apud Moussoree instructus, servari debet; at capitulo proximo commendetur, ut mittat ad illum directores aptissimos. 3. Quoad Tertiarios, examinet capitulum generale, quomodo sint instituti, quomodo novitiatus comparatus sit, et quomodo instruantur ad scholas elementares regendas.

Necesse est ut modus vivendi ac vestiendi in missionibus Indiarum sit conformis paupertati et observantiae regulari, in quantum fieri potest. Item opus est, ut obligentur a Vicario aplico missionarii ad studia ipsis opportuna, tum linguarum, tum annuorum casuum moralium, quorum solutionem scriptam ad Vicarium Apostolicum mittant, tum praeparationis ad praedicationem.

Haec omnia capitulo commendentur ut videat, qua ratione opportunius provideri debeat. »

Lo scrivente coglie quest'occasione per etc.

P. S. Riguardo al Collegio delle missioni dovranno farsi i cambiamenti secondo il tempo stabilito dalle regole, e sentito il parere di questa S. Congregazione.

Concordat cum originali.

Fr. Antoninus a Reschio *Secr. Gen. Cap.*

E SECRETARIA BREVIUM.

Indultum sub forma Brevis pontificii quo Minor. Capuccinis Provinciae Bavaricae Praedicatoribus conceditur incipere Matut. cum Laud. divini offici sub prima pomeridiana hora.

LEO PP. XIII.

Ad futuram rei Memoriam. — Supplicatum est Nobis ab hodierno Moderatore Fratrum Ordinis Min: S. Francisci Capulatorum Provinciae Bavaricae, quo dictae Provinciae Concionatores, seu Sacris Expeditionibus addicti, sui instituti curis satiori modo vacare, atque uberiores exinde fructus percipere possint, in votis admodum se habere, ut iisdem veniam inchoandae recitationis Divini officii cum laudibus elapsa prima post meridiem hora, de Nostra indulgentia concedere velimus. Nos hisce votis obsecundare, et singulos omnes, quibus hae Litterae Nostrae favent, peculiari benevolentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris ac poenis, quovis modo vel quavis de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes, Apostolica Auctoritate Nostra, harum Litterarum vi, praedictis Fratribus Ordinis Min: S. Francisci Capulatis Apostolico munere fungentibus

privilegium inchoandi recitationem Matutini cum laudibus hora prima post meridiem concedimus atque indulgemus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die XV Maii MDCCCLXXXV

Pontificatus Nostri Anno Octavo.

M. Card. Ledochowski.

L. ✠ S.

Triduana supplicatio in Prov. Belgicae, occasione centenarii fundat.

LEO PP. XIII.

Universis Christifidelibus praesentes Litteras inspecturis salutem et Apostolicam Benedictionem. Cum sicut accepimus, in Belgica Provincia F. F. Ord. Minorum S. Francisci Capucinorum, recurrente tertio anno saeculari fundationis praefatae Provinciae triduana supplicatio, tribus diebus festum Ss. Stygmatum S. Francisci antecedentibus, solemniter in omnibus Ecclesiis F. Minorum Capuccinorum eiusdem Provinciae habenda sit; Nos ad augendam fidelium religionem et animarum salutem coelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus, dummodo singulis diebus dictis supplicationibus devote interfuerint, qui vere poenitentes et confessi ac S. Communione refecti, uno ex praefatis diebus cuiusque eorum arbitrio eligendo, Ecclesiam aliquam ex praedictis visitaverint piasque ad Deum preces effuderint, quo die praefatorum id egerint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem misericorditer in Dno. concedimus. Praeterea omnibus et singulis fidelibus quolibet die triduanae supplicationi, ut supra interfuerint et oraverint, tercentum dies de injunctis eis seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Quas omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes, etiam animabus Christifidelium quae Deo in charitate conjunctae ab hac luce migraverint per modum suffragii applicari posse indulgemus. Praesentibus hoc anno tantum valituris. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 2 Junii MDCCCLXXXV. Pontificatus Nostri Anno Octavo.

M. Card. Ledochowski.

E S. CONG. INDULGENT.

DE INDULG. TERTIARIORUM

Bme. Pater,

Archiepiscopus Goritiensis a S. Congregatione Indulgentiarum sequentium dubiorum solutionem humillime petit:

1°. Recitantes Fratres et Sorores trium Ordinum S. P. Francisci Rosarium seraphicum (7 decadum) lucranturne qualibet vice, prout ante Constitutionem nuperrimam S. S. Leonis XIII « Misericors Dei Filius », Indulgentiam plenariam?

2°. Sodales Tertiarii recitantes post Communionem Ps. 19 Exaudiat, lucranturne Indulgentias intuitu Communicationis Privilegiorum cum 1° et 2° Ordine S. Francisci et cum aliis Ordinibus, puta: Camaldulensium, Augustinianorum etc?

In genere adestne pro Tertiariis adhuc communicatio privilegiorum?

3°. R. P. Bonifacius Minister provincialis F. F. M. M. Cap. Provinciae Rheno-Palatinensis occidentalis (West-Rheinpfale) dubium sequens S. Congni. Indulgentiarum proposuit: An in suo valore maneat etiam post declarationem S. S. d. d. 7 Junii 1882 Indulgentia plenaria et Bene-

dictio Tertiariis elargienda (antea absolutio generalis dicta) cum Benedictione Papali, concessa *speciali privilegio* in festo S. Aloysii Gonz. die 21 Junii (qua die anniversaria induitionis S. M. Pii IX ceu Tertiarii); et responsum accepit die 30 Decembris 1882 « *Affirmative*, quia speciale privilegium, ut cesset, speciali tantum revocatione tolli debet ». Standumne est adhuc huic declarationi necne?

4°. In Kalendario perpetuo Ord. Min. S. P. Francisci et per consequens in Directorio liturgico eorum Provinciae S. Crucis Croatiae, Carnioliae notantur suis diebus Indulgentiae Plenariae, quae lucrari possunt a quibuscumque Cristifidelibus visitantibus Ecclesias conventuales Ord. S. Francisci sub solitis conditionibus.

Quaeritur, num Sodalibus Tertii Ord. S. Francisci, velut hucusque sufficiat ad lucrandas hujusmodi Indulgentias, visitare proprias Ecclesias curatiales, an vero opus sit illos, non obstante quacumque distantia (etiam 10-20 horarum), adire Ecclesias praedicti Ordinis?

Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita propositis dubiis respondit:

Ad 1um. Quoad sodales Tertii Ordinis S. Francisci, Negative.

Ad 2um. Negative ad utramque partem.

Ad 3um Negative post editam Constitutionem Aplicam. « Misericors Dei Filius. »

Ad 4um. Quoad primam partem, Negative; quod secundam, Affirmative.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sac. Congnis. die 12 Junii 1884.

L. Card. BONAPARTE

Franciscus Della Volpe *Secrius.*

Ita reperitur in Regestis Sacrae Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae. In quarum fidem. Datum ex Secretaria ejusdem S. Congnis, die 23 Januari 1885.

Franciscus Della Volpe *Secrius.*

ACTA ORDINIS

FRATER BERNARDUS AB ANDERMATT

ORDINIS MINORUM S. FRANCISCI CAPUCCINORUM

MINISTER GENERALIS (l. i.)

Omnibus Ordinis nostri fratribus salutem et seraphicam beneditionem.

Reverendi Patres, et Fratres dilectissimi.

Bononiae suorum fratrum corona circumdatus, Sacramentis refectus, Apostolica benedictione per telegraphum missa a Summo Pontifice Leone XIII confortatus, hora ferme secunda ineuntis diei octavae Iunii, Revmus P. Peregrinus a Foro Livii (Forlì), jam Generalis Definitor, actualis suae Provinciae Minister, et Annalium nostri Ordinis elegantissimus continuator, terram relinquens, multorum pro Dei gloria, animarum salute, et Ordinis decore exantlatorum laborum praemia consecuturus, ad aeterna migrabat.

Fori Livi in Aemilia natus postridie idus Iulii anno 1812, Ordinem nostrum a pueritia maximo affectus amore ac devotione, gymnasiali ferme cursu absoluto, anno aetatis suae 16 nondum expleto, decimo sexto kalendas Iulii anno 1828, Caesenae Capuccinorum vitam aeggressus, eadem recurrente die insequentis anni solemnem professionem emisit. Anno 1830 quarto nonas Maji Ferrariam ad studia tum Philophiae cum Theologiae missus, juvenis ingenio alacri, tenaci memoria, et ferrea, ut ita dicam, voluntate praeditus ita profecit ut vix septennio emenso cathedram ascendere jussus primo Forocornelii (Imola) Philosophiam, Ferrariae deinde Theologiam dictaverit maximo discipulorum profectu,

dum insimul et poetae et sacri oratoris nemen non ordinarium sibi acquirebat.

Patrii Conventus Guardianus plurius renuntiatus, semel et iterum, primum Bononiae anno 1848, Caesenae 1851 electus, prudentiae, dexteritatis et morum suavitatis maxima testimonia dedit. Ab anno 1854 ad 1857 Neoprovinciali Ministro P. Arsenio a Russio uti secretarius summo Provinciae bono opem tulit. In Capitulo Forocornelii habito, praeside Ministro Generali Revmo Patre Salvatore ab Othierio, quo tempore Pius Papa IX felicis recordationis ibi morabatur suas Provincias invisens, tertio Definitor adlectus, ipsi Ministro Generali suorum historicorum nostri Ordinis laborum primitias obtulit. - Leggenda dei Capitoli Provinciali, e di altre memorie intorno ai Cappuccini della Provincia di Bologna. -

Omnium suae Provinciae fratrum amorem et existimationem adeptus, Bononiae, octavo kalendas Iunii anno 1860, tandem, unanimi voto et communi plausu, Minister Provincialis eligitur: quo in munere vir mitis et prudens universali nedum sibi subditorum fratrum, sed et majorum Superiorum satisfactione se gessit, ut Generalis Minister Revmus P. Nicolaus a S. Ioanne tum nostri Bononiensis Archigymnasii Visitatorem et Commissarium, tum ejusdem Provinciae Capituli Foro Livii celebrati anno 1863, et duorum Provinciae Styriae praesidem nominaverit atque Coenobii Tergestini (Trieste), tunc auctoritati ejusdem Ministri Generalis subjecti, vix expleto Provincialatus triennio, Superiorem constituerit.

Quae Tergesti Pater Peregrinus gesserit, haud facile dictu est. Novem ibi commoratus annos, sive uti Coenobio, sive uti Fabricae praepositus, omnium tum fratrum cum saecularium, tum privatarum personarum cum civilium et ecclesiasticarum auctoritatum sibi conciliavit animos, ut magnum illud et perpulchrum templum, et non parvum Coenobium, quorum vix initia posita erant, ad complementum perduxerit.

Anno 1872 Revmus P. Aegidius a Cortona vix Generalis Minister electus sibi Consultorem Patrem Peregrinum adscivit; et paulo post abrenunciantis Definitorium Generalem P. Agathonis a Ried, 17 Septembris ejusdem anni, facultate *vivae vocis oraculo* a Pontifice Pio IX obtenta, loco suffecit. Permansit hoc in munere usque ad ultimum Generale Capitulum, a quo ad suam pene reversus Provinciam, in existimationis et reverentiae signum, a suis iterum Minister Provincialis in Capitulo Bononiae collato 20 Iunii 1884 cooptatus est.

Ast tanti viri vita, in laboribus et studiis a juventute transacta, ad suum finem vertebat: praeter enim quam quod oculis fere totaliter captus (qua de causa nec scribendi nec legendi per aliquot annos illi facultas fuit, et nihilotamen secius potuit dictando continuationem annalium Ordinis et alia (1) exarare opera), lento etiam et occulto morbo paulatim consumebatur. Unde duobus nondum elapsis mensibus a novo ei commisso provinciali Ministerio, ita stomaco laborare coepit, ut nullo amplius solido cibo enutriri potuerit, sed simpliciter vel lacte vel jusculo sustentaretur: verum vix credibile dictu, sub tanti morbi vi laborem assiduum nec intermisit nec imminuit. Immo ut suo muneri ad ultimum usque fideliter satisfaceret, die 26 Maji, licet obnitentibus amicis et Fratribus et ipso disuadente medico, Conventuum Provinciae Visitationem aggressurus Fa-

(1) In fine preasentis fasciculi habetur catalogus operum et opusculorum P. Peregrini tipis mandatorum . Exstant alia inedita et poeticae compositiones etiam tipis mandatae in foliis separatis, cujus enumeratio difficilis nobis evadit (N. R.)

ventiam pergebat, deinde Forumcornelium et tandem Bononiam, ubi kalendis Iunii praehabita brevi fratribus allocutione, celeberimi illius Coenobii visitationem aperuit, militis ad instar qui strenue propugnacula tenens ad ultimum usque spiritum pugnat, et pugnando vitam amittit. Sequenti siquidem die vi morbi prostratus, prima vice post longam decem mensium infirmitatem sacrum haud facere valuit. Verum recurrente die 4 mensis festo Corporis Christi in infirmorum sacello, magno quidem labore, sed longe majori sui spiritus consolatione Omnipotenti Deo Immaculatam consecravit Hostiam insimul vitae suae sacrificium offerens.

Die Dominica, septima mensis, morbo ingravescente sub Vesperas sacrum suscepturus Viaticum, e lectulo surgens ferventi et tenerrima oratione ad Fratres qua primum suas Deo misericordiarum confitebatur miserias, dein ab ipsis efflagitabat commissorum veniam; solemni innovata professione inter circumstantium lacrimas Sacramento Eucharistico refectus est: quo sumpto eo tandem in gratiarum actione sedens permansit, quousque, longa syntexi perculsus, denuo in lectulo repositus sese ad extremam Unctionem et tandem ad Pontificiam benedictionem praeparavit: quibus roboratus, maxima se repletum pace et consolatione testatus, Crucifixi imaginem exosculans, crucis signo in fronte, in ore et in pectore saepissime se muniens tranquillam opetiit mortem.

Dum, Patres et Fratres dilectissimi, Revmum P. Peregrinum uti verum erga Ordinem nostrum amoris et devotionis exemplar vobis omnibus commendamus, ejusque pii transitus nuntium vobis dolentes communicamus, omnibus memoriae revocamus debitum animam istius undequaque benemeriti Patris triplici suffragio levandi, ut Deus reliquias ipsi peccatorum remittat, si habeat expiandas, atque aeternam tribuat requiem.

Datum Romae, e Conv. nostro Imm. Conceptionis, die 8 Iunii 1885.

Fr. Bernardus ab Andermatt, *qui supra.*

CAPITULA PROVINCIALIA

POST NOVISSIMUM GENERALE CAPITULUM CELEBRATA.

(Continuatio)

XXII. CAPITULUM PROVINCIAE ANGLIAE, *celebratum Londini apud Peckham die 18 Iunii 1885.*

ELECTI :

Minister Provincialis: **A. R. P. Aloisius a Castroferretorum.**

1. Definitor	A.R.P.	Pacificus a Camerata.
2. »	» » »	Bonaventura a Calari.
3. »	» » »	Nicolaus a Carpegna.
4. »	» » »	Bernardus a Cestria.
1. Cust. Gen.	» » »	Gulielmus a Corinaldo.
2. »	» » »	Modestus a Glascua.

XXIII. CAPITULUM PROVINCIAE PANORMITANAE, *celebratum per schedulas et per Decretum Generale 19 Junii 1885 confirmatum.*

ELECTI :

Minister Provincialis: **A. R. P. Hieronymus a Castrovetrano.**

1. Definitor	A.R.P.	Franciscus a Castro Maris.
2. »	» » »	Angelicus a Calathanisio.
3. »	» » »	Franciscus a Panormo.
4. »	» » »	Dominicus a Partenico.
1. Cust. Gen.	» » »	Franciscus a Canicatti.
2. »	» » »	Ambrosius a Calathanisio.

XXIV. CAPITULUM PROVINCIAE RHEGINENSIS, *celebratum per schedulas et per Decretum Generale 19 Junii 1885 confirmatum.*

—

ELECTI:

MINISTER PROVINCIALIS: **A. R. P. Joseph a Cardinali.**

1. DEFINITOR A.R.P. Joannes Bapt. a Cardinali.
2. » » » » Franciscus. a Petritio.
3. » » » » Eugenius a Caulonia.
4. » » » » Jesuelis a Cardinali.
1. Cust. Gen. » » » Nicolaus a Cerrisi.
2. » » » » Jesualdus a Rhegio Julii.

XXV. CAPITULUM PROVINCIAE LUGDUNENSIS, *celebratum Cristae die 26 Junii 1885.*

—

ELECTI:

MINISTER PROVINCIALIS; **A. R. P. Constantius a Rians.**

1. DEFINITOR A.R.P. Ludovicus Ant. a Bruntuto.
2. » » » » Joannes a Vesontione.
3. » » » » Joannes B. a S. Genesio.
4. » » » » Moyses ab Aurelia.
1. Cust. Gen. » » » Irenaeus a Lugduno.
2. » » » » Gabriel a Courbouzon.

XXVI. CAPITULUM PROVINCIAE COSENTINAE, *celebratum per schedulas et per Decretum Generale 27 Junii confirmatum.*

—

ELECTI:

MINISTER PROVINCIALIS: **A. R. P. Angelus a Regina.**

1. DEFINITOR A.R.P. Seraphinus a Murimanno.
2. » » » » Bonaventura a Carpanzano.
3. » » » » Cherubinus a Murimanno.
4. » » » » Michael Angelus a Murimanno.
1. Cust. Gen, » » » Jesualdus a Sciliano.
2. » » » » Ambrosius a Coriliano.

FRAGMENTA SERAPHICA

MINORES CAPUCCINI
IN
ALMA DOMO LAURETANA.
(*Continuatio*)

IV (1)

Cum mihi proposuerim Minorum Capulatorum in Alma Domo Lauretana majori fidelitate qua possum historiam narrare, nemo certe mirabitur si nonnulla documenta, quae ignorata jacebant, quaeque nuper inveni *(2)*, quamvis ad res jam dictas referantur, nunc proferam: quod non parvum lumen nostrae historiae allaturum spero.

Inter quae documenta, tempore et dignitate primum locum tenet Breve Pauli V, quo concedit converti posse aedificando Laureti hospitio pro Capuccinis (3) quadringentos florenos (4) quos quidam Fortunatus Scala Conventui Ca-

---

(1) Vide Analecta Vol 1 Fasc. V.

(2) Annales Mana: Provinciae Marchiae.

(3) Hoc hospitium, cujus fundamenta posita fuere, anno (1608) perfectum fuit anno (1611) et tunc in eo Familia octo Religiosorum habitavit. Vide Analecta volum. 1 Fasc. II. pag. 50.

(4) Quot libellas hodiernae monetae illos quadringentes florenos aequiparasse non est certum, cum illis temporibus essent floreni aurei et floreni argentei; florenus vero aureus valebat 112 libellas hodiernas, et ideo si quadringenti floreni, de quibus loquimur, fuissent aurei bonus Fortunatus 44, 800 libellas hodiernas legavisset; at hoc non est probabile: arbitror ergo fuisse florenos argenteos et aequiparasse quingentas et sexaginta libellas hodiernas: nam florenus argenteus valebat unam libellam et quadraginta centesimos. Fortasse fuerunt floreni Camarinenses, nam Montecchius erat in ditione ducatus Camarini, qui proprias monetas habebat. Vid. Opus de Mon. It. Med. Ævi, ibique invenies Vincentium Bellini de Mon. Camerin.

puccinorum Montecchij legaverat (5). En Brevis (6) copia.

Venli. Fri. Epo. Camerinen. (7) sive filio ejus Vicario in spiralibus. gnali.

PAULUS PP. V.

Venerabilis Fr. dilecte fili salutem et aplicam. benedic. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Michael Angelus de Arimino (8) procurator ejus ordinis frum. minor. S. Francisci Capuccinorum nunctorum: Quod alias tunc in humanis agens Fortunatus Scala incola dum vixit loci Montecchij Camerinen. Dioec. in testamentaria vel alia sua dispositione ex bonis sibi a Deo collatis domui dicti Ordinis praefati loci quadringentos florenos, vel monetam illis parem, in fabricam dictae domus, ac illius Ecclesiae, nec non pannorum emptionem pro usu illius fratrum conventus reliquit: et si dicti fratres Capuccini praefatum legatum acceptare nollent, voluit, quod illud ad monasterium Monialium S. Benedicti ejusdem loci deveniret prout in dicto testamento contineri dicitur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat domus et Ecclesia humi., aliqua fabrica illiusq. fres. praedicti pannis non indigerent et si indigerent vigintiquinque vel saltem quinquaginta floreni ad hoc sufficerent, in civitate vero nostra Lauretana quaedam domus in qua fres. ejusdem ordinis ad praefatam civitatem devotionis causa se transferentes recipiantur, construatur, et pro illius constuctione quaedam aliae domus emendae, et pro illarum emptione magna pecuniarum summa expendenda existant et propterea dictus exponens loco quadringentos florenos hujusmodi in fabricam domus et ecclesiae in praefato loco Montecchij existentium, ac pannorum emptionem commutandi illos in fabricam ipsius domus in praefata civitate; ut prus. construendae ac domorum ad hoc necessariae emptionem convertere desideraremus. Nobis humiliter supplicari fecit quod in praemissis opportune provideri de benignitate aplica. dignaremur. Nos igitur dictum exponentem specialis gratiae favore prosequi volentes nec non a quibusvis excomis. suspensionis et interdicti aliisque ecclicis. sntiis. censuris et poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus qmolt. innodatus existit, ad effectum presentiar.

(5) Antiquissima Treja, Picentum civitas, jam a temporibus Apostolorum Religionem Christianam amplexa est. Saeculo V Cathedram episcopalem habebat. A Gotis devastata, ab Hungaris et Saracenis prorsus destructa: ibi postea oppidum fuit aedificatum, quod Montecchium vocarunt. Sub Pio Sexto (1787) iterum nomen Trejae suscepit, Pius Septimus (1815 1. Sept.) sede episcopali redonavit, cujus administratorem perpetuum Archiepiscopum Camerinensem constituit. Conventus Capuccinorum Montecchij aedificatus fuit pubblico decreto et expensa anno (1575) distans uno milliario ab oppido ad meridiem. Ecclesia fuit Deo sacra sub invocatione Sancti Sabini Episcopi ac Martiris. Hunc conventum perdidimus in principio hujus saeculi. In ipso singulari santitate floruit et fuit sepultus P. Bonaventura a Montecchio Sacerdos N. O. ibique diem supremum et sepulturam habuit. P. Paulus a Cesena penultimus Vicarius Glis. Ordinis nostri. Etiam Moniales Capuccinae anno 1607, conventum Mantecchij habuerunt, in quo Soror Christina Bianchi et Sorores Maria Teresia et Maria Gertrudis Giuliani eximio odore sanctitatis flagrarunt. (Vide Moroni Dizion. etc. Treja).

(6) Ab eodem Pontifice die 15 Octobris ejusdem anni, datum fuerat Breve, quo declaratur fratres Capuccinos vere fratres Minores S. Francisci ejusque filios, et eorum constitutiones ejusdem S. Francisci regulae consentaneas esse.

(7) Tunc Camerinus erat Sedes Episcopalis, quae ad Archiepiscopatum fuit evecta a Pio Sexto S. M. anno (1787).

(8) P. Michaelangelus ab Arimino fuit quartus Definitor et Procurator Glis ab anno 1608-1613; fuit primus Definitor Glis ab anno 1613-1618; tandem fuit tertius Definitor Glis ab anno 1625 - 1633. Vide Ord. et Dec. Gen. O. N.)

dumtaxat consequris, harum serie absolutum fore censentes, certam de praemissis notitiam non habentes hmdi. supplicationibus inclinati eidem exponenti ut loco eosdem quadringentos florinos in fabricam domus et ecclesiae ac pannorum hmdi. convertendi in fabricam domus in eadem civitate ut supra construenda ac domorum ad hoc necessariarum emptionem hmdi. convertere posit ac valeat, auctoritate nostra concedas et indulgeas, ac per conversionem istam menti ac voluntati Dni. testatoris satisfacere, et satisfecisse dici et censeri posse. Irritumque et inane aucte. ista decernas, si secus super his a quoq., quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, nec non voluntatem dicti in et quo ad hoc qtus. opus sit commutes. Non obstante voluntate aliisque praemissis, ac constitutionibus et ordinationibus aplicis., ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo piscatoris, die decimanona Novembris MDCVIII.

Pontificatus nostri anno quarto.

S. Iacomellius (1)

(1) Quamvis hoc Breve non inveniatur nec in Bullario Romano, nec in Bullario Capuccinorum, tamen nemo sane inficiari poterit ipsius authenticitatem, quae luce meridiana fulget ex sequenti testimonio. — Quam quidem copiam ex praefatis libris, et ex originali Pontificio Diplomate, Ego F. Cassianus Maceraten. Conctor. Notarius juratus Capnus. et nsrae. Piceni Provae. Archivista de verbo ad verbum extraxi, fideliterque transcripsi salvo semper t. Ideoque praemissorum fide hic me subscripsi requisitus, meoque sigillo munivi, et majori identitate collationare feci a Testibus infrascriptis. Maceratae hac die 22 9bris. 1768.

Collatione facta, cum originalibus concordat.

Ego F. Geminianus de Serviliano Sacerdos Capnus. confirmo ut supra manu ppa.

Ego Fr. Constantius Aloysius ab Ancona Sacerdos Capnus. confirmo ut supra manu ppa.

Loco Sig. Archiv.

Capuc. Prov. Marchiae.

Originalia, infelici quodam fato, incendio perierunt die 5 Iulii 1799.

REGULAE (1)

Pro Zelantibus utriusque sexus Congregationis Universalis SANCTAE DOMUS

1. Alma domus Augustissimae Virginis Mariae Lauretanae fuit semper habita veluti patrimonium Orbis Catholici: proindeque omnes Cristifideles debent teneram hanc devotionem ostendere ac evulgare.

2. Cuncti Sacerdotes, qui volunt propagare inter fideles nostram Congregationem Universalem Almae Domus, ante omnia debebunt per epistolam aut chartulam officio publico tradendam petere a Directore Generali ejusdem Congregationis facultatem et pagellas aggregationis.

3. Haec Directio se obstringit, accepta petitione, remittere involucrum, vulgo *pacco postale* cum iis omnibus quae expediunt ut facilis reddatur propagatio supradictae Congregationis Universalis.

4. Propagatores, aperto involucro ad eos directo, ibi invenient numerum pagellarum expetitum, aequalem numerum sacrorum numismatum, vulgo *Medaglie*, variae dimensionis, ac modulum typis excusum, in quo describantur aggregati distincte et accurate; nec non litteram circularem, qua ipsi declarantur Propagatores gratae hujus devotionis; Decretum

(1) Rogamus concionatores Ordinis nostri, ut praesentes regulas frequenter perlegant, ut melius et efficacius propagare valeant salutarem devotionem erga Almam Domum Lauretanam, praecipue inter Sacerdotes saeculares, quibus *praesertim* destinantur regulae praelaudatae.

Canonicae erectionis praedictae Congregationis, ac denique Catalogum favorum et privilegiorum, quibus fruuntur Capellani honorarii Sanctae Domus iuxta diploma, quod mittitur de consensu Ordinarii (cujus potestati sunt subjecti) ad Reverendos Sacerdotes, qui comparaverint nostrae Congregationi spectabilem aggregatorum numerum.

5. Propagatores dum implent modulos, animadvertant ut servetur numerus progrediens, ibi inchoatus, quin unquam praetereatur numerus notatus in calce ejusdem moduli; simulque curent, ut quilibet ex aggregatis habeat pagellam cum numero qui respondeat numero moduli relativi.

6. Sacra numismata erunt distribuenda tantummodo aggregatis, eo quod ipsi tantum lucrari possint Indulgentias, et pro ipsis tantum indulgentiae praedictis numismatibus fuerint applicitae. Quamvis vero quisque aggregatus jus habeat ad numisma, attamen cum ipsa numismata sint variae dimensionis, et valoris, remittitur prudentiae et aequitati Propagatorum eorumdem distributio.

7. Quibuscumque probis Catholicis laicis, utriusque sexus, exoptantibus officium Propagatoris, seu Zelantis, nihil praepedit, quominus ipsi idem officium suscipiant, dummodo se subjiciant regulis seu dispositionibus superius enunciatis; et ipsi quidem recipient diploma statim ac remiserint primum elenchum aggregatorum ad hanc Directionem.

8. Impensae, quas Propagatores sustinebunt pro Congregatione, scilicet ad mittendum epistolas, involucra, chartulas vulgo *vaglia Postali* vel alias ab iisdem, si placuerit, detrahi possunt a complexu oblationum, dummodo in modulis nulla fiat reductio, sed in scriptis tantum Director doceatur.

9. Moduli, et catalogi, quos recipient Propagatores ut ibi adnotentur aggregati, quum fuerint impleti, remittendi erunt ad hanc Directionem, quae iisdem uti debet ad conficiendum Codicem generalem aggregatorum cujuscumque Nationis: Ideoque rogantur ipsi Propagatores ut moduli impleantur *accurate ac diligenter*.

Rndus P. Fr. PETRUS M.ª a MALAGA Ordinis Min. Capuccinorum est Director Generalis Congregationis Universalis Almae Domus.

LAURETI in PICENO.

DE PRECIBUS QUAE IN ORDINE SERAPHICO

RECITARI SOLENT TEMPORE PESTIS

Cum et anno elapso et praesentibus temporibus pestis asiatica, vulgo « cholera », variis in Europae locis grassetur, opportunum videtur in fratrum memoriam revocare devotissimas preces, *ab antiquo* in tota franciscana familia recitari solitas, adveniente aliquo epidemico morbo. Iustum est enim, ut per illas non solum incolumitati nostrae prospiciamus, sed et populorum saluti vera charitate attendamus, ut qui « populorum peccata manducamus », ipsa peccata, tot malorum causa, orationibus et sacrificiis destruamus.

Ast dolendum sane quod in aliquibus ex nostris Breviariis desiderentur praedictae orationes, constanti franciscana traditione consecratae. Quapropter hic inseruntur ad generalem fratrum commoditatem, ut etiam in choro, post Vesperas, communiter recitari possint, data occasione, ut anno elapso factum est in hoc coenobio generali Urbis. Addemus etiam alias preces aliquibus in locis solitas a fidelibus recitari.

I. — PIISSIMA ANTIPHONA ET ORATIO contra Luem Contagiosam

(*In Ordine Seraphico recitari solita*)

Ex chronicis Seraphici Ordinis fratrum Minorum conscriptis per V. P. Franciscum Gonzaga ejusdem ordinis Generalem, part. 3. de Prov. Portugall. Monast. VIII.

ANTIPHONA.

Stella coeli extirpavit, quae lactavit Dominum, mortis pestem, quam plantavit primus parens hominum. — Ipsa Stella nunc dignetur sidera compescere, quorum bella plebem caedunt dirae mortis ulcere. — O piissima Stella maris, a peste succurre nobis. — Audi nos, Domina, nam Filius tuus nihil negans te honorat. — Salva nos, Iesu, pro quibus Virgo Mater te orat.

v). *Ora pro nobis, sancta Dei Genitrix.*

r). *Ut digni efficiamur promissionibus Christi.*

OREMUS

Deus misericordiae, Deus pietatis, Deus indulgentiae, qui misertus es super afflictionem populi tui, et dixisti Angelo percutienti populum tuum: Contine manum tuam; ob amorem illius Stellae gloriosae, cujus ubera pretiosa contra venenum nostrorum delictorum, quam dulciter suxisti: praesta auxilium gratiae tuae, ut ab omni peste, et improvisa morte secure liberemur, et a totius perditionis incursu misericorditer salvemur. Per te, Iesu Christe Rex gloriae: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. r). Amen.

AD SANCTUM ROCHUM CONFESSOREM.

Ave, Roche sanctissime,
Nobili natus sanguine,
Crucis signatus schemate
Sinistro tuo latere.
Roche peregre profectus,
Pestiferae mortis ictus
Curavisti mirifice,
Tangendo salutifere.
Vale, Roche angelice,
Vocis citatus flamine,
Obtinuisti Deifice
A cunctis pestem pellere.

v). *Ora pro nobis, beate Roche.*

r). *Ut digni efficiamur promissionibus Christi*

ORATIO.

Deus, qui beato Rocho per Angelum tuum tabulam eidem afferentem promisisti, ut qui ipsum invocaverit, a nullo pestis cruciatu laederetur: praesta, quaesumus; ut qui ejus memoriam agimus, ipsius meritis, et precibus a mortifera peste corporis et animae liberemur. Per Christum Dominum nostrum. r). *Amen.*

II. — Altera editio precum in honorem S. Rochi a fidelibus, aliquibus in locis, usurpata, in qua notatur variationes et additiones nonnullae, quaeque omnia probant constantem populorum fiduciam in praeclarum tertii Ordinis S. P. N. Francisci ornamentum S. Rochum.

HYMNUS AD S. ROCHUM CONFESSOREM.

Ave Roche sanctissime,
Nobili natus sanguine,
Crucis signaris schemate,
Sinistro tuo latere.
Tu, profectus peregre,
Pestifera tactus lue,
Plus, quam arte Angelica,
Ope sanasti coelica.
Numinis in praesentia
Nostra nunc serva corpora,
Et crucis per subsidia
A peste mundum libera.

Antiph. O quam magnificum est nomen tuum, beate Roche, qui tuis intercessionibus multitudinem languentium nosti salvare, et omnibus salutare tuum gloriosum commemorantibus, te propitium exhibere.

Veni, et sana nos a morbo Epidemiae, aerisque temperiem nobis concede.

v). *Ora pro nobis sancte Roche.*

r). *Ut mereamur praeservari a peste Epidemiae.*

OREMUS.

Deus qui per B. Rochum singulare nobis contra pestem potentis tuae dexterae praesidium promisisti; praesta, quaesumus: ut, qui ejus memoriam pia devotione recolimus, ejus quoque intercedentibus meritis, ab omni tum animae tum corporis, mortifera lue praeservemur. Per Dominum nostrum etc.

III. - HYMNUS AD S. SEBASTIANUM

(contra pestem).

Sebastiane, Martyrum
Et gemma Christi militum,
Cui fuere spicula
Pennae ad beata gaudia:
Oculo fideli respice
Contagionis tempore,
Et sanitatis impetra
Tibi dicatis tempora.

Antiph. O magnae fidei, sanctissime Sebastiane, miles beatissime, cujus meritis, et precibus, tota Patria Lombardiae, a mortifera peste fuit liberata; intercede pro nobis ad Dominum nostrum Iesum Cristum; ut nos tuo beato interventu ab ipsa peste Epidemiae, ab improvisa morte, et ab omni adversitate corporis, et animae liberare, et defendere dignetur, donetque nobis tantum vitae spatium, et tantam emendationem peccatorum nostrorum, ut post hoc exilium sacris tuis precibus cum Christo collaetemur.

v). *Ora pro nobis B. Martyr Sebastiane.*

r). *Ut mereamur pestem Epidemiae illaesi pertransire, et promissionem Christi obtinere.*

OREMUS.

Praesta quesumus Onnipotens Deus: ut intercedente B. Sebastiano Martyre tuo, et a cunctis adversitatibus liberemur in corpore, et a pravis cogitationibus mundemur in mente.

Deus, qui nos concedis S. Martyris tui Sebastiani memoriam solemniter celebrare; da nobis pariter in aeterna beatitudine de ejusdem societate gaudere. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

IV. - HYMNUS DE S. ROSALIA VIRGINE

(Contra pestem.)

Ave Rosa sine spina,
Contra pestem medicina,
Rosalia Dux inclyta,
Recens a mundo cognita.
Exemplum secuta Christi,
Mundum relinquens sprevisti,
Quidquid Pater offerebat,
Quidquid Aula promittebat.
Ad montana procurristi,
Specum ferro pertudisti;
Monitorem ut haberes
Propositi, quem videres.
Angeli te docuerunt,
Modum novum ostenderunt,
Quo Deo preces solveres,
Rosas fragrantes mitteres.
Antrum, coelum habuisti,
In quo Christum conspexisti,
Apostolis comitatum
Angelis, Matre, stipatum.
Ab hoc corona donata,
Ad nuptias invitata,
Terras libens reliquisti,
Coelum felix introisti.
Tua sacra post haec ossa
Nulla unquam texit fossa,
Sed rupes aquam jugiter
Stillans, occlusit forti er.
Post tot saecla revelata,
In patronam orbi data:
Contra pestem nobis fave,
Dum tibi sonamus Ave.
Laus, honor, sit Majestati,
Uni Trinae Deitati,
Rosaliam exaltanti,
Pestem per eam sedanti. Amen.

v). *Ora pro nobis S. Virgo Rosalia.*

R). *Ut digni efficiamur promissionibus Christi.*

OREMUS

Deus, qui corpus famulae tuae B. Rosaliae Virginis, post tot saecula intra montes inventum, contra saevientem pestilentiam sacrum amuletum fidelibus tuis esse voluisti; praesta supplicibus tuis: ut, qui sacras ejus reliquias colimus, et commemoratione laetamur, ejus quoque intervenientibus meritis, a praesentibus periculis, et a malo pestilentiae liberemur. Per Dominum nostrum etc.

DE LAUDIBUS DIVI LAURENTII A BRUNDUSIO (1)

ELEGIDION

Qui possim, Laurenti, animum divertere Musis,
Ut Te pro meritis, et pia facta canam?
Tu lux et splendor patriae, populisque magister
Diversis lingua, moribus, ingenio.

Per Te late, actis mille ex Acheronte trophaeis,
Pura fides regnat, veraque relligio.
Per te florescit pietas, paxque alma, pudorque,
Amissum et reparant mystica sacra decus.

Haereticamque luem acri non modo voce coerces,
Verùm et portentis effera corda domas.
Hoc plane norunt Turcae, gens aspera bello:
Aeternum sanctae gens inimica Cruci.

Densis heu! nimium turmis ferus irruit hostis·
Heu! populatur agros, Hungara terra, tuos.
Te duce, Laurenti, et lignum gestante salutis,
Barbara bis campis agmina caesa cadunt.

Quam pius accurris vix imploratus, et oras
Ultimae ad Hesperiae non rediturus abis!
Tollere quis poterit, supero Te lumine ductum
Sacrasse a puero mentem, animumque Deo?

Quis memoret laceros artus niveumque pudorem?
Dulces quis raptus, innocuamque fidem?
Praeterea accedit studiis exculta severis
Mens animi, et placido regius ore decor.

O qui divino studuisti fervidus igne
Usque fovere omnes omnibus officiis;
Nunc inter Divos, orbe exultante, receptus
Rebus in angustis Pontifici affer opem.

Cerne, Petri navis saevis iactetur ut undis:
Pande laboranti, quaeso, salutis iter.
Da laetos iterum, nebulis, tenebrisque fugatis,
Ducat ab aethereo Lucifer axe dies.

(1) Haec conscripta fuerunt a cl. D. Andrea Tagliapietra, occasione solemnitatis canonizationis S. Laurentii, in celeberrima ecclesia Capucinorum SS. Redemptoris, Venetiis (N. R.).

DE PROVINCIAE PENSILVANICAE ORTU ET PROGRESSU (1)

Novella haec Provincia ortum suum duxit a Provincia Bavarica. Perspecta enim sacerdotum penuria in Statibus foederatis Americae septentrionalis, voluit moderator hujus Provinciae, P. Franciscus Xaverius ab Ilmimonasterio, huic miseriae pro possibilitate succurrere simulque in America asylum pro suis subditis habere, quando persecutio Religiosorum in Borussia jam grassante etiam Ordinem suum in Bavaria attingeret. Misit ergo sub 26 Septembris 1873 P. Hyacinthum a Durachio, tunc Definitorem Provincialem, facultatibus Commissarii Provincialis instructum et linguarum plurium gnarum, una cum P. Matthaeo ab Allmishofo ac Fr. laico Eleutherio a Reichenhalla in supramemoratos Americae status, ut ibidem locum aptum pararent atque in vinea Domini laborarent. Neo-Eboracum appulsus est 12. Oct. ejusdem anni post vicissitudines et tribulationes satis duras. Ad *Ecclesiam St. Augustini E. D. in civitate Pittsburg*, Status Pensilvaniae, locum, quo cum suis habitaret ac laboraret, assecutus est tum auspiciis imprimis Rmi D. Michaelis

(1) Caetarae Ordinis Provinciae suam habent in documentis Ordinis historiam plus minusve completam, quam Fratres studiosi percurrere possunt. Haec autem dissitissima familiae nostrae Seraphicae, novellaque portio minime cognoscitur. Unde opportunum existimamus compendiatim hic inserere haud ingloriam Provinciae Pensilvanicae historiam.

Wimmer O. S. B. Abbatis S. Vincentii, tum vero benignitate Rmi P. Bonifacii Domenec, Epi. Pittsburgen., qui sese egregium amicum Capuccinorum semper praestitit. Primum quidem licuit explere partes Assistentium parochi dictae Ecclesiae et 20 Apr. 1874 ipsa jura parochi curamque animarum plus trium millium excepit. Ejusdem anni ac mensis die 26 obtinuit Indultum Aplicum., quo domus parochialis constituebatur Conventus, atque Maji die 16 alterum, quo Novitiatum permittebatur aperiri. Die 2. Augusti primum celebrato festo Portiunculae ingenti cum concursu. Autumno initium factum est Seminarii puerorum, qui vel Capuccini, vel certe sacerdotes saeculares fieri in animo haberent. Hoc ipso anno et sequenti Monasterium et Ecclesia multo sunt amplificata.

Anno 1878 Rmus D. Ioannes Tuigg, Epus. Pittsburgen., ad Ecclesiam S. Augustini erexit sodalitatem Matrum Christianarum, quam Summus Pontifex, 7. Maji 1878 indulgentiis, quae recentibus Confraternitatibus impertiri solent, ditavit, die vero 16 Ian. 1881, P. Francisco Xaverio ab Ilmimonasterio, tunc Ministro Provinciae Bavaricae, instante, nomine et juribus Archisodalitatis ac demum ad preces P. Hyacinthi a Durachio die 20 Iul. 1884 tribus aliis indulgentiis plenariis auxit. Praeter quam ad eandem Ecclesiam existunt Sodalitates III. Ord. et SS. Rosarii, tradunturque alternis Dominicis Conferentiae Sanctae Familiae, quae dicuntur, viris scilicet, mulieribus, adolescentibus, virginibus separatim. Parochiani loquuntur Germanice. Scholis utriusque sexus vacant Sorores Regulares III. Ord. S. P. N. Francisci.

Anno 1876 Rms. D. Michael Domenec, die 11 Ian. 1876 translatus ad Episcopatum Alleghenensem recens erectum, rogatus concessit nobis curam *Ecclesiae B. Mariae Virginis in Coelum Assumptae parvi vici Summit,* cujus incolae majore ex parte Germanico, reliqui Anglico sermone utuntur. Novum munus excepimus Dominica IV post Pascha, die 28 Maji et Superioratu instituto Monasterium excitavimus, in quod eodem anno immigravimus. Anno 1877 studia altiora ac primum quidem Philosophiae hic initia sumpserunt nec Seminarium puerorum non collocatum est. Usque ad initium anni labentis 1885 pueri quinquaginta septem admissi fuerunt, ex quibus duedecim habitum Capuccinum sumpserunt. Summitium declaratum est Conventus per Rescriptum Aplicum. diei 6. Ian. 1878. Vidit domum Novitiatus extructam anno 1879 institutumque in ea Novitiatum, qui usque ad annum 1881 ibi permansit.

De Patribus hujus familiae duo excurrendo singulis Dominicis exercent curam Ecclesiarum filialium in North Oakland et St Wendelini. Sodalitates *Summitii*: III. Ord, SS. Cordis B. Mariae V., Matrum Christianarum; *Oaklandiae*: SS. Cordis B. Mariae V.; *Sti. Wendelini*: SS. Cordis Iesu, SS. Cordis B. Mariae V. Scholis tum Matricis tum Filialium praesunt magistri saeculares.

Mense Maji 1878 vocanti Rmo. D. Ludovico Mariae Fink, Epo. Leavensvorthien. Status Kansas, obsecuti Capuccini excolere coeperunt *Missionem sedecim locorum,* vasto spatio dispersorum. Maxima ex parte utuntur lingua Germanica, partim Anglica, partim Gallica. Superioratu constituto in vico North Victoria, P. Iosephus Calasanctius ab Augusta Vindelicorum aedificavit Monasterium ejusque successor P. Antonius Maria a Rorup amplam Ecclesiam ex saxis quadratis B. Mariae V. Dolorosae sacram. In perpetuum tamen nobis assignata non est nisi pars Comitatus Ellis eaquê quae sita est citra flumen, quod Smoky River dicitur, quaeque prae

ceteris *North Victor.*, cum Ecclesia et schola; urbem Hays City cum Ecclesia, sub Patrocinio S. Iosephi Sponsi constituta, et schola; vicum Munjor cum Ecclesia S. P. N. Francisco sacra. Introduxerunt III. Ord.; scholis istis inserviunt Sorores S. Agnetis.

Autumno 1879 suscepta est *parochia Germanica in urbe Peoria,* sede Episcopali, Status Illinois, una cum P. Antonio M. a Rorup, qui pertinebat ad Commissariatum Rheno-Guestphalicum et transibat in nostram. Qui, quum Capuccini legibus Majanis ex Borussia deturbabantur, facultatibus Commissarii Prov. munitus missus in Americam, singulari Dei Providentia ipso tempore Neo-Eboracum appulit, quo PP. Carmelitae Calc. relicturi erant amplissimum *Conventum oppidi Cumberland,* Status Maryland. Quo empto et Confratribus ex Borussia immigrantibus receptis, domum curavit declarari Conventum cum Novitiatu, quod concedebatur die 12 Dec. 1875 Rescripto S. C. de Propaganda Fide. Quum vero frequentiores effecti essent, a Rmo. D. Ioanne Lancastero Spalding Episcopo Peorien. precibus obtinuit Ecclesiam B. Mariae V. et *parochiam Metamora,* cujus curam ipse subiit 4. Iul. 1877. Ubi postquam Monasterium aedificavit, Ecclesiam duplo amplificavit, domum Sororibus S. Ursulae, scholae inservituris, exstruxit; urgente Epo. *in urbe Peoria* excepit *parochiam Germanicam.* Sed interim nimiis difficultatibus premi coepti, unionem cum Commissariatu Bavarico quaerebant, quae tandem perfecta est inter PP. Ministros Provinciarum Bavaricae P.Venantium a Lavinga ac Rheno-Guestphalicae P. Bonifacium a Moguntia a. 1881. in Capitulo Vetoettingae habito. Transierunt Monasteria Cumberlandiae et Metamorae cum PP. et FF. Rheno-Guestphalicis (saltem donec eorum ope indigeretur) in jurisdictionem P. Commissarii Bavarici. *Cumberlandiae* tenemus Ecclesiam SS. Apost. Petri et Pauli cum ampla parochia linguae Germanicae, Dioec. Baltimoren.; excurrendo singulis mensibus curamus Ecclesiam B. M. V. Dolorosae et paucos incolas Anglicos vici Beanscove, siti in Statu Pensilvaniae ac Dioecesi Pittsburgen. Sodalitates Cumberlandiae: III Ordo, SS. Cordis B. M. V., S. Mariae in Monterone ad juvandas animas Purgatorii; Confeentiae Sanctae Familiae. Scholis praesunt Cumbriae Sorores S. Ursulae, Beanscoviae magistra saecularis.

Metamorae adscriptae sunt Missiones duae: Washburn cum Ecclesia S. Elisabethae Thuring., ab P. Antonio M. a Rorup erecta, et Washington cum Ecclesia S. Patricii, quae secundis quibusque Dominicis visitantur. Parochiani omnes loquuntur vel Germanice, vel Anglice, vel Gallice. Sodalitates Metamorae: III. Ordo, SS. Cordis B. Mariae V.

Peoriae P. Antonius M. a Rorup anno 1879 aedificare coepit Monasterium, Ecclesiam SS. Cordis Iesu, domum scholarem, Sororibus S. Ursulae committendam, paucisque mensibus absolvit. Die 2 Augusti 1882, Superioratus declaratus est Conventus. Excurrendo singulis Dominicis curatur Missio Pekin, cujus fideles sicut Matricis loquuntur Germanice. Sodalitates: III. Ordo, SS. Cordis Iesu. Scholis operam dant Sorores S. Ursulae et Peoriae et Pekini.

Mirum, quam laete ex initiis parvis et angustis seges suscreverit Capucina. Octavo anno nondum elapso numerabat Religiosos septuaginti unum, videlicet Sacerdotes 28, Clericos 9, Laicos 25, Clericos Novitios 3, Laicos Novitios 6, atque cogitari poterat de propria subsistentia. Precibus oblatis Romae cum favore receptis Rms. P. Aegidius a Cortona, Minister Generalis O. M. Cap. litteris datis die 7. Augusti 1882 ex Coenobio O. M. Cap. S. Petri in urbe Aletrio *Provinciam erexit* sub nomine

« de Pensilvania » sub titulo S. Augustini E. C. D.

Primo Capitulo dein celebrato Pittsburgi diebus 26.-29. Sept. 1882, praesidente P. Hyacintho a Durachio qua Commissario Gli., praesentibus quatuor Guardianis cum totidem Discretis *electi* sunt Definitores PP. Felix M. a Zill, Franciscus Ser. a Ruedescheim, Mauritius a Fristingen, Fidelis ab Ellwangen; cum omnibus suffragiis P. Hyacinthus a Durachio Minister Provincialis; postremo P. Antonius M. a Rorup et Gregorius M. a Moguntia Custodes Gles.. Regimine sic constituto, complura Statuta lecta atque probata sunt. Sedes Provincialis ex Definitorii Decreto Cumbriae constituta eodemque studia altiora translata sunt, Novitiatu, qui ab autunno 1881 ibi fuerat, remisso Summitium.

Postulati a Rmo D. Ioanne Iosepho Kain, Epo, Wheelingen, die I. Iun 1884 accessimus ad *Ecclesiam S. Alphonsi E. D.* amplissimamque parochiam Germanicam *urbis Wheeling* in Statu West Virginia, sedis Episcopalis, erecto Superioratu. Sodalitates: III Ordo, S. Mariae in Monterone ad juvandas animas Purgatorii, Matrum Christianarum. Scholis praesunt Sorores S. Iosephi.

Ante initium anni labentis *defuncti* de nostris fuerunt:

V. F Laic. Eleutherius a Reichenhall obiit 18 Iun. 1877. R.P. Matthaeus ab Allmishofen obiit 25 Iun. 1878; V. F. Cler. Lucas a Straubing ob 8 Oct. 1878. De Confratribus Rheno-Guestphalicis ante unionem: V.F. Cler. Bonaventura ab Elten ob 15. Aug. 1879, V.F. Cler. Clemens a Bevergern ob. 27 Aug. 1879.

Propria laus et benedictio hujus terrae, dato quod maxima ex parte a Protestantibus occupatae, est *exercitium religionis* omnino liberum. Prohiberis quidem populi indole vel rudi vel invida prodire in publicum veste clericali vel incedere processione Ecclesiastica, sed intra Ecclesiae domusve fines Deo honorem animabusque curam adhibendi quamcumque plena frueris libertate. Nec scholas erigere et instruere, quas, ubi, quantum volueris, vetaris. Miserrimum est respectu scholarum publicarum in quibus liberi publice erudiuntur de rebus mere temporalibus mentione Dei ac divinorum prorsus interdicta. Et monstratum est, plus septingenta millia catholicorum liberorum vel nullas vel non catholicas frequentare scholas! Unde valde necessariae scholae per clerum catholicum moderatae, quibus vitantur scholae *neutrae* seu melius *pestiferae*.

Neque leve arbitres notare *modum dirigendi litteras* huc, quippe quo causa multarum vexationum tolli possit. Est igitur necesse, ut, praeterquam in celeberrimis urbibus, non locus solus, verum etiam Status et vel Comitatus designetur. Ad nostra quidem Monasteria sic scribendum: SS. Peter et Paul's Monastery, Cumberland, Md. Allegany Co; St. Augustine's Monastery, Butler et 37 Strs, Pittsburgh, Pa; St. Mary's Monastery, Herman P. O. Butler Co. Pa; St. Alphonsu's Monastery, Market Str, Wheeling, W. Va; Sacred Heart's Monastery Madison et Fulton Strs. Peoria, Ill.; St Mary's Monastery, Metamora, Woodford Co. Ill.; St. Fideli's Monastery, North Victoria, Ellis — Co., Kansas.

MONUMENTA ANTIQUA.

De Translatione Corporis S. Felicis ab antiquo S. Bonaventurae ad novum Immaculatae Conceptionis coenobium (In Urbe).

Summarium. — 200 Capuccini tenentibus cereis accensis S. Corpus comittantur — Ante omnia aperitur sepulchrum et capsa plumbea ad reliquiam extrahendam — Non obstante silentio servato, ecclesia invenitur plena principum, nobilium et aliorum fidelium — Fit simplicis-

sima processio, per viam breviorem, ad vitandum concursum, sed frustra — Aliqui liberantur a daemone. — S. Corpus recipitur a Superioribus generalibus et ab illis intra novam ecclesiam portatur — Die sequenti collocatur in suo altari, praesente Card. Vicario — Confratrum S. Marcelli (qui, quasi subitaneo S. Corpus comittarunt) cerei ceram minime de perdunt, mirantibus omnibus — Continuatur per multos dies concursus fidelium.

(1631 Aprile) A dì 27 detto giorno della Dom. in Albis la sera ad un hora di notte fu levato il corpo del B. Felice da Cantalicio, dalla Chiesa di S. Bonav[a] e portato alla nova dell'Immacolata Concez.[ne] accompagnato da 200 frati Cappuccini, con candele, e torcie accese, et con tutto che per l'ord.[ne] dato da N. S. (1) a Fra Michele (2) fosse traslatato senza pubblicarsi a qll hora a pena levato il Corpo dalla Cassa di marmo, e posto con qlla sola di piombo in sagrestia per levarne un pezzo di Reliquia per la Duchessa di Cerina, il che fu fatto presente il sig. Odoardo Not.[o] del Vica.[o] et il P. Proc.[re] di Corte con f. Michel sud.[to] tagliando un pezzo di d.[ta] Cassa e sub.[o] serando il taglio con stagno et aggiunto sub.[o] attorno a tutta la p.[a] Cassa un altra pur di piombo. Fu riempita dico tutta la Chiesa d'infinito n.[ro] di gente de Principi, e Principesse di modo che a pena si poteva riporre sopra la Bara preparata in mezzo della Chiesa, per portarlo alla nova, e fù neccessario ricorre per la Guardia de Guizzari, et la Corte, ed nel levarlo per portarlo si sentì alcuni liberati da Demonij, e risanati. Per la strada poi che si479 pigliò la più breve, ed occolta che per strada Pia da M.[te] Cavallo fù ad ogni modo tanto concorso che non si poteva a pena passar per le strade, et all'arrivar rincontro al Con.[to] delle Monache del S.[mo] Crucifisso uscirono una quantità di SS. della Compagnia di S. Marcello con le torcie, e con tutto che fossero m.[to] pregati a ristarsene atteso l'ord.[ne] dato da N. S. (3) non fu mai possibile trattenerli, et ad ogni passo arrivava nova gente con le torcie, et le Guardie non potevano resistere.

Nell'arrivar alla Chiesa uscì incontro il M. R. P. F. Girolamo da Narni Vic.[o] Gen. ed il Molto R. P. F. Pavolo da Cesena, col M.[to] Rev. P. F. Francesco da Napoli Diffini.[ri] Gen.ali submettendo le loro spalle alla Cassa. Qual posta in Chiesa nel mezzo fu cantato da fr.[ti] il Tedeum laudamus, sicome era stato fatto ancora per tutta la strada. Et incassato dopo gran pezzo di tempo, pchè. sempre più concorreva popolo fù serrata la Chiesa.

La mattina seguente fu riposta la Cassa di piombo in quella p.[ma] di pietra dove era stato sepolto, sotto l'Altare della seconda Cappella a mano manca all'entrar della Chiesa. Con la presentia del S. Odoardo Cancelliere dell'Emi.[no] S. Card. Vic. rogandosene etc.

E cosa degna da notare quello che successe alli SS. della Compagnia di S. Marcello che ritornando al spiziale l'avanzo delle torcie, già pes.[te] si trovò il m.[so] peso senza pur calar un oncia.

Per molti giorni concorse tanti infermi, et indemoniati, che per il disturbo non si poteva a pena dir l'uffi.[o] in Coro, che però si ricorse a Mons. Viceg.[te] che impedisse tal concorso.

(Dal libro manoscritto: *Diversi ricordi del luogo nuovo della SS. Concezione di Roma delli Cappuccini notati dal P. F. Michele Bergamasco Sac Cappuccino Presidente*).

---

(1) i. e. a Smo. D. N. Urbano VIII.

(2) Fr. Michael Bergomens., (a Bergamo), de quo hic agitur, fuit architectus pontificius magni nominis, qui de mandato Pontificis Maximi fabricam conventus et ecclesiae Im. Conceptionis perfecit.

MISSIONES

GRAVE MONITUM AD MISSIONARIOS ORDINIS.

Ex quo Apostoli Domini divinum, de praedicando Evangelio omni creaturae mandatum complere coeperunt, cum Petro eorum Principi conferebant, Eique pertinentia ad Ecclesiae nascentis statum referebant. Postquam autem Ecclesia fundata fuit, singuli fidelium Pastores numquam sollicitudinem suam intermiserunt, ut cognoscerent oves suas, et cognitas facerent Successori Divi Petri, cui universum gregem Dominus concredidit, quem tamen personaliter visitare non poterat. Deinde priscorum decretis Patrum et Conciliorum cautum fuit, ut Dioecesum Antistites Sedem Apostolicam statutis temporibus adirent de Christi fidelibus sibi commissis, Summo Pontifici, gregum et Pastorum Patri, rationem daturi.

Hinc mirum non est, si Missionariis per orbem terrarum missis ad fidem catholicam apud infideles, nomine Sanctae Sedis, propagandam, semper impositum fuerit, ut quam frequentius, omnia notatu digna circa profectum fidei inter gentes, eidem Sanctae Sedi referrent. Post institutionem autem S. C. de Propaganda certa ac invariabilis Regula sancita fuit a Summis Pontificibus, ut omnes et singuli Missionum Superiores quotannis relationem status suae Missionis ad eamdem S. C. mitterent, ne Supremo Pastori quid de Missionibus lateret, sive conditio materialis et moralis fidelium et infidelium, sive difficultates fidem disseminandi, et ipsius fidei progressus, sive zelus et mores Missionariorum, eorumque Superiorum, et quae habeant media subsistentiae, et qui abusus irrepserint, et quae remedia opportuniora viderentur.

Verum ex iteratis mandatis et quaestubus S. Cognis. de Propaganda colligitur, saepe Missionarios, non attendentes ad debitum suae delegationis ipsis a Sancta Sede factae, et forte sub specie humilitatis quaerentes potius praeclara multa facere pro gloria Dei et salute animarum, quam illa pervulgare, parum sollicitos fuisse patefaciendi non solum Superioribus Ordinis, sed etiam ipsi Summo Pontifici suarum Missionum statum. Ex quo multa incommoda Missionibus et Missionariis obvenerunt.

Primo enim hac agendi ratione parum elucet obedientia ejusmodi Missionariorum mandatis Sanctae Sedis; et occultantes Supremo Pastori statum Missionum, illum impedierunt, quominus suam pastoralem sollicitudinem exerceret, et remedia suppeditaret illarum necessitatibus accomodatiora. Deinde, tum Ecclesiae Praelatis, tum nostri Ordinis Moderatoribus omnem penitus viam intercluserunt illos defendendi contra detractorum morsus, cum eorum bona opera nesciverint, et impossibile illis esset cognoscere, an juste vel calumniose accusarentur. Ita multorum periit fama et tranquillitas.

Ne quis autem dubitet de mandatis Santae Ecclesiae, ob oculos omnium ponimus (inter alia multa) sequens S. Congr. de Propaganda

Decretum (*in pleno vigore subsistens*)

« Ut haec S. C. de Propaganda fide « statum exterarum Missionum apprime « cognoscat, obvenientibusque necessita« tibus mature, ac prudenter occurrere « vel providere possit, omnium, quae « ubique terrarum geruntur, distincte « et enucleate est certior facienda. Hinc « peropportune S. haec Congr. huic dam« no providerat litteris datis die 17 Ju« nii anni 1747; utque res catholica, quae « apud hostes Christiani nominis passim « labefactari solet, bene feliciterque ver« teret, iterum eamdem rem decernen« dam, et decreto firmandam curavit

« dato die 2 Aprilis anni 1759. quo « cautum est, ut *quolibet exeunte anno « omnes Archiepiscopi, Episcopi, Vicarii « Apostolici, Praefecti, caeterique Mis- « sionum Praepositi relationem ad hanc « nostram Congregationem transmitte- « rent.* Utque res melius expeditiusque « perficeretur duos proposuit libellos, qui- « bus datis certis interrogationibus, u- « nusquisque qui de officio tenebatur, « adamussim responderet. Horum li- « bellorum unus inscribitur. » Capita qui- « bus respondere debent Missionarii, ut « de regionibus sibi commissis plenam « S. Congrni. rationem reddant « Alter » « Quaesita, quibus respondere debent « Episcopi, Vicarii Apostolici, et Prae- « fecti Missionum, ut de regionibus sibi « commissis plenam S. Comgni. rationem « reddant.

« Ast profecto *maximo animi angi- « mur dolore videntes hoc nostrum « praeceptum a nonnullis pessumdari,* « istasque leges sapientissime constitu- « tas inutiles atque infectas evadere. « Itaque auctoritate, qua pollemus, cui- « que notum volumus, adhuc plenis- « sime vigere praefatum decretum diei « 2 Aprilis 1759 quod adhuc in suo ple- « no robore permanere decernimus. *Stat « ergo unicuique onus in fine cujusque « anni certiorandi* hanc S. Congr. de « omnibus quae ad Sanctas spectant « Missiones, et respondendi clare, niti- « de, ac distincte omnibus quaesitis in « praefatis libellis enunciatis. Ergo hoc « in vestris animis fixum haereat peni- « tusque insideat, *hanc obligationem te- « nere omnes,* licet quacumque exem- « ptione, aut privilegio insignes.

« Nostrum esset ad id vos cogere « censuris ac poenis ecclesiasticis, sed « mitius agentes, confidimus satis super- « que rei provisum, si nostra praecepta « in vestram mentem, cogitationemque « revocaverimus. Vestram itaque con- « scientiam oneramus; si secus feceri- « tes, quod Deus avertat, vos reos co- « ram Deo esse volumus muneris ne- « glecti.

« *Mandamus ut praefatae litterae vim « legis habeant, tam pro his qui nunc « sunt, quam pro futuris Missionum « Praefectis et Moderatoribus, donec « expresse, et apertis verbis iis non fue- « rit derogatum.*

« A nemine nisi a Deo mercedem « nostrorum laborum expectantes, nihil » aliud deest, nisi ut vos oremus, obte- « stemurque, ut vineam Domini sollici- « tis curis et laboribus colatis, et ad- « ministratione sacramentorum assidua, « et verbi praedicatione opportuna, et, « quod caput est bonorum operum, e- « xemplo. Vos forma facti gregis, ad « hanc normam vestras omnes ope- « rationes componite, expectantes beatam « spem quam daturus est nobis qui « non mentitur Deus.

« Datum Romae ex aedibus S. Congr. « de Propaganda Fide die 31 Octobris « anno 1838.

« J. Ph. Cardinalis Fransonius Praefe- « ctus.

« J. Archiepiscopus Edessenus a Se- « cretis. »

Hi sunt eiulatus Sanctae Matris Ecclesiae quaerentis filios suos, ut illos ablactet et foveat. Hae sunt voces Patrisfamilias quotannis petentis a suis operariis rationem vineae suae. Et quis nostrum haec parvifaeere audebit?

Exemplar autem sive copia harum relationum mitti potest ordinario etiam ad Ministrum Generalem, ut ipse invigilare possit executioni huius mandati, atque copiam conservare in Archiviis Missionum.

ELENCHUS
Missionariorum post novissimam Missionum nostrarum constitutionem profectorum.
(*Continuatio*)

9. R. P. Linus a Sterzing, Provinciae Tirolis septentrionalis alumnus, Professor

Philologiae, et S. Theologiae Lector. Ad Philippopolim destinatus die 24 Maii 1885, ac die 29 ejusdem mensis in Brundusii portu navim *Lloyd* ascendit.

10. V. Fr. Martinus a Paderno, Laicus, Provinciae S. Caroli alumnus. Ad Cindiam destinatus die 24 Maii 1885, et die 29 ejusdem mensis in portu Brundusino navim *Lloyd* ascendit.

11. R. P. Cyrillus ab Alosto, Provinciae Belgicae alumnus. Ad Tunetum destinatus die 24 Maii 1885. et die 26 Iunii in portu Liburni navim *Africa* nuncupatam ascendit.

COMMISSARIATUS ÆQUATORIS.

SUMMARIUM. Missio PP. Melchioris et Emmanuelis in civitate « Pasto », in Nova Granata seu in Republica vicina Statuum foederatorum Colombiae, ad cujus limites inveniuntur Capuccini Æquatoris — Institutio tertii Ordinis — Mille tertiarii per 12 zelatores moderati — Religiosi et Alumni tertium Ordinem amplectuntur — Decribitur regio « de Pasto », 12 locis ab indis sive indigenis habitatis circumdata — Regio infidelium « Caquetà » occupantium et spes de illorum conversione.

Convento de Ibarra 19 Marzo de 1885.

Mi Carísimo y siempre recordado Padre (N): Salud en N. Sr. Jesucristo.

Hasta ahora he estado muy occupado. En el mes pasado regresé de la Mision que dimos en Pasto junto con el Padre Manuel.

Estuvimos predicando todo el mes de Enero. Habia mucho fervor. Procuramos establecer y desarrollar en cuanto posible la Orden 3ª y se logró con admirables resultados. Se hicieron cerca de mil terciarios. Para mejor arreglo y perseverancia se dividió la Ciudad, que es de unos 20,000 habitantes, entre 12 celadores con sus barrios respectivos y cuatro enfermeros divididos p.ª las necesitades de dicha Orden 3.ª, etc., de manera que todo nos llenó de contento al ver la docilidad y devocion de la gente pastusa. Vestimos á todos los Padres y Colegiales del Oratorio de S. Felipe Neri, y á algunos otros Sacerdotes. De manera que ahora es una respetable Orden 3º, y para animarse mas les gustaria tener el « Mensajero Seráfico », al cual gustosísimamente se suscribirian. Yo les mandé algun N.º que teniamos en el Convento; más como no nos mandan sino rarísima vez, de aqui es que nos vemos privados de su lectura, y V. V. de noticias p.ª llenar alguna columna y animar á los terciarios de esa vieja tierra.

Y á propósito, me parece que va á preguntarme qué me pareció Pasto. Pues le digo que es cuidad muy católica. Pasto, pues, áun hoy dia presenta un aspecto antiguo español. Sentada en medio de un hermoso valle; ¡ y que valle tan pintoresco y delicioso! Se llama valle del Atriz, en el cual se encuentran como unos 12 pueblecitos de indios à distancia de media hora y áun de un kilómetro unos de otros, rodeando la ciudad de Pasto, en donde reside el Sr. Obispo de la Diócesis del mismo nombre. Y cuando en la Catedral tocan las campanas, que resuenan por todo aquel valle de unas 12 leguas de circumferencia, todos los pueblecitos, conmovidos al bronco sonido del metal, pueden juntar sus plegarias p.ª rogar al Señor en un mismo momento.

Detras del valle se van levantando las inmensas cordilleras que conducen al Caquetá, en donde yacen millares de indios sumidos en la barbarie y en la ignorancia, divididos en muchas tribus y que tienen sus especiales usos y costunbres, y van vestidos á poca diferencia como nuestro Padre Adan.¡ Con que complacencia miraba desde la altura al otro lado del valle las inmensas montañas y bosques que sirven como trincheras y barreras imponentes de la naturaleza p.ª aquellos salvages, (pero que

no lo son p.ª los discipulos de Jusucristo, que estan sedientos por la salud de aquellas pobres almas salvages y sin cultivo)! Cuando vengan haremos une choza y une iglesia de ramas de árboles en medio de aquellos indios y les enseñarémos la doctrina, y en cambio con sus flechas nos cazarán monos y pájaros silvestres p.ª sustentarnos; ya que ellos con sus flechas saben acertar en la elevada region de los aires.

Hemos sabido por los periódicos, y lo veo confirmado en la Cruz, la catástrofe de los terremotos. Veo que en Europa van recibiendo sus sacudidas como aqui en América.

... Tenemos en Ibarra el Noviciado, y en Tulcan el Colegio (curso), como á clima más sano.

FR. MELCHOR DE TIVISA *Cap.*

MISCELLANEA

Fraternitates Tertii Ordinis S. P. N. Fr. cum Sodalibus FOEDERIS CATHOLICI ad Santuarium Ssmi. Cordis Jesu in PARAY-LE-MONIAL.

Piam inter franciscales Tertii Ordinis et Sodales Operis, quod a *Foedere catholico* nomen habet, unionem et mutuam in jura D. N. Iesu Christi efficacius tuenda conspirationem, jamjam in anteriori Analectorum fasciculo exposuimus. Quae unio, splendidiori quadam forma, ultimis hisce diebus, occurrente Festo Sacratissimi Cordis Iesu, solidata et quasi consecrata fuit, in civitate vulgo Paray-le-Monial, in illo nempe Sanctuario, in quo Dominus Iesus, Beatae Margaritae - Mariae secreta revelans Cordis Sui, ipsi seraphicum Patrem Franciscum ducem dedit et exemplar.

Nam in praefatam civitatem, ad Festa Ssmi. Cordis Jesu solemnius celebranda, instigante zelantissimo Canonico Iosepho Lèmann Foederis catholici Directore Generali, devotorum peregrinorum turmae convenerant ex variis etiam dissitis Dioecesibus, praesertim Lugdunensi, Parisiensi, Niverrensi, Molinensi, Nannetensi et Camberiensi. Sacris functionibus, tum in Sanctuario Visitationis, tum in Basilica SS. Cordis Jesu, interfuere peregrini circiter 5000, e quibus Sacerdotes, sive regulares sive seculares, 300. Sub primis Festi Vesperis, R. P. M. Ephrem e Conventu Min. Capuccinorum Lugdunensi, hujusce nostrae aetatis errores et iniquas contra Christum Dominum rebelliones apostolico zelo profligavit. Deinde ad primas horas nocturnas, omnes peregrini per compita civitatis et plateas, taedis flammiferis instructi, ordinatim cantica alternantes, spectaculum grande facti sunt et Angelis et hominibus.

Missa communionis generalis, tum in Sanctuario Visitationis, tum eodem tempore, ob nimium populi concursum, in Basilica lecta fuit: illic a Rmo. Canon. Pagnon, Emi. Cardinalis Lugdunen. Archiepiscopi Vicario Generali; hic a Rmo. P. Bernardino a Portu-Romatino, Ordinis Minorum Generali, cui veluti fraternam efformabant coronam Ministri Provinciales e familiis franciscalibus Galliae Observantiae, Recollectorum et Capuccinorum, cum suis respectivis sociis nec non A. R. P. Pius a Langonio Sec. Gen., ad praedicta Festa e Rmo. P. nostro Ministro Generali (1) delegatus et Rmus. P. Ioachim a Llevaneras, jam Commissarius Apostolicus et modernus Minister Provinciae Hispaniae Ss. Cordi Iesu per decretum unionis sacrae, qui hac occasione potuit se suosque dulcissimo

(1) Qui peregrinationi in spiritu etiam assistens, per telegraphicam communicationem, plaudentibus omnibus, praesens quodammodo factus est. — Notandum etiam, quod SS. D. N. Leo P. XIII suam specialem benedictionem transmisit, eadem forma, sicut et Patriarcha Ierosolymitanus.

Cordi strictius devovere. (2) Inter praefatae missae solemnia et cantiis, Tertium Ordinem devotionemque erga Ssmum. Cor Jesu, perbelle commendarunt P. Petrus-Baptista ex Observantia et P. Ferdinandus recollectus. Coram Ssmo. Sacramento diu noctuque tum in Sanctuario Apparitionis, tum in Basilica, exposito, quamplures Christifideles et Sacerdotes pie pernoctarunt, orantes, devota psallentes cantica, vel exhortationes quas Nostrates, praesertim P. Felicianus a S. Stephano interdum habebant, magna cordis laetitia accipientes.

Missam Solemnem in Basilica celebravit *Illmus. DD. de Breux-Brézé*, Episcopus Molinensis, qui etiam ad innumerum populum concionem habuit paternam. Praeclari pariter verbi Dei praecones Canonicus Lèmann Augustinus ipsiusque germanus frater Iosephus qui, etsi nimio labore fractus viribus Tertiarios et Sodales Foederis ignito ore et inflammato corde adhortatus est, et supplicem libellum ab omnibus peregrinis subscribi fecit pro gratia a Ssmo P. Nro. Leone XIII impetranda, addendi nempe ad Litanias Ssmi. Nominis Jesu hanc specialem invocationem: « Jesu, fili David. »

Postea Rmus P. Generalis, suggestum conscendens, miram perlegit formulam qua Tertiarii Franciscales cum Sodalibus Foederis catholici, unito amore, Sacratissimo Cordi Iesu, in perpetuum dicabuntur. Peracta hujusmodi consecratione, haud sine adstantium vivissima commotione, e Basilica ad quoddam Oratorium rurale processio, suos hinc inde harmonicos sinus evolvens, perrexit, ibique sub dio, gestientibus populi clerique coetibus, A. R. P. Moyses ab Aurelio, Conventus nostri Lugdunensis Guardianus, peregrinos est allocutus. Tanta porro fuit, Deo dante, verborum vis et efficacia, quod omnes, praedicatori adjuranti ut Baptismi sacra juramenta renovarent zelo inflammati, elatis ad coelum manibus et conspiranti acclamatione, respondebant: « Vultisne Satanae in perpetuum abrenuntiare, et pompis et operibus ejus? » — Et omnes: « *Abrenuntiamus! abrenuntiamus!* » — « Vultisne crucem Domini tueri, pubblice et privatim praediligere? Conclamate ergo mecum: Vivat Crux Domini! Et omnium vox, tanquam grandium aquarum sonitus, repetitis vicibus personuit: » « *Vivat Crux! vivat Crux Domini!* » — Acclamationes item unanimes laudem amoremque erga S. Ecclesiam et Ssmum. Dom. Nostrum Leonem XIII testificarunt. Tandem praedicator coeleste invocans auxilium per illum caeci nati gemitum: « Iesu, fili David, miserere nobis », omnes peregrini, hosanna filio David, hosanna, clamabant. Nec ulla unquam musica, nec ullus concentus, auribus nostris dulcius resonavit quam illae fidei et amoris acclamationes, quibus Deo laudes tribuuntur et animis in bonis operibus fraterne promovendis robur magis ac magis infunditur.

Tertius Ordo in regione « Bassano-Veneto .

R. P. Maximilianus a Verona speciatim, et generatim caeteri Fratres nostri istius regionis digni laude habentur propter indefessam curam in tertio Ordine et propagando, et sapienter dirigendo. Hinc, totus districtus dividitur in quindecim veluti delegationes et in 108 congregationes locales cum 10,000 tertiariis ex quibus 200 sacerdotes. Haec autem novi generis seraphica provincia seu franciscanus iste circulus sic distribuitur:

1.° Adest locus centralis veluti sedes metropolitana in loco « Bassano », ubi residet quoddam quasi definitorium ex praecipuis visitatoribus delegatis contans.

(2) **Adstabant ergo 60 circiter FF. Minores, omnes fere ex Gallia, et ex tertiariis haud pauci completum habitum proprii Ordinis gestabant.**

Ibi etiam habetur quasi Generale Capitulum annuum ad regulandas sortes omnium districtuum et locorum.

2.° Inde inveniuntur alii quatuordecim districtus secundarii, quibus praesunt tot Visitatores Delegati. Nomina locorum quae sunt totius districtus sedes, sic notantur: *Tombolo — San Giorgio di Perlena — Paderno — Castelfranco (Pieve) — Breganze — Centrale — Enego — Canove — Castelfranco (S. Lib.) — Crespano — Conco — Asolo — Loria — Campese.*

3.° Visitatores Delegati praedictorum districtuum praesunt directoribus localibus singularum congregationum, illasque suo tempore visitant.

4.° Omnes tertiarii unius districtus applicant suffragia pro omnibus et solis confratribus districtus respectivi.

5.° Directores locales recurrunt ad respectivos Visitatores Delegatos, isti vero ad P. Visitatorem residentem in loco « Bassano ». Sic omnia hierarchice procedunt, magna cum tertiariorum utilitate, regulae meliori observantia et rerum stabilitate.

Prov. Neapolitana. — Modernus istius Prov. Moderator, A. R. P. Ludovicus a Petra Fusorum, per suas Litteras Circulares sub die 30 Aprilis, subditos suos generatim dispersos hortatur ad vitam claustralem denuo amplectendam, cum talis sit et Apostolicae Sedis et Superiorum Majorum expressa et formalis voluntas et positivum mandatum, cumque circumstantiae illarum regionum non amplius excusent viventes extra claustra. Hinc meritissime laudandus zelus A. R. P. Ludovici, et minime dubitandum, quod Neapolitanae Provinciae, post tot tantasque tribulationes, tandem instaurari valeant, sublatis humanae prudentiae rationibus et firma remanente voluntate S. Sedis, quae nequaquam tolerat regulares extra claustra viventes cum habito Ordinis, cum aliter quomodocumque fieri potest. Scimus et valde laetamur quoniam hoc instaurationis saluberrimum opus jam ad effectum reduci incipit. Faciat Deus ut quamprimum totaliter perficiatur!

Novus S. C. Consultor. — Per Rescriptum Secretariae Status S. D. N. Leonis P. XIII, electus fuit *S. Cong. de Propaganda Fide* Consultor: Rmus. P. Innocentius ab Apiro, Provinciae Picenae alumnus.

BIBLIOGRAPHIA.

PELLEGRINO (RMO. P.) DA FORLI' — Annali dell'Ordine dei Frati Minori Cappuccini, scritti ed illustrati dal P. Pellegrino da Forlì, Definitore Generale Cappuccino. Milano Tipografia di S. Giuseppe Via S. Calocero N. 9. Tom. 4, di cui uno in corso di stampa L. 48 - per l'estero L. 60.

— Leggenda dei Capitoli Provinciali e di altre memorie intorno alla Provincia de'Cappuccini di Bologna, dedicata al Rmo Padre Salvatore d'Ozieri, Consultore della Suprema Inquisizione e della S. Congregazione di Propaganda Fide e di tutto l'Ordine de'Cappuccini Ministro Generale, per fr. Pellegrino da Forlì Segretario di Provincia. Imola, Ignazio Galeati e figlio 1857, pag. 78.

— Orazione alla Citta di Bagnacavallo per ringraziamento del nuovo Convento fatto ai PP. Cappuccini, letta il giorno 4 Ottobre 1850 dal M. R. P. Pellegrino da Forlì Diffinitore e Guardiano, Cappuccino, - Bagnacavallo, Tip. Serantoni e Grandi 1850, pag. 24.

— Biografia di Mons. Felice Cantimorri dell'Ordine dei Cappuccini, Vescovo di Parma, e Conte, Prelato Domestico e assistente al Soglio Pontificio, Senatore Gran Croce di S. A. I. Ordine Costantiano, e già Gran Cancelliere della

Regia Università di Parma, pel P. Pellegrino da Forlì, ex Provinciale Cappuccino - Venezia Stab. Libr. Tip. Litografico di C. Caen., 1870, pag. 22.

— La nuova Chiesa e Convento dei Padri Cappuccini di Trieste, pel P. Pellegrino da Forlì Cappuccino, Presidente di detta fabbrica. - Trieste Tip. Weis, 1871, pag. 32 con incisione del Santo Titolare, e disegno prospetico e planimetrico della Chiesa.

— Trionfo del Cattolicismo nel dogma della Vergine Immacolata. Orazione del M. R. P. Pellegrino da Forlì ex Definitore Provinciale Cappuccino, recitato nel solennissimo novenario celebrato dai Padri Cappuccini di Bologna in Settembre 1855. Bologna 1855. Tipografia di Antonio Chierici, pag. 20.

— L' Apostolo della Madonna, ossia il Cappuccino Institutore della pubblica e solenne incoronazione delle Sante Immagini di Maria, racconto sacro e morale del P. Pellegrino da Forlì ex Definitore Generale Cappuccino. Quinta edizione (illustrata). - Milano 1885. Tipografia di Serafino Ghezzi Via Manzoni, vicolo Facchini N. 6, pag. 278.

— L' Apostolo dei selvaggi, ovvero il Cappuccino Missionario tra gl'infedeli, racconto storico del P. Pellegrino da Forlì Defin. Gen. Cappuccino, pubblicato nella ricorrenza del VII° centenario della nascita di S. Francesco d'Assisi - Roma Tip. Poliglotta della S. C. di Propaganda Fide. 1882, pag. 208.

— L' Apostolo del Sacramento, ovvero l'Ordine dei Capuccini e l'esposizione delle Quarant'ore, racconto storico-morale del P. Pellegrino da Forlì Def. Gen. Cappuccino. Terza edizione riveduta dall'autore. - Messina Tip, del Progresso di Letterio de Giorgio di Antonio. 1879.

— Vita del Serafico Patriarca San Francesco d'Assisi compendiata dal P. Pellegrino da Forlì Cappuccino. Pubblicata nella ricorrenza del settimo centenario di sua nascita. - Imola, dai tipi della Lega Tipografica, Via S. Maria N. 5. 1882, pag. 64.

— Vita di San Lorenzo da Brindisi dell'Ordine dei Frati Minori Cappuccini di S. Francesco, compendiata dal Padre Pellegrino da Forlì Def. Gen. Cappuccino. - Milano Tip. di Serafino Ghezzi, Via Manzoni, vicolo Facchini N. 6. 1882, pag. 32. con ritratto.

— All'Eccellmo. e Revmo. Vescovo di Amelia Monsignor Eusebio Magner dell'Ordine dei Cappuccini. Omaggio di esultanza e di riverenza per il P. Pellegrino da Forlì Cappuccino. - Milano Giugno 1884. Tip. Serafino Ghezzi.

— Discorso per la festa di S. Andrea Avellino. 1856.

— Orazione Eucaristica per la solenne apertura del Tempio di S. Maria delle Grazie in Fornò 1857.

— Sulla vita del Serafico Dottore S. Bonaventura Vescovo e Cardinale, Commentario del P. Pellegrino da Forlì Def. Gen. Cappuccino, nella ricorrenza del VI° centenario celebrato dai PP. Minori Cappuccini. Seconda edizione riveduta dall'autore. - Bologna Tipografia Pontificia Mareggiani 1874, pag. 46.

— Biografia del P. Francesco Maria Cappuccino dei Conti Ferniani di Faenza, scritta dal P. Pellegrino da Forlì Cappuccino. — Milano Tipografia di Serafino Ghezzi Via Manzoni, Vicolo Facchini, N. 6. 1881. (Con ritratto), pag. 20.

NECROLOGIA.

PEREGRINUS (Rmus P.) A FOROLIVII
Ex Def. Gen. De quo supra in Litteris Rmi. P. Generalis.

Nihil obstat.
Fr. BERNARDUS ab ANDERMATT Min. Gen. Capucc.

Sacerdos Ioannes Savini, Director responsabilis

ANALECTA ORDINIS MINORUM CAPUCCINORUM

ACTA S. SEDIS

Indulgentiae Sororibus Tertii Ordinis Fraternitatis Parisiensis

LEO PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam. Cum, sicut accepimus, pia mulierum Societas tertii Ordinis secularis S. Francisci Assisien. Parisiis, ad finem sacra paramenta pro exteris Missionibus et pauperibus Ecclesiis conficiendi, nec non infirmos visitandi, canonice, ut asseritur, erecta existat, cuius sorores singulis per annum mensibus spirituali secessui vacare solent: Nos quo frugifera huiusmodi Sodalitas maiora in dies incrementa suscipiat, de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum eius Auctoritate confisi; omnibus et singulis mulieribus eamdem in Societatem nunc et pro tempore adlectis vere poenitentibus et confessis ac S. Communione refectis, quae spirituali huiusmodi menstruo recessui operam dederint Plenariam; nec non iisdem nunc et pro tempore similiter existentibus eiusdem tertii Ordinis Societatis consororibus, item vere poenitentibus et confessis a S. Communione refectis, quae statis diebus conficiendis sacris paramentis vacaverint, nec non propriam Societatis Ecclesiam seu Cappellam vel Oratorium si habeant, secus Ecclesiam Parochialem visitaverint, ibique pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione, as S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die id praestiterint, Plenariam semel tantum in mense lucrifaciendam, omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Denique iisdem Sororibus corde saltem contritis, quoties dictis sacris ornamentis conficiendis, saltem unam horam operam praestiterint, vel in publicis nosocomiis, aut privatis domibus infirmos atque egenos pie visitaverint, tercentum dies de iniunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Quas omnes et singulas Indulgentias, peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes etiam animabus Christifidelium quae Deo in charitate coniunctae ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicari posse indulgemus. Praesentibus ad Septennium tantum valituris. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die VII Julii MDCCCLXXXV Pontificatus Nostri Anno Octavo.

De Erectione Crucis in fine Missionum (1)

LEO PP. XIII

AD FUTURAM REI MEMORIAM

Similibus Litteris die XXIII mensis Aprilis anno MDCCCLXXII datis Pius IX

(1) Facultates nostris praedicatoribus e Galliarum Provinciis concessae : liarum etiam Provinciarum praedicatoribus utiles forsan essent : idcirco praesens Breve pontificium publici iuris facere opportunum videtur. (N. R.)

Praedecessor Noster rec. mem. nonnullas tam plenarias, quam partiales Indulgentias Christi fidelibus concessit, occasione Sacrarum Missionum, quas Missionarii Ordinis Minorum S. Francisci Cappuccinorum nuncupatorum e Provincia Lugdunensi Sancti Bonaventurae suscepturi fuissent: quas quidem inter indulgentias nonnullae recensentur orantibus ante Crucem, quae emenso Missionum curriculo a supradictis Missionariis erigitur. Cum vero relatum Nobis nunc fuerit, vastissimas in Galliis existere paroecias ubi magnum fidelium numero eorumque devotioni satisfaciendae una Crux haud sufficiat, novae Nobis adhibitae fuerunt preces, ut in iis facultas fiat Missionariis praefatis alteram erigendi Crucem. Porro Nos spirituali Christi fidelium bono et commodo, quantum cum Domino possumus, prospicere volentes, de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli App. eius auctoritate confisi, Missionariis Ordinis Minorum Sancti Francisci Cappuccinorum e supradicta provincia veniam impertimus in iis Galliae paroeciis, quae per latum tractum protensae sunt, sacris expletis Missionibus, binas erigendi Cruces, ita ut fideles qui coram alterutra Cruce preces fuderint, omnes et singulas tam plenarias, quam partiales Indulgentias, quae per supradictas Litteras die XXIII Aprilis anni MDCCCLXXII concessae sunt servatis in ceteris tenore et conditionibus huiusce concessionis, consequi libere ac licite possint et valeant. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Praesentibus haud nisi praefatae concessionis tempore perdurante valituris. Volumus autem ut praesentium Litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo Personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus adhibeatur fides, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XXX Augusti MDCCCLXXVIII. Pontificatus Nostri anno primo.

PRO DOMINO CARDINALI ASQUINIO

D. JACOBINI, SUBSTITUTUS

DECRETUM

Quum nonnulla oborta sint Dubia circa Indultum generale a Sanctissimo Domino Nostro Leone Papa XIII datum per Decretum Sacrorum Rituum Congregationis sub die 5 Julii nuper praeteriti, quoad recitationem Officiorum *Votivorum per annum* loco ferialium, Sacra eadem Congregatio sui muneris esse censuit ea sedulo examini subjicere, atque exinde authenticam declarationem emittere.

Quapropter idem Sacer Ordo subsignata die ad Vaticanum in particulari coetu coadunatus insequentia Dubia expendenda suscepit, nimirum:

I. An verba Indulti « *quoad privatam vero recitationem ad libitum singulorum de Clero* » intelligenda sint de eis tantum, qui nullo canonico titulo ad Chorum tenentur?

II. An statuta, de consensu Capituli, seu Communitatis ab Ordinario adprobato, recitatione Officii votivi, liceat quandocumque ab ea acceptatione recedere?

III. An Indultum ipsum ita acceptari possit, ut quibusdam anni diebus de Feria, aliis vero de Votivis Officiis in Chorali recitatione agi valeat?

Emi porro ac Rmi Patres, omnibus accurate perpensis, sic rescribere rati sunt:

Ad I. *Affirmative*

Ad II et III. *Negative*. Atque ita rescripserunt, declaraverunt, ac servari mandarunt die 10 Novembris 1883.

D. CARDINALIS BARTOLINIUS
S. R. C. PRAEFECTUS.
L. ✠ S.
LAURENTIUS SALVATI S. R. C *Secretarius*

RITUS BENEDICENDI ET IMPONENDI SCAPULARIA QUADRUPLICIA

SS$_{\text{æ}}$ TRINITATIS, B. M. V. DE MONTE CARMELO, B. M. V. IMMACULATÆ, ET SEPTEM DOLORUM

NOTA. — *Ex brevi Concessionis duo requiruntur*:

1° ut sint *uno opere conjuncta*;

2° ut sint *confecta ad normam à S. Cong. probatam.*

—

v). Adjutorium nostrum in nomine Domini.

r). Qui fecit cœlum et terram.

v). Domine, exaudi orationem meam.

r). Et clamor meus ad te veniat.

v). Dominus vobiscum.

r). Et cum spiritu tuo.

OREMUS

Domine Jesu Christe, omnium caput fidelium, et humani generis salvator, qui tegumen nostrae mortalitatis induere dignatus es, obsecramus immensam largitatis tuæ abundantiam, ut indumenta hæc in obsequium Sanctissimæ Trinitatis instituta, nec non in honorem beatæ Virginis matris tuæ sine labe conceptæ, doloresque tuos ac vices peramanter dolentis, et Carmeli ordinem suo patrocinio decorantis, ita bene✠dicere et sancti✠ficare digneris : ut qui (*vel quae*) ea assumpserit (*vel* assumpserint) eadem Genitrice tua intercedente, Te quoque salutare nostrum corpore et anima induere mereatur (*vel* mereantur). Qui vivis et regnas in sæcula saeculorum. r). Amen.

Et aspergit aqua benedicta.

Si plures sint induendi et numerus scapularium sit sufficiens ad omnes induendos, omnes tunc primo indui possunt; deinde formula pronuntietur super omnes simul.

Accipe (*vel* accipite) habitum ordinis sanctissimæ Trinitatis, in fidei, spei et charitatis augmentum, ut induas (*vel* induatis) novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia et sanctitate.

Accipe (*vel* accipite) habitum ordinis Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo, ut ejus patrocinio ab omni errore et adversitate LIBERATUS. / LIBERATA. (*vel* LIBERATI / LIBERATÆ) Domino fideliter servias (*vel* serviatis.)

Accipe (*vel* accipite) scapulare devotorum Beatæ Mariæ Virginis, sine labe conceptæ, ut ejus intercessione ab omni inquinamento MUNDATUS, / MUNDATA, (*vel* MUNDATI, / MUNDATÆ,) ad vitam pervenias (*vel* perveniatis) æternam.

Accipe (*vel* accipite) scapulare servorum Beatæ Virginis Mariæ, Septem Dolores eius devote recolentium, ut dolores ipsos assidue recogitantes, Passio Domini Nostri Jesu Christi sit in corde et corpore tuo (*vel* vestro).

Ego ex facultate apostolica mihi delegata, recipio te (*vel* vos) in participatione bonorum spiritualium et indulgentiarum, quibus prædicti Ordines seu Congregationes pollent. In nomine Patris✠, et Filii✠, et Spiritus✠ Sancti. r). Amen.

v). Salvos fac servos tuos.

r). Deus meus, sperantes in te.

v). Mitte eis auxilium de sancto.

r). Et de Sion tuere eos.

v). Esto eis, Domine, turris fortitudinis

r). A facie inimici.

v). Nihil proficiat inimicus in eis,

r). Et filius iniquitatis non apponat nocere eis.

v). Domine, exaudi orationem meam.

r). Et clamor meus ad te veniat.

v). Dominus vobiscum.

r). Et cum Spiritu tuo.

OREMUS

Adesto, Domine, supplicationibus nostris, ut cui (*vel* quibus) in tuo nomine sacros habitus imponimus ita bene✠dicere digneris, ut tuæ gratiæ cooperans (*vel* cooperantes) vitam consequi merea-

tur (*vel* mereantur) æternam. Per Christum Dominum nostrum. R). Amen.

Benedictio Dei omnipotentis. Pa✠tris. et Fi✠lii, et Spiritus✠Sancti descendat super te (*vel* vos), et maneat semper R). Amen.

E S. Cong. Episc. et Regularium

In Capitulo PP. Minor. Capuc. Provinciae X···· mense···· anni 1884 celebrato, PP. Capitulares, perpensis P. Ministri Provincialis actualis conspicuis meritis, ipsum, qui primum provincialatus triennium complebat, quasi unanimi consensione reelegerunt, minimo praehabito reelectionis indulto. Necesse fuit igitur pro hujusmodi invalida reelectione confirmanda, recurrere ad S. C. quae opportunam sanationem ad instantiam Rmi P. Procuratoris Glis Ordinis benigne concessit, sequenti Rescripto:

« S. Congregatio super Disciplina Regulari, vigore facultatum a SSmo Dño Nostro Leone Papa XIII, per Emum Praefectum, sibi tributarum, attentis expositis, benigne annuit pro Sanatione enunciatae electionis, et omnium singulorumque actuum, sub exercitio dicti Provincialis a die... 1884 gestorum: Capitularibus monitis ut imposterum serventur adamussim Constitutiones Ordinis. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Romae die 2 Decbris 1884.

I. Card. FERRIERI Praef.

D. P. M. Episcopus Niss. Secrius.

EX S. INDULG. CONGREG.

RESCRIPTUM

quo adnexas preces ante et post Missam recitantibus variae conceduntur indulgentiae.

Beatissime Pater

D. Adelelmus Foppiano O. S. Benedicti ad Pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, cupiens ut omnes Sacerdotes in dicendis precibus pro Missae celebratione nonnullas consequantur Indulgentias, humillime implorat ut Sanctitas Vestra benigne concedere dignetur.

I.

(PRECES ANTE MISSAE CELEBRATIONEM)

a) Indulgentiam unius anni pro recitatione, praeter illam quinque Psalmorum - *Quam dilecta* etc. *Benedixisti Dne* etc. *Inclina Domine*, etc. *Credidi* etc. *De profundis*, etc. - cum versiculis, et septem Orationibus adnexis, Orationis s. Ambrosii Ep. singulis hebdomadae diebus assignatae, videlicet:

Orationes S. Ambrosii Ep.

DIE DOMINICA

Summe Sacerdos, et vere Pontifex Iesu Christe, qui te obtulisti Deo Patri hostiam puram et immaculatam in ara Crucis pro nobis miseris et peccatoribus et qui dedisti nobis Carnem tuam ad manducandum et Sanguinem tuum ad bibendum, et posuisti mysterium istud in virtute Spiritus sancti tui, dicens: *Haec quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis*: rogo per eumdem Sanguinem tuum, magnum salutis nostrae pretium, rogo per hanc miram et ineffabilem charitatem, qua nos miseros et indignos sic amare dignatus es, ut lavares nos a peccatis nostris in sangnine tuo: doce me servum tuum indignum, quem inter caetera dona tua, etiam ad officium sacerdotale vocare dignatus es, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiae tuae; doce me, quaeso, per Spiritum sanctum tuum tantum tractare mysterium ea reverentia et honore, ea devotione et timore, quibus oportet et decet.

Fac me per gratiam tuam semper illud de tanto mysterio credere et intelligere, sentire et firmiter tenere, dicere

et cogitare, quod tibi placet, et expedit animae meae. Intret spiritus tuus bonus in cor meum, qui sonet ibi sine sono, et sine strepitu verborum loquatur omnem veritatem. Profunda quippe sunt nimis, et sacro tecta velamine. Propter magnam clementiam tuam concede mihi Missarum solemnia mundo corde et pura mente celebrare. Libera cor meum ab immundis et nefandis, vanis et noxiis cogitationibus. Muni me beatorum Angelorum pia et fida custodia ac tutela fortissima, ut hostes omnium bonorum confusi discedant. Per virtutem tanti mysterii, et per manum sancti Angeli tui, repelle a me et a cunctis servis tuis durissimum superbiae, et cenodoxiae, invidiae et blasphemiae, fornicationis et immunditiae, dubietatis et diffidentiae spiritum. Confundantur, qui nos persequuntur, pereant illi, qui nos perdere festinant.

FERIA II.

Rex virginum, et amator castitatis et integritatis, coelesti rore benedictionis tuae extingue in corpore meo fomitem ardentis libidinis, ut maneat in me tenor castitatis corporis et animae. Mortifica in membris meis carnis stimulos, omnesque libidinosas commotiones, et da mihi veram et perpetuam castitatem cum ceteris donis tuis, quae tibi placent in veritate; ut sacrificium laudis casto corpore, et mundo corde valeam tibi offerre. Quanta enim cordis contritione et lacrymarum fonte, quanta reverentia et tremore, quanta corporis castitate, et animae puritate istud divinum et caeleste sacrificium est celebrandum, ubi caro tua in veritate sumitur, ubi sanguis tuus in veritate bibitur, ubi ima summis, terrena divinis iunguntur, ubi adest sanctorum Angelorum praesentia, ubi tu es Sacrificium et Sacerdos mirabiliter et ineffabiliter constitutus!

FERIA III.

Quis digne hoc mysterium celebrare poterit, nisi tu, Deus omnipotens, offerentem feceris dignum? Scio, Domine, et vere scio, et idipsum pietati tuae confiteor, quia non sum dignus accedere ad tantum mysterium propter nimia peccata mea, et infinitas negligentias meas. Sed scio, et veraciter ex toto corde meo credo, et ore confiteor, quia tu potes me facere dignum, qui solus potes facere mundum de immundo conceptum semine, et de peccatoribus iustos et sanctos. Per hanc omnipotentiam tuam te rogo, Deus meus, ut concedas mihi peccatori hoc sacrificium celebrare cum timore et tremore, cum cordis puritate et lacrymarum fonte, cum laetitia spirituali et caelesti gaudio. Sentiat mens mea dulcedinem beatissimae praesentiae tuae, et excubias sanctorum Angelorum tuorum in circuitu meo.

FERIA IV,

Ego enim, Domine, memor venerandae Passionis tuae accedo ad altare tuum, licet peccator, ut offeram tibi sacrificium, quod tu instituisti, et offerri praecipisti in commemorationem tui, pro salute nostra. Suscipe illud, quaeso, summe Deus, pro Ecclesia sancta tua, et pro populo, quem acquisivisti sanguine tuo. Et quoniam me peccatorem inter te et eumdem populum tuum medium esse voluisti, licet in me aliquod boni operis testimonium non agnoscas, officium saltem dispensationis creditae non recuses, nec per me indignum, eorum salutis pereat pretium, pro quibus victima salutaris dignatus es esse et redemptio. Profero etiam, Domine, si digneris propitius intueri tribulationes plebium, pericula populorum, captivorum gemitus, miserias orphanorum, necessitates peregrinorum, inopiam debilium, desperationem languentium, defectus senum, suspiria iuvenum, vota virginum, lamenta viduarum.

FERIA V.

Tu enim misereris omnium, Domine, et nihil odisti eorum quae fecisti. Memorare quae sit nostra substantia, quia tu Pater noster es, quia tu Deus noster es, ne irascaris satis, neque multitudinem viscerum tuorum super nos contineas. Non enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Aufer a nobis iniquitates nostras, et ignem sancti Spiritus in nobis clementer accende. Aufer cor lapideum de carne nostra, et da nobis cor carneum, quod te amet, te diligat, te delectetur, te sequatur, te perfruatur. Oramus, Domine, clementiam tuam, ut sereno vultu familiam tuam, sacri tui nominis officia praestolantem, aspicere digneris; et, ut nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio, tu nobis preces suggere, quas ipse propipitius audire, et exaudire delecteris.

FERIA VI.

Rogamus etiam te, Domine sancte Pater, et pro spiritibus fidelium defunctorum: ut sit illis salus, sanitas, gaudium et refrigerium, hoc magnum pietatis Sacramentum. Domine Deus meus, sit illis hodie magnum et plenum convivium de te pane vivo, qui de caelo descendisti et das vitam mundo, de tua carne sancta et benedicta, Agni videlicet immaculati, qui tollis peccata mundi, quae de sancto et glorioso Beatae Virginis Mariae utero est assumpta, et de Spritu sancto concepta, ac de illlo pietatis fonte qui per lanceam militis ex tuo sacratissimo latere emanavit; ut exinde refecti et satiati, refrigerati et consolati exultent in laude et gloria tua. Peto clementiam tuam, Domine, ut descendat super panem tibi sacrificandum plenitudo tuae benedictionis, et sanctificatio tuae divinitatis. Descendat etiam, Domine, illa sancti Spiritus tui invisibilis, incomprehensibilisque maiestas, sicut quondam in patrum hostias descendebat, qui et oblationes nostras Corpus et Sanguinem tuum efficiat, et me indignum sacerdotem doceat tantum tractare mysterium cum cordis puritate et lacrymarum devotione, cum reverentia et tremore, ita ut placide ac benigne suscipias sacrificium de manibus meis ad salutem omnium tam vivorum quam defunctorum.

SABBATO

Rogo etiam te, Domine, per ipsum sacrosanctum mysterium Corporis et Sanguinis tui, quo quotidie in Ecclesia tua pascimur et potamur, abluimur et sanctificamur, atque unius summae divinitatis participes efficimur: da mihi virtutes tuas sanctas, quibus repletus, bona coscientia ad Altare tuum accedam, ita ut haec caelestia Sacramenta efficiantur mihi salus et vita. Tu enim dixisti ore tuo sancto et benedicto: *Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita : Ego sum panis vivus, qui de coelo descendi: Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum.* Panis dulcissime, sana palatum cordis mei, ut sentiam suavitatem amoris tui. Sana illud ab omni languore, ut nullam, praeter te sentiam dulcedinem. Panis candidissime, habens omne delectamentum et omnem saporem, qui nos semper reficis, et numquam in te, deficis: comedat te cor meum, et dulcedine saporis tui repleantur viscera animae meae. Manducat te Angelus ore pleno; manducet te peregrinus homo pro modulo suo, ne deficere possit in via, tali recreatus viatico. Panis sancte, panis vive, panis munde, qui descendisti de caelo, et das vitam mundo, veni in cor meum, et munda me ab omni inquinamento carnis et spiritus. Intra in animam meam, sana et munda me interius et exterius. Esto tutamen et continua salus animae et corporis mei. Repelle a me insidiantes mihi hostes; recedant procul a prae-

sentia potientiae tuae, ut foris et intus per te munitus, recto tramite ad tuum regnum perveniam: ubi non in mysteriis, sicut in hoc tempore agitur, sed facie ad faciem te videbimus, cum tradideris regnum Deo et Patri, et eris Deus omnia in omnibus. Tunc enim me de te satiabis satietate mirifica, ita ut nec esurïam, nec sitiam in aeternum. Qui cum eodem Deo Patre, et Spiritu sancto vivis et regnas per omnia saecula saeculorum. Amen.

Oratio S. Thomae Apuinatis,

Omnipotens sempiterne Deus, ecce accedo ad sacramentum unigeniti Filii tui Domini nostri Iesu Christi; accedo tamquam infirmus ad medicum vitae, immundus ad fontem misericordiae, caecus ad lumen claritatis aeternae, pauper et egenus ad Dominum caeli et terrae. Rogo ergo immensae largitatis tuae abundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatem, lavare foeditatem, illuminare caecitatem, ditare paupertatem, vestire nuditatem; ut panem Angelorum, Regem regum, et Dominum dominantium tanta suscipiam reverentia et humilitate, tanta contritione et devotione, tanta puritate et fide, tali proposito et intentione, sicut expedit saluti animae meae. Da mihi, quaeso, dominici Corporis et sanguinis non solum suscipere sacramentum, sed etiam rem et virtutem sacramenti. O mitissime Deus, da mihi Corpus unigeniti Filii tui Domini nostri Iesu Christi, quod traxit de Virgine Maria sic suscipere, ut corpori suo mystico merear incorporari, et inter eius membra connumerari. O amantissime Pater, cencede mihi dilectum Filium tuum, quem nunc velatum in via suscipere propono, revelata tandem facie perpetuo contemplari. Qui tecum vivet et regnat in unitate Spiritus sancti D us per omnia saecula saeculorum. Amen.

Indulgentia *centum dierum* (Resc. cit.)

Oratio s. Ambrosii Episcopi.

Ad mensam dulcissimi convivii tui, pie Domine Iesu Christe, ego peccator de propriis meritis nihil praesumens, sed de tua confidens misericordia et bonitate accedere vereor et contremisco. Nam cor et corpus habeo multis criminibus maculatum, mentem et linguam non caute custoditam. Ergo, o pia Deitas, o tremenda Maiestas, ego miser inter angustias deprehensus, ad te fontem misericordiae recurro, ad te festino sanandus, sub tuam protectionem fugio: et quem iudicem sustinere nequeo, Salvatorem habere suspiro. Tibi, Domine, plagas meas ostendo; tibi verecundiam meam detego. Scio peccata mea multa et magna, pro quibus timeo. Spero in misericordias tuas, quarum non est numerus. Respice ergo in me oculis misericordiae tuae, Domine Iesu Christe, Rex aeterne, Deus et homo, crucifixus propter hominem. Exaudi me sperantem in te, miserere mei pleni miseriis et peccatis, tu qui fontem miserationis numquam manare cessabis. Salve, salutaris victima, pro me et omni humano genere in patibulo crucis oblata. Salve, nobilis et pretiose Sanguis de vulneribus crucifixi Domini mei Iesu Christi profluens, et peccata totius mundi abluens. Recordare, Domine, creaturae tuae, quam tuo Sanguine redemisti. Poenitet me peccasse, cupio emendare quod feci. Aufer ergo a me, clementissime Pater, omnes iniquitates et peccata mea; ut purificatus mente et corpore, digne degustare merear sancta sanctorum; et concede, ut haec sancta praelibatio Corporis et Sanguinis tui, quam ego indignus sumere intendo, sit peccatorum meorum remissio, sit delictorum perfecta purgatio, sit turpium cogitationum effugatio, ac bonorum sensuum regeneratio, operumque tibi placentium salubris efficacia, animae quoque et corporis contra ini-

micorum meorum insidias firmissima tuitio. Amen.

Indulgentia *centum dierum* (Resc. cit.)

Oratio ad Omnes Angelos et Sanctos

Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes caelorum, Cherubim, atque Seraphim, omnes Sancti, et Sanctae Dei, praesertim Patroni mei, intercedere dignemini pro me, ut hoc Sacrificium Deo omnipotenti digne valeam offerre ad laudem et gloriam nominis sui, et ad utilitatem meam, totiusque Ecclesiae suae sanctae. Amen.

c) Indulgentiam centum dierum pro recitatione sequentis Orationis tantummodo dicendae quando Sacerdos in honorem Sancti, vel Beati Missam celebrat.

Oratio tantummodo dicenda quando Sacerdos in honorem Sancti, vel Beati Missam celebrat.

O Sancte N., ecce ego miser peccator, de tuis meritis confisus, offero nunc sacratissimum Sacramentum Corporis et Sanguinis Domini nostri Iesu Christi pro tuo honore et gloria. Precor te humiliter et devote, ut pro me intercedere digneris, ut tantum Sacrificium digne et acceptabiliter offerre valeam, ut eum tecum, et cum omnibus electis eius aeternaliter laudare, atque cum eo regnare valeam. Qui vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.



II.

(PRECES POST MISSAE CELEBRATIONEM)

a) Indulgentiam unius anni pro recitatione, praeter illam consueti Cantici - *Benedicite*, etc. et Psalmi - *Laudate*, etc. cum versiculis et tribus Orationibus adnexis, duarum sequentium Orationum quarum altera s. Thomae, altera vero s. Bonaventurae.

Oratio S. Thomae Aquinatis.

Gratias tibi ago, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, qui me peccatorem indignum famulum tuum nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiae tuae satiare dignatus es pretioso Corpore et Sanguine Filii tui Domini nostri Iesu Christi. Et precor ut haec sancta communio non sit mihi reatus ad poenam, sed intercessio salutaris ad veniam, sit mihi armatura fidei, et scutum bonae voluntatis. Sit vitiorum meorum evacuatio, concupiscentiae et libidinis exterminatio, caritatis et patientiae, humilitatis et obedientiae, omniumque virtutum augmentatio: contra insidias inimicorum omnium tam visibilium quam invisibilium firma defensio; motuum meorum tam carnalium quam spiritualium perfecta quietatio, in te uno ac vero Deo firma adhaesio, atque finis mei felix consummatio. Et precor te, ut ad illud ineffabile convivium me peccatorem perducere digneris, ubi tu cum Filio tuo et Spiritu sancto sanctis tuis es lux vera, satietas plena, gaudium sempiternum, iucunditas consummata, et felicitas perfecta. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

Oratio S. Bonaventurae.

Transfige, dulcissime Domine Iesu, medullas et viscera animae meae, suavissimo ac saluberrimo amoris tui vulnere, vera serenaque et apostolica sanctissima caritate, ut langueat et liquefiat anima mea solo semper amore et desiderio tui, te concupiscat, et deficiat in atria tua, cupiat dissolvi, et esse tecum. Da, ut anima mea te esuriat panem Angelorum, refectionem animarum sanctarum, panem nostrum quotidianum, supersubstantialem, habentem omnem dulcedinem et saporem, et omne delectamentum suavitatis; te, in quem desiderant

Angeli prospicere, semper esuriat et comedat cor meum, et dulcedine saporis tui repleantur viscera animae meae: te semper sitiat fontem vitae, fontem sapientiae et scientiae, fontem aeterni luminis, torrentem voluptatis, ubertatem domus Dei: te semper ambiat, te quaerat, te inveniat, ad te tendat, ad te perveniat, te meditetur, te loquatur, et omnia operetur in laudem et gloriam nominis tui cum humilitate et discretione, cum dilectione et delectatione, cum facilitate et affectu, cum perseverantia usque in finem; et tu sis solus semper spes mea, tota fiducia mea, divitiae meae, delectatio mea, iucunditas mea, gaudium meum, quies et tranquillitas mea, pax mea, suavitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium meum, sapientia mea, portio mea, possessio mea, thesaurus meus, in quo fixa et firma et immobiliter semper sit radicata mens mea, et cor meum. Amen.

Rythmus s. Thomae Aquinatis ad sacram Eucharistiam.

Adoro Te devote, latens Deitas,
Quae sub his figuris vere latitas;
Tibi se cor meum totum subjicit,
Quia, te contemplans, totum deficit.
Visus, tactus, gustus in te fallitur,
Sed auditu solo tuto creditur;
Credo quidquid dixit Dei filius,
Nil hoc verbo veritatis verius.
In Cruce latebat sola Deitas,
At hic latet simul et humanitas:
Ambo tamen credens, atque confitens,
Peto quod petivit latro poenitens.
Plagas, sicut Thomas, non intueor,
Deum tamen meum te confiteor,
Fac me tibi semper magis credere,
In te spem habere, te diligere.
O memoriale mortis Domini,
Panis vivus, vitam praestans homini:
Praesta meae menti de te vivere,
Et te illi semper dulce sapere.
Pie pellicane Iesu Domine,
Me immundum munda tuo sanguine:
Cuius una stilla salvum facere
Totum mundum quit ab omni scelere.
Iesu, quem velatum nunc aspicio,
Oro, fiat illud, quod tam sitio,
Ut te revelata cernens facie,
Visu sim beatus tuae gloriae. Amen.

Indulgentiam *centum dierum* (Resc. cit.)

Orationes S. Alphonsi M. de Ligorio singulis hobdomadae diebus distributae.

DIE DOMINICA.

Amantissime Iesu, Redemptor et Deus, adoro te praesentem in pectore meo sub speciebus panis et vini, quibus factus es cibus et potus animae meae. Sit infinite benedictus adventus tuus ad animam meam, Deus meus, et pro tanto beneficio tibi ex intimo corde gratias ago, et doleo eo quod digne tibi grates rependere non valeo. Et quasnam dignas gratiarum actiones habere posset humilis villicus, si rustica in domo sua ab ipso suo rege se visitatum videret, nisi ad illius pedes se procumbere, et tacito admirari et laudare tantam dignationem? Procido ergo coram te, o Rex divine, o Iesu dulcissime, teque adoro ex abysso vilitatis meae. Coniungo adorationem meam adorationi, quam tibi praestitit beatissima Virgo Maria quando in uterum suum sacrosanctum te recepit, et quo ipsa te amavit amore, eodem te prosequi vellem. O Redemptor amabilis, tu hodie verbis meis obediens, de caelo in manus meas descendisti: et ego? eheu! quoties praeceptis tuis inobediendo, te ingrato animo, sprevi, et gratiam et amorem tuum reieci! O bone Iesu, meorum veniam delictorum iam te mihi tribuisse confido; quod si, culpa mea, nondum mihi pepercisti, modo, quaeso, ignosce mihi, o Bonitas infinita; nam te offendisse toto corde me poenitet. Utinam, o Iesu, te semper amavissem! A die

saltem quo primam missam celebravi, unice pro te amore flagrare debuissem. Tu ex millibus me in sacerdotem et amicum tuum elegisti, quid ultra facere debuisti, ut a me diligereris? Sed gratias ago tibi quia tempus mihi praestas agendi quod facere omisi. Ex toto corde meo te amare volo. Minime, nullum affectum in corde meo admittere volo nisi pro te, qui me tantis beneficiis ad te redamandum obstrinxisti. *Deus meus et omnia.* O Deus meus, quid mihi divitiae! quid honores! quid mundi voluptates! tu omnia mihi es. Tu solus eris deinceps unicum bonum, unicus amor meus. Dicam tibi cum sancto Paulino: *Sibi habeant divitias suas divites, regna sua reges; mihi Christus gloria et regnum est.* Fruantur reges ac divites terrae regnis suis suisque divitiis, tu, o bone Iesu, divitiae meae et regnum meum mihi solus eris. O Pater aeterne, per amorem huius Filii tui, quem hodie tibi obtuli, et in cor meum recepi, da quaeso, mihi sanctam perseverantiam in gratia tua, et donum tui sancti amoris. Tibi etiam commendo propinquos meos, amicos et inimicos; animas item purgatorii, omnesque peccatores.

O Mater mea, Maria sanctissima, impetra mihi sanctam perseverantiam et Iesu Christi amorem.

FERIA II.

O bonitas infinita! O caritas infinita! Deus mihi se totum dedit, factus est totus meus! Anima mea, convoca omnes affectus tuos, teque intime coniunge Domino tuo, qui dedita opera venit ad te ut coniungatur tibi et redametur a te.

O Redemptor amabilis, amplector te, amor et vita mea me tibi coniungo, noli me despicere. Hei mihi! quodam tempore vitae meae te reieci ex anima mea, et me separavi a te; sed in posterum vitam meam millies ponere potius volo, quam iterum amittere te, summum Bonum meum. Obliviscere, Domine, omnium iniuriarum, quibus te affeci, et mihi miseratus ignosce; toto corde me illarum poenitet, et prae dolore mori vellem. Quamvis autem in te peccaverim, mihi praecipis ut amem te: *Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo.* Oh! Domine mi, quis ego sum ut a me diligi cupias? Quoniam hoc desideras, amore te prosequi volo. Tu pro me mortem subire voluisti, et carnes tuas in cibum mihi dedisti; ego omnia relinquo, omnibus valedico, et te solum, amantissime Salvator, amplector. *Quis me separabit a caritate Christi?* O Redemptor amabilis, et quem alium diligere volo, nisi te, qui es infinita bonitas, et infinito amore dignus? *Quid mihi est in caelo? et a te quid volui super terram? Deus cordis mei, et pars mea Deus in aeternum.* Profecto quidem Deus meus, et ubinam sive in caelo, sive in terra bonum te maius invenire possum, vel qui magis quam tu me dilexerit? *Adveniat regnum tuum.* Oh! bone Iesu, sume, precor, hoc mane totius cordis mei dominium, illud ego tibi totum praebeo. Tu illud semper ac totum posside, et omnes affectus, qui non sunt ad te, ab eo repelle. Te solum in partem meam, et in meas divitias eligo: *Deus cordis mei, et pars mea, Deus, in aeternum.* Da, ut semper illud s. Ignatii a Loyola in ore habeam, et petam: *Amorem tui solum cum gratia tua mihi dones, et dives sum satis.* Da mihi amorem et gratiam tuam, fac videlicet ut amem te, et amer a te, et dives sum satis, nec amplius ultra desidero, nec aliud quaero. Verumtamen tu scis infirmitatem meam, et quam saepe tibi infidelis extiterim; adiuva ergo me gratia tua, nec umquam permittas me separari ab amore tuo sancto. *Ne permittas me separari a te.* Hoc nunc tibi dico, semperque dicere volo, et idi-

psum, tribue, ut repetere tibi semper queam: *Ne permittas, ne permittas me separari a te.*

O Virgo sanctissima, spes mea, Maria, impetra mihi a Deo hanc duplicem gratiam: sanctam perseverantiam et sanctum amorem; nihil amplius a te peto.

FERIA III.

Ah! Domine mi, quomodo potui te multoties offendere, sciens quod peccando tibi summe displicebam? Per merita, quaeso, passionis tuae ignosce mihi, et vinculo amoris tui me tibi obstringe; non te separet a me fetor culparum mearum. Fac ut magis ac magis tuam bonitatem et amorem, qui tibi debetur, et caritatem, qua me dilexisti, semper agnoscam.

Cupio, bone Iesu, me totum pro te devovere, qui temetipsum pro me in sacrificium offerre voluisti. Tu innumeris caritatis argumentis me tibi obstrinxisti; ne, quaeso, permittas me umquam separari a te. Amo te, Deus meus, teque semper diligere volo. Et quomodo a te disiunctus, et sine gratia tua vivere potero, cum amorem tuum cognoverim? — Gratias ago tibi quia me pertulisti quando sine gratia tua vivebam, et quia tempus adhuc mihi praestas amandi te. Si tunc mihi superventus esset interitus, te amplius amare non possem. Quoniam vero adhuc te diligere possum, omnibus viribus te amare volo, dulcissime Iesu, tibique in omnibus placere peropto. Diligo te, o Bonitas infinita, amo te plusquam me; et quia amo te, dono tibi corpus meum, animam meam, ac totam voluntatem meam. Fac, Domine, et dispone de me iuxta beneplacitum tuum, in omnibus me tibi subjicio. Dummodo mihi concedas ut semper diligam te, nihil aliud posco. Terrena bona da volentibus illa; non aliud ego desidero, nihilque peto, nisi perseverantiam in gratia tua, et sanctum amorem tuum.

Innixus ego, o Pater aeterne, Filii tui promissis: *Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis* (*Ioann.* XVI, 23), in nomine Iesu Christi peto a te sanctam perseverantiam, et gratiam amandi te ex toto corde meo, perfecte faciendo deinceps voluntatem tuam. O Iesu, tu pro me victima factus es, et mihi teipsum dedisti, ut tradam tibi meipsum, tibique immolem voluntatem meam, inquis enim: *Praebe, fili mi, cor tuum mihi* (*Prov.* XXIII, 26), Ecce cor meum, Domine, ecce cor meum, et animam meam, quam tibi dono, et omnino pro te devoveo. Verum, tu scis, Domine, infirmitatem meam: succurre mihi; ne permittas me hanc voluntatem meam a te recipere ad peccandum in te. Minime: noli hoc permittere; da ut semper diligam te, fac ut amem te quantum Sacerdos te deligere debet; et quemadmodum Filius tuus in cruce moriens dicere potuit: *Consummatum est,* ita in morte mea dicere valeam, quod ex hac die mandata tua custodivi. Praesta, ut in omnibus tentationibus et periculis in te peccandi, semper ad te recurram, et auxilium tuum per merita Iesu Christi implorare non omittam.

O Maria sanctissima, quae omnia potes apud Deum, impetra mihi hanc gratiam, ut in tentationibus semper ad Deum, et ad te confugiam.

FERIA IV.

Oh! Iesu mi, video quanta operatus et passus es, ut mihi necessitatem imponeres amandi te, et ego tam ingratum me tibi probavi? Quoties ob vilem delectationem et desiderium nequam, tuam gratiam commutavi, et amisi te, o Deus animae meae! Creaturarum beneficia grata memoria sum prosequutus, tibi solo me ingratum praebui. Ignosce mihi, Deus meus; doleo eiusmodi ingrati animi crimen, et toto corde

moereor, et veniam a te spero cum sis infinita bonitas. Si tu bonitas infinita non esses, mihi desperandum foret, nec amplius misericordiam tuam implorare auderem.

Tibi sint grates, amor meus, quia ad infernum, quem promerui, non me damnasti, et tanto tempore me sustinuisti. Sola quidem patientia tua in me Deus meus, ad amandum te trahere me deberet. Quis unquam me tolerare potuisset, nisi tu, qui es infinitae misericordiae Deus? Iamdiu est, ex quo invitas me ad amandum te; nolo amplius resistere amori tuo; ecce me tibi totum dedo. Sufficit quantum in te peccavi, nunc te diligere volo. Amo te, o summum Bonum meum, diligo te, bonitas infinita, amo te, Deus meus, qui es infinito amore dignus, et semper repetere volo in tempore et in aeternitate: amo te, amo te — O Deus, et quot annos amisi, in quibus te diligere et in amore tuo progedi potuissem, et eos insumpsi ad peccandum in te! At sanguis tuus, o Iesu, spes mea est. Numquam, spero, te amare cessabo. Ignoro quantum mihi vivendum superest; residuum tamen vitae meae, sive breve sive longum sit, illud tibi totum consecro. Ad hunc finem hactenus expectasti me. Volo quippe tibi complacere, volo te, amantissime Domine, semper amare teque solum diligere volo. Quid mihi deliciae! Quid divitiae! Quid honores! Tu solus, Deus meus, tu solus, solus es et semper eris amor meus, et omnia. Sed nihil possum, nisi tu adiuves me gratia tua. Vulnera, quaeso, cor meum, inflamma illud sancto amore tuo, tibique totum coniunge, ut a te numquam separari possit. Tu amare promisisti qui te diligit: *Ego diligentes me diligo* (*Prov.* VIII, 17). Nunc amo te, parce audaciae meae, ama tu etiam me, ne permittas me quidquam facere, quod impediat quominus diligas me: *Qui non diligit manet in morte* (*I. Iann III.14*) Libera me ab ista morte, qua impediar quominus amem te. Fac ut semper diligam te, ut semper tu queas amare me; et sic dilectio nostra aeterna sit, nec inter me et te amplius dissolvatur. Hoc praesta, Pater aeterne, per amorem Iesu Christi. Hoc ipsum concede, iucundissime Iesu, per merita tua, in quibus me semper te amaturum et te semper me dilecturum confido.

O Maria, Mater Dei, et mater mea, tu etiam deprecare Iesum pro me.

FERIA V.

O Deus infinitae maiestatis, en proditor ad pedes tuos, qui tam graviter in te deliquit! Tu multoties pepercisti peccatis meis, et ego, spretis beneficiis et praesidiis, quibus me donasti, iterum te iniuriis affeci. Ceteri peccaverunt in tenebris, ego autem in luce. Sed audi vocem huius filii tui, quem modo tibi obtuli, et qui nunc est in pectore meo: ipse pro me misericordiam et veniam apud te implorat. Parce mihi, o Bonitas infinita, per amorem Iesu Christi, quia te offendisse toto corde me poenitet.

Scio quod tu Iesu Christi amore peccatoribus te placare delecteris: *Complacuit per eum reconciliare omnia in ipsum* (*Colos* 1, 19 29). Per amorem igitur Iesu Christi, placa te etiam mihi. *Ne projicias me a facie tua* quamvis id merear; parce mihi, et muta cor meum. *Cor mundum crea in me Deus.* Hoc age ob honorem saltem tuum quoniam elegisti me in Sacerdotem et ministrum ad offerendum tibi ipsum Filium tuum. Fac me vivere sicut decet Sacerdotem. Da cor mihi, quo te Sacerdos amare debet. Extingue, precor, et destrue in me tui amoris igne omnes terrenos affectus. Fac ut gratum deinceps me tibi probem pro tantis beneficiis mihi collatis, et pro tanto amore, quo amasti me.

Si olim amicitiam tuam sprevi, nunc eam magis aestimo qnam cuncta mundi regna, et beneplacitum tuum omnibus divitiis ac caeli terraeque deliciis antepono. - O Pater mi, per Iesu Christi amorem separa me ab omnibus rebus. Tu vis ut Sacerdotes tui ab omnibus, quae in mundo sunt, omnino segregati sint, ac tibi soli, et operibus gloriae tuae vivant: *Segregate mihi Saulum et Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos* (*Act* XIII. 2). Scio quod etiam id a me requiris, et hoc facere propono, sed tu adiuva me gratia tua. Trahe me totum ad te. In laboribus et in adversis mihi patientiam et voluntatis conformationem tribue. Da ut per amorem tuum meipsum mortificem. Concede mihi spiritum verae humilitatis, quo gaudeam me abiectum et imperfectum reputari. *Doce facere voluntatem tuam*, et quod inde a me requiris indica mihi; id enim exequi volo. Recipe, Deus meus, ad amandum te peccatorem, qui in praeteritum nimis in te peccavit, sed nunc vere te diligere vult, et esse tuus. O Deus aeterne, spero me te amaturum in aeternum. Et ideo volo etiam in hac vita te multum amare, ut multum te amare valeam in aeternitate. - Et quia amo te, ab omnibus te cognosci et amari desidero. Et ideo, Domine, quoniam fecisti me Sacerdotem tuum, fac ut pro te laborem, et saluti animarum incumbam. Haec omnia spero per merita tua, o Christe Iesu, et per tuam intercessionem, o mater mea Maria.

FERIA VI.

O Iesu! et quomodo potuisti me ex millibus in Sacerdotem tuum eligere? Me, qui toties tibi terga verti, et pro nihilo gratiam tuam sprevi? Amantissime Domine mi, doleo ex tota anima mea de peccatis meis. Dicito mihi, remisistine peccata mea? Spero quidem. Fuisti quippe Redemptor meus non semel tantum, sed quoties mihi pepercisti. Ah, Salvator mi, numquam te offendissem! Fac, obsecro, me sentire quod Magdalenae dixisti: *Remittuntur tibi peccata tua*. Fac ut sentiam me in gratiam tuam iam esse receptum donans mihi magnum dolorem de peccatis meis - *In manus tuas commendo spiritum meum*; *redemisti me, Domine Deus veritatis*. Oh! divinissime Pastor, tu de caelo descendisti ad inveniendum me, perditam ovem et pro me quotidie super altare descendis; posuisti vitam tuam ut salvum me faceres, ne derelinquas me. In manus tuas commendo animam meam, suscipe clementer eam, et ne permittas umquam separari a te - Tu pro me totum Sanguinem tuum fudisti: *Te ergo quesumus tuis famulis subveni quos pretioso Sanguine redemisti*. Nunc es advocatus meus non vero iudex; veniam pro me apud Patrem tuum implora; obtine mihi lumen et virtutem amandi te ex tota anima mea. Da residuum vitae meae sic transire, ut quum te iudicem aspexero, mihi te placatum videam.

Regna, quaeso, amore tuo in corde meo, fac ut sim totus tuus; et ideo, Salvator amabilis, recorda mihi semper amorem, quo me dilexisti, et quanta operatus et passus es, ut me salvares, et amareris a me. Ad hoc me Sacerdotem fecisti ut nihil diligam praeter te. - Iesu mi, volo quippe tibi complacere: ego diligo te, et nihil aliud diligere volo praeter te. — Fac me humilem et patientem in laboribus huius vitae, mansuetum in humiliationibus, a terrenis deliciis abhorrentem, et a creaturis abstractum, et praesta ut a corde meo ejiciam omnes affectus, qui non sunt ad te. Haec omnia a te imploro, et spero per merita passionis tuae. O Iesu iucundissime, amabilis Iesu, *o bone Iesu exaudi me.*

O mater mea, et spes mea, Maria, tu quoque exaudi me, et ora Iesum pro me.

SABBATO.

Loquere, Domine, quia audit servus tuus (I. *Reg.* III, 10).

O Iesu Amantissime, tu venisti etiam hoc mane ad visitandum animam meam: ex intimo corde tibi gratias ago. Quoniam venisti ad me, loquere, quaeso, et dicito mihi quid velis a me, quia omnia facere volo. Non mereo quod ultra mihi loquaris, eo quod vocem tuam audire persaepe recusavi, qua me vocabas ad amorem tuum, et ingratus tibi terga verti. Verum de peccatis meis iam poenitentiam egi, nunc iterum me illorum poenitet, et veniam a te iam obtinuisse confido. Dic ergo mihi quid me vis facere, sum enim paratus ad omnia - Utinam, Deus meus, te semper amassem. Hei mihi! quot annos amisi! At sanguis tuus, et promissiones tuae spem mihi afferunt reparandi tempus amissum, te solum deinceps amando, tibique placendo. - Amo te, Redemptor meus! amo te, Deus meus, ad nihil adspiro nisi ad amandum te ex toto corde meo, et ad vitam ipsam ponendam pro amore tui, qui amore mei mortem subire voluisti. *Amore amoris tui,* dicam tibi cum s. Francisco, *moriar, qui amore amoris mei dignatus es mori.* Tu, Iesu, mihi totum teipsum dedisti; dedisti tuum Sanguinem, vitam, omnes sudores tuos, omnia merita tua, plus dare non habuisti; ego me totum tibi dono: dono tibi omnes delectationes meas, omnes saeculi delicias, corpus meum, animam, voluntatem; plus tibi dare non habeo; si plus haberem, plus tibi darem. Iucundissime Iesu, tu mihi sufficis. - Fac tamen, Domine, ut sim tibi fidelis; ne permittas me, mutata voluntate, derelinquere te. Spero per merita passionis tuae, Salvator mi, id mihi numquam obventurum. Tu dixisti: *Nullus speravit in Domino, et confusus est* (*Eccl.* II, 11). Tota igitur fiducia dicere possum et ego: *In te, Domine, speravi, non confundar in aeternum.* Spero, o Deus animae meae, et semper volo sperare, numquam confusionem passurum videndi me separatum a te. *In te, Domine, speravi, non confundar in aeternum* - Deus meus, tu omnipotens es, effice me sanctum. Fac ut multum diligam te, fac ut nihil praetermittam, quod redundet in gloriam tuam, et omnia vincam, ut tibi complaceam. Me beatum, si omnia perdam, ut solum te, et amorem tuum inveniam! Ad hunc finem vitam tribuisti mihi, fac ut eam operibus gloriae tuae omnino impendam. Non mereor beneficia, sed poenas; ideo deprecor te, ut punias me sicut vis, dummodo gratiam tuam non auferas a me. Sine mensura amasti me, o charitas infinita, o infinita Bonitas, sic amo et amabo te. O voluntas Dei! tu es amor meus. O Iesu mi! tu mortuus es pro me, utinam ego etiam mori possem pro te, et morte mea efficere ut omnes ament te. O bonitas infinita, et infinite amabilis! ego te maximi facio, et super omnia diligo te.

O Maria! trahe me ad Deum; da mihi fiduciam in te, et fac ut semper ad te confugiam; intercessione tua sanctum me reddere debes: ita spero.

Indulgentia *centum dierum* pro unaquaque ex praecedentibus S. Alphonsi Orationibus, si stata die recitetur (Resc. cit.).

Oratio ad B. V. Mariam

O Maria, Virgo et Mater sanctissima, ecce suscepi dilectissimum Filium tuum quem immaculato utero tuo concepisti, genuisti, lactasti, atque suavissimis amplexibus strinxisti. Ecce, cuius aspectu laetabaris, et omnibus deliciis replebaris, illum ipsum tibi humiliter et amanter repraesento, et offero tuis brachiis constringendum, tuo corde amandum sanctissimaeque Trinitati in supremum latriae cultum pro tui ipsius honore et gloria, et pro meis, totiusque mundi necessitatibus offerendum. Rogo ergo te,

piissima Mater, impetra mihi veniam omnium peccatorum meorum, uberemque gratiam ipsi deinceps fidelius serviendi, ac denique gratiam finalem, ut eum tecum laudare possim per omnia saeculorum. Amen

Implorat idem humilis orator, ut quilibet Sacerdos qui quotidie unius mensis spatio, omnes et singulas preces et orationes praedictas recitaverit, Plenariam Indulgentiam, semel in eodem mense, die ad arbitrium eligenda, consequi valeat.

Ut de Gratia, etc.

SSmus Dnus Noster Leo Papa XIII. in audentia habita die 20 decembris 1884 ab infrascripto Secretario Sac. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, benigne annuit pro gratia in omnibus, iuxta preces. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Datum Romae ex Secretaria eiusdem Sac. Congregationis die 20 Decembris 1884.

Al Card. OREGLIA a S. STEPHANO
Praefectus

Franciscus Della Volpe *Secretarius*

ACTA ORDINIS

MONITUM RVMI. P. GENERALIS

P. Generalis Ordinis, circa finem hujus mensis, profecturus est ad quasdam visitandas Missiones Orientis nostratibus commissas, speciatim Smirnensem et Philippopolitanam, illamque visitationem omnium Fratrum precibus commendat.

Illo absente, Rmus. P. Procurator Generalis, ad tramites Constitutionum Ordinis, Commissarii Generalis munus adimplebit.

Datum, die 20 Augusti 1885.

F. Bernardus ab Andermatt
Min. Gen. Cap.

XXVII. CAPITULUM PROVINCIAE GALICIANAE

celebratum in Conventu Rozwadoviensi die 3 Junii 1885

—

ELECTI

Minister Provincialis: **A. R. P. Laurentius a Vet. Sandec.**

1. Definitor A. R. P. Leo a Cracovia.
2. » » » » Felix a Glogów.
3. » » » » Vincentius a Grodzisko
4. » » » » Florianus a Hacrow.

1. Cust. Gen. » » » Ioachim a Katowice.
2. » » » » Adalbertus a Krosno.

XXVIII. CAPITULUM PROVINCIAE CROATIAE

celebratum Fluminis die 18 Junii 1885.

—

ELECTI

Minister Provincialis: **A. R. P. Augustinus a Sta. Maria.**

1. Definitor A. R. P. Aloisius a Toplica.
2. » » » » Ioannes Capistranus a Sto. Thoma.

I. Cust. Gen. » » » Aloysius a Toplica.
2. » » » » Hiacinthus a Varasdino.

XXIX CAPITULUM PROVINCIAE PARISIENSIS

celebratum in Conventu S. Bonaventurae Parisiis die 3 Iulii 1885.

—

ELECTI

Minister Provincialis: **A. R. P. Arsenius a Castello.**

1. Definitor A.R.P. Timotheus a Puyloubier
2. » » » » Ubaldus a Chanday.
3. » » » » Prosper a Martigné.
4. » » » » Chrysostomus a Lugduno

1. Cust. Gen. » » » Ioannes Ioseph a Marlhes
2. » » » » Stanislaus a Massiliis.

FRAGMENTA SERAPHICA

MINORES CAPUCCINI

IN

ALMA DOMO LAURETANA

V (1)

Iam narravi (2) quot munera fuerint collata Capuccinis in Alma Domo Lauretana, Scipione Borghesio Cardinali Nepote eiusdem Almae Domus Protectore (anno 1620-1621) (3); et quomodo Capuccinos ea suscepisse obedientia ductos.

Pauca tunc de hac re documenta retuli, quia cetera mihi ignota erant, quae cum postea Romae invenerim in Archivio generali nostri conventus Immaculatae Conceptionis, nunc pretium operis puto ea ordine chronologico prodere. Et in primis producam fragmentum cuiusdam epistolae quam Illmus. ac Remus. Marcellus Pignatelli (4) Episcopus Esinus, ac Almae Domus Lauretanae visitator et gubernator, scripsit Laureti die secunda Iulii 1620 ad Eminentissimum Borghesium Cardinalem Nepotem (5). Secundo proferam litteras quas pariter super hoc negotium, P. Ioannes Baptista a Pisauro nostri Conventus Lauretani tunc Superior, quique cum supradicto Episcopo Esino consenserat, misit ad Revmum. Patrem Hieronimum a Castro-feretto-rum totius nostri Ordinis Procurato-rem (6).

(1) Vide Anal. Fas. VIII Pag. 239

(2) Vid. Anal. Fasc. III pag. 81 et pag 139.

(3) Non pigeat si hic adnotemus nomina Capulatorum, qui Laureti obierunt a constitutione illius religiosae Familiae, idest ab anno 1611 usque ad annum 1621 inclusive: et sunt sequentia: P. Joannes Franciscus a Monte Baroccio Sac. (1611); P. Hieronimus a Camerino Sac. (1612) Fr. Egidius a Bergomo Laicus (1614); F. Gregorius a Firmo Cler. (1615), F. Angelus a Montesancto Laicus (1615) P. Ludovicus a Montelupone Sac. (1617), P. Nicolaus a Florentia Magister Novitiorum et Missionarius Sac. 1618), F. Stephanus a Tipa Laicus (1620), P. Andreas a Cupra Marittima Sacerdos sancte vitae (1621).

P. Petrus a Saltaria Sac. qui sanctitate claruit et in ejciendis daemonibus fuit insignis: quem contra consuetudinem, Canonici, ad testandum quanti illum existimarent et venerarentur, in Basilica voluere sepultum prope altare Sancti Patriarchae nostri Francisci (1621) De sepulcro Capuccinorum in Basilica Lauretana dicam alibi.

(4) Marcellus Pignatellius natus Romae, oriundus e Perusia, de religiosa Familia Teatinorum, sedem Esinam tenuit ab anno 1607-1621.

(5) En fragmentum Epistolae, — Il medesimo tinello (Refettorio) vien servito da scalco, sottoscalco e garzone secolare con poca carità ed esempio. Sono quà i Cappuccini, che come non possono aver Chiesa così non hanno l'occupazione di coro, si è andato pensando di levare da detto tinello lo scalco, sottoscalco e lasciandoci il garzone solo, in luogo de' sud. appoggiare questo servizio ai detti Cappuccini.

Si dispensa da questa Santa Casa ogni giorno l'elemosina per mano di un dispensiero secolare, e nei conti ogni fraude si può senza rimedio appoggiare a detta elemosina; questo carico ancora saria necessario darlo ai detti Cappuccini, come ancora il servizio dell'Hospitale. Santa Casa ad ogni modo per la maggior parte del tempo spesa li Cappuccini i quali così haveranno occasione di meritare, ne risulterà servizio di Dio benedetto edificazione a tutti e risparmio a Santa Casa.

Ne ho motivato al P. Guardiano, che vi ha mostrato inclinazione. V. S. Illma, se così giudicherà espediente, ne potrà far trattare col P. Procuratore di Corte e farne capitare l'ordine risoluto.

(6) En litterae, missae, a P. Ioanne Baptista a Pisauro Capno. Guardiano Laureti ad Rmum Patrem Procuratorem Generalem Ordinis Cappuccinorum.

Foris

Al M. R. P. nel Signore
Procuratore Gen. de Pad. Cappuccini
ROMA

A' Capuccini

DE TERTIO S. P. F. ORDINE
EPISTOLA PASTORALIS
Remigii Pacini Episcopi Liburnensis

Venerabili Clero et Populo Dilectissimo salutem in Domino.

Cum hoc anno exeunte septimum saeculum compleatur, ex quo S. Franciscus Assisias in lucem editus est, Clerus Populusque liburnensis merito laetabundi parant festos agere dies in honorem

---

Intus

Molto Rev. Padre

Due giorni sono discorrendo con M. S. Illmo Pignatelli Visitatore e riformatore delle cose di S. Casa mostrò con particclare affetto di essere molto soddisfatto della nostra Religione per avere (cred'io) veduto nel rendere de' conti, con quanta sincerità e disinteresse si sia caminato, si nel servizio della s. Casa, com' anco nel pigliare il necessario della s. Casa per nostro bisogno. Onde mi conferì che havea determinato di appoggiare taluni offici di somma carità alla nostra Religione. In primo vorrebbe che nel tinello (Refettorio) de Religiosi oltramontani fossero sopraintendenti i Padri nostri, e ricevessero essi Religiosi con carità, havendo cura che dagli officiali fossero governati delicatamente, e che con religiosa magnificentia fosse trattato quel luogo con lettioni, benedittioni, rendimenti di grazie etc.

Il secondo che havessero la stessa sopraintendenza all'ospedale de' poveri infermi; acciò fossero trattati con somma carità et non fossero defraudati del necessario loro da suoi officiali. Per lo che assistessero alle lemosine indifferenti, che si fanno alla dispensa contigua al nostro luogo, acciò non fossero o rubate o non date ai poveri.

Risposi a S. Signoria Illma ringraziandola dell'affetto e confidenza che ci mostrava : ma che essendo questa cosa nuova nella nostra Congregatione, ne poteva far parola coi nostri superiori Maggiori, et essi prudentemente haverebbero determinato, e risoluto il tutto.

Ma poichè credo che V P. M. R. sarà ricercata di ciò dall'Illmo Protettore, perciò mi è parso bene prevenire con questa mia tal negozio avvisandola solo di quanto posso per semplice informatione.

Gli offici sono per loro stessi pii e di molta charità.

Credo che ci accrescerebbero reputatione, stante che senza interesse alcuno ci veniamo in un certo modo ad impossessarci in questo Ss. Luogo senza che lo ricerchiamo.

Si arrecherebbe utile e reputatione a questo Ss. Luogo stante che gratis et amore si servirebbe, e così si sparagnerebbe assai a S. Casa e poi il tutto si farebbe con quel decoro religioso che si ricerca in tanto luogo.

Si darebbe sommo gusto a questi che ci favoriscono, i quali tengono sicurissimamente per essere queste opere di ospitalità che la Religione non sia per farsi in dietro.

Si puol far tutto ciò senza augmento di Famiglia poichè al Refettorio il Guardiano pro tempore sarà bastante. All'Ospedale un Laico infermiere con il compagno suplirà d' avvantaggio, per l' elemosina poi l'istesso portinaro sarà sufficiente. Di sorte che con un paro di frati di più si fanno questi servizj.

Gl'inconvenienti sono di poco momento: poichè al tinello non ne è altro che ricevendosi tante sorti di Religiosi, non si potendo dare a tutti eguale soddisfazione ci verremmo a concitare molti ad odio. Questo mi pare dico di poco momento, poichè non toccherà a noi nè a partire nè a minestrare : ma solo a vedere che ognuno habbi il suo dovere.

L'elemosina potrebbe cagionare inquietudini per la moltitudine indifferente e per la diversità di uomini e donne: ma a questa inquietudine si rimedia con un poco di patientia e cogli ordini buoni. Vi è l' Ospedale nel quale stanno anche donne inferme : e questo potrebbe forse portare qualche pericolo : ma questo si leverebbe ancora, perchè non si avendo i frati da intricare in ministrare siroppi, nè medicine nè tampoco in fare nessun'altra attione intorno a quelle: ma solo con una passata ordinare il tutto si potrà anco schivare ogni pericolo.

Concludo che non avendosi i frati da ingerire nè in tener conti nè tampoco in farli, nè in ministrare ; ma solo in haver l' occhio

huius pauperum ordinum Archimandritae, cui maius nostrae urbis templum veluti patrono dicatum est; sed et Franciscanae Familiae in hac civitate consociatae prope suo iure impensius id ipsum moliuntur. Optantibus ergo Nobis ad hanc laetitiam propius accedere, nihil potius ac fructuosius in mentem occurrit, quam cohortari Vos, venerabiles Parochi, et quocumque nomine Nostri in ministerio cooperatores, ut Tertium Franciscanorum Ordinem a poenitentia nuncupatum latius propagetis ac foveatis.

Cum enim complures sancti viri, ac summa praediti auctoritate, in quibus non est praetereundus immortalis Pius P. P. IX f. m. censuerint, per hunc gravissimis malis, quibus hominum societas afflictatur, prospici posse Nobis, quidem magna spes est, fore ut arbor haec, in Ecclesiae agro iamdudum, consita, dum sedulo ac naviter excolatur, fructus uberrimos afferat; nempe per eam Fides solidetur, Charitas reviviscat, opera beneficentiae augeantur, et Fideles in Schola divinae Sapientiae instituti facilius cavere valeant insidias, quibus hostes christiani nominis hodiedum, veluti coniurati, a sinu Ecclesiae ac Romani Pontificis obedientia eos avertere ac deterrere conantur. Absit Nobis eam mentem esse, ut, contra ac tempora exposcunt, mundus in monasticam disciplinam iterum redigatur. Paupertatis assertor, Deo hominibusque dilectus, Franciscus Assisias, Tertium Ordinem instituendo nihil aliud spectavit, quam ut bonis fervidisque christianis mundus confertus esset; qui, ubi aestus factionum tunc temporis invalescentium deferbuisset, se invicem ut in Christo fratres amplexarentur, atque animos devincirent in obsequium legitimae cuiusque potestatis, maximeque Summi Pontificis, cuius auctoritas in decus ac salutem orbis catholici, et praesertim Italiae nostrae, redundat.

At (dicet aliquis) ab aetate Assisiatis nostra longissime distat: iamque factionum illarum nomina demortua sunt. Vtinam haec vera sint, nec nostri in partes discissi sibi invicem adversentur! Discissi quidem ratione Religionis eo usque, ut non desint vel inter baptismate tinctos, qui atheismum saltem actu profiteantur: discissi ratione politices, quando in eadem domo tot numerentur de rerum gubernatione sententiae quot capita: discissi moribus, quando effracta est rebus illa animorum coniunctio ex catholicae professionis officiis potissime coalescens. Quid enim Christiano cum scenicis ludis inverecundis, intempestis solatiis, ganeis, comessationibus, immodico luxu, ceterisque supra facultates impendiis? Quid catholico cum etnicis moribus, ad quorum normam funera, ut aiunt, civilia passim iactantur?

Revertamur FF. et FF. DD. ad veterem simplicitatem, pietatem, modestiam, eaque, ut ait Paulus, nota sit omnibus hominibus. Maiores nostri in privata re parcos, in publica magnificos fuisse sacra et profana monumenta testantur. Ea quae a veteribus tradita sunt religiose retineamus, eaque deseramus, quae ad nos levis opinio servili imitatione traduxit. Denique ut ad rem revertamur,

---

come ho detto di sopra; che sia fatto il servitio di S. Casa ; et questo potendosi fare senza augmento di Famiglia tutto sia per essere di somma nostra lode. Ma poichè questa è semplice relazione, lascerò il tutto ponderare alla P. S: accennandole solo questo per ultimo, che disse Monsignore che sentirebbe grandissimo gusto se gli desse soddisfattione in questo: come per il contrario haverebbe dispiacere notabile se la religione rifiutasse di abbracciare quest'incarichi di somma ospitalità et sommo servitio di S. Casa. Il Signore la conservi e mi perdoni la lunghezza. — Dalla S. Casa a dì 2 Luglio 1620.

D. V. P. M. R. Figlio che l'ama di cuore
F. Giambattista da Pesaro

ineatur ea vetus vivendi ratio, quam Tertius Franciscanus Ordo fere totam complectitur. Nemo aversetur, nemo contemptui habeat opus a Sancto nostrate institutum, cui principes, docti, ac literati viri semper favere, quodque cuiusvis gradus et conditionis homines in suum sinum excepit. Nemo difficultatibus, praeconceptisque opinionibus deterreri se sinat, quominus huic saluberrimae consociationi det nomen, quasi monasticae vitae se addicere oporteat.

Tertiarius enim hujusmodi nil aliud oneris sibi sumit, quam ut Dei et Ecclesiae praecepta diligenter observet, eaque exequatur, quae ad aeternam salutem facilius conducere possunt. Huius ergo Ordinis late propagata professio, Deo adiuvante, pacem, tranquillitatem, concordiam, omniumque virtutum copiosam frugem perturbatae civium societati est allatura.

Quare, omnes quicumque pastoralis ministeriis munus Nobiscum exercent, Fideles eorum curae commissos hortentur et adiuvent, ut huic Tertiariorum S. Francisci societati se adscribant, quippe pacem et misericordiam, uti scriptum est, a Christo Domino consecuturi, dummodo fideliter S. Intitutoris vestigiis insistant. « Quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos et misericordia. »

Datum Liburni, die VIII Septembris A. D. MDCCCLXXXII

REMIGIUS EPISCOPUS

DE CORONA PARVA IMMAC. CONC.

Epistola P. Bonaventurae a Ferraria, Provinciae Bononiensis, qui primus modum recitandi Coronciolam docuerat, ad R. P. Pelegrinum a Forlì brevi tempore ante ipsius mortem directa.

Reverendissime Pater.

Pater Provincialis, Venerabilis et dignus meus Superior, obsecundans litteris P. V. Reverendissimae, mihi mandavit, ut indicarem omnia, quae ad Coroncinam Immaculatae Conceptionis praecelsae V. Mariae Deiparae pertinent. Ecce ideo tibi dicam omnia, quae in veritate dicere possum. Haec benedicta Coroncina mihi inspirata fuit ab Ipsa purissima Virgine, sine meis meritis, imo multis meis demeritis, et ad effectum quidem, ut per oraculum infallibile Vicarii Jesu Christi Dogma Fidei mox pronuntiaretur, Virginem M. a primo instante praeservatam fuisse ob speciale Privilegium per singularem gratiam Dei infinite Sancti et omnipotentis a labe Originali ad maiorem eius Matris gloriam. Ad hunc finem assequendum humiles et devotas litteras, annexa praedicta Coroncina jam formata, direxi ad Eminentissimum Dominum Cardinalem Lambruschini qui tunc temporis Secretarius Status fuit, eum deprecans, ut in honorem et amorem Mariae sine labe conceptae a Summo Pontifice Gregorio XVI gratiam approbationis ejusdem et Indulgentias implorare dignaretur. Praelaudatus Cardinalis statim per veneratam epistolam suam responsum mihi dedit, Sanctum Patrem approbare et laudare hanc eximiam praxim honorandi Virginem Mariam, non autem opportune aestimare, ut jam nunc requisitae Indulgentiae concedantur, additis insuper sequentibus verbis: Non prohibet hanc salutarem devotionem divulgare, si cum Episcopis locorum, ubi exercetur vel exerceri poterit conveneris, ut ipsi illam benedicant et Indulgentiis decorent. Post haec, quia in Conventu Ferrariae morabar, locutus sum cum Eminentissimo Domino Cardinali et Archiepiscopo illius civitatis, Em. Cadolini, qui quam lubentissime Coroncinam excepit, illam benedixit et Indulgentiis ditavit. Ex hoc facto evidenter cognovi, Purissimae Virginis voluntatem esse, ut haec benedicta methodus devotionis sine induciis in universo mundo introduceretur.

Quare voce et scriptis transmisi litteras Eminentissimis Dominis Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis, Principibus et Principissis, prae coeteris Reginae Franciae et Imperatrici Austriae, ut auctoritate et potentia sua divulgarent Coroncinam Immaculatae. Et omnes dignati sunt responsum ad me dirigere, ego vero has litteras combussi, ne remaneret memoria de me indignissimo. Hoc modo brevi tempore diffusa fuit per omnes partes Universi Coroncina Immaculatae in honorem Dei et Virginis Ejus benedictae Matris. Quoad Indulgentias a Pio P. P. IX. concessas, nullum documentum habeo, et nonnisi in « Raccolta delle S. Indulgenze » Romae 1877 tipis impressa inveni, quod supralaudatus Magnus Pontifex cum Brevi diei 22. Junii 1855 omnibus fidelibus, qui per integrum mensem hanc Coroncinam corde contrito et devote recitaverint, Indulgentiam Plenariam concesserat in illo die lucrandam, quo vere contriti et confessi Ss. Eucharistiae Sacramentum sumpserint, Indulgentiam vero 300 dierum pro qualibet recitatione corde contrito et devote peracta. Hisce finem facio meis verbis, et rogo P. V. Reverendissimam, ut me meosque errores excusatos habeat, osculor ejus manus etc.

Bastiae die 4 Dec. 1882.

Humillimus et devotissimus Servus
Fr. Bonaventura *Capucinus.*

MISSIONES

« MESSIS QUIDEM MULTA: OPERARII AUTEM PAUCI. »

Sicut olim alimenta Ægyptii in extrema annonae caritate, et aquam filii Israel in deserto prae siti arefacti, maximo clamore petebant, ita hodiedum ex omni parte Superiores Missionum nostrarum clamitant, de penuria Missionariorum se conquaerentes, atque novos operarios postulantes.

Enimvero, ex paucis Missionariis, qui in vastissimis Indiarum regionibus insudant, quidam laboribus et infirmitatibus, quidam vero senio fracti sunt; atque RRmi Vicarii Apostolici, imo ipsa S. C. de Propaganda Fide urgentissime petunt sex Missionarios pro Patna, sex pro Punjab, et novem pro Agra. Missiones etiam quae apud Gallas, quae in Brasiliis, et quae apud Chilenses existunt, vident numerum Missionariorum in dies deficere, nec habentur, qui eorum locum occupent. In Missione Tunetana jam inveniuntur aliquae stationes sine Missionario. Praefecti Syriae et Ciliciae, et Trapezi indigent quatuor Missionariis, qui vita functis succedant, vel actionem augeant. Alios quoque petunt pro Aden, pro Assab, pro Candia, pro Insulis Ioniis, pro Rhetia et Mesolcina, ita ut vel quinquaginta novi Missionarii haud sufficerent pro necessitate praesenti. Nec praetereundum est, mense Maio praeterito, viginti octo Paroecias Rheticae Missionis misisse ad Ministrum Generalem *Album* continens 1458 subscriptiones fidelium, et praeferens hanc inscriptionem auro confectam. — *Parvuli petentes Patres, qui panem eis frangant.* —

Huc accedit, quod permulti Missionarii, qui ex viginti vel triginta et amplius annis portant pondus diei et aestus, cum vires suas impares sentiant laboribus, ac innumeris fere incommodis et privationibus Missionum ulterius sustinendis, enixe petunt, ut quamprimum exonerentur, eisque concedatur quies et tempus ad diem supremum in sua Provincia se praeparandi. Igitur dum bellum magis fervet, et inimici Dei magis insolescunt, copiae deficiunt.

Eja, milites Christi, vos laboribus et meritis onustos esse, probe scimus, ac justitia distributiva poscit, ut alii in vestrum laborem et locum introeant. Ve-

rum, ubinam sunt novi milites, qui vobis succedant? Quisnam, nisi solus Deus, de lapidibus potest suscitare filios Abrahae? Heu! aruerunt ossa nostra. Ob temporum enim iniquitatem Ordinis vires pene exaustae sunt, ac in praesenti nullum patet effugium, nisi ut Superiores Missionum tractent cum Ministro Generali de reductione aliquarum stationum, quae non sunt inter infideles, atque Missionarii qui adhuc aliquo modo inservire possunt, in Missione maneant.

Meminerint, quaeso, nobilis ac generosi sacrificii, quo se Missionibus mancipaprunt, cum Missiones non adeo gravibus, premerentur necessitatibus. Nunc autem, cum in extrema versentur angustia, in illis manentes, magis meritorium sacrificium complebunt, aptioresque evadent ad accipiendam coronam justitiae, quam justus Iudex reddet servis suis, qui usque ad mortem vigilant certantes bonum certamen. Ecquisnam velit castra deserere, cum majus urget certamen? Urget enim conservatio stationum magno labore erectarum. Urget educationis neophitorum continuatio, qui si derelicti fuerint, ad idololatriam redibunt. Urget denique stricta ratio, quam Deo reddere debemus de profectu Missionum, vel de illarum jactura, si culpa nostra accidat. Sciant ergo Missionari, veri milites Christi et gloria Ordinis, in his rerum adjunctis, nemini licentiam redeundi concedi, nisi ob gravem infirmitatem, vel indignitatem.

Mereamur igitur quietem in aeterna Dei visione, atque contendamus, ut Iudex, qui ad januam stat, nos inveniat dimicantes contra diabolum et saeculi vitia, gloriamque Dei procurantes, et salutem animarum. Et interim Dominum mistici agri incessanter rogemus, ut qui fidem in universum mundum vult praedicari omni creaturae, suscitet quoque apostolicos viros, qui innumerabiles populos adhuc in infidelitate detentos ad agnitionem et amorem sui Nominis perducant.

Hinc, si quid vitae, si quid virium in Provinciis Ordinis adhuc superest, exurgant, qui spiritum emulentur Seraphici Patris Francisci, Sanctorum Iosephi a Leonissa, Fidelis a Sygmaringa, Laurentii a Brundusio, et magni agminis coeterorum fratrum nostrorum, qui signum salutis praetio vitae suae, et in pignus suae praedestinationis apud barbaras gentes intulerunt: ostendantque Ecclesiae et mundo, filios Seraphici Patris, et fratres Sanctorum adhuc vivere, et ad ingentia facienda promptos.

Sciant quoque Provinciarum Moderatores, specialem divini Redemptoris, et S. P. Francisci benedictionem merituras Provincias, quae ad mundi conversionem efficaciter concurrunt, coeteras vero in praeceps ituras.

ELECTIO PRAEFECTI PERNAMBUCI

IN BRASILIIS

AUCTORITATE S. CONGR. ET ORDINIS FACTA

DECRETUM

S. Congregationis de Propaganda Fide.

Referente infrascripto S. C. de Propag. Fide Secretario, Sacra Congregatio Praefectum Missionum Pernambuci in imperio Brasiliano ad suum beneplacitum declaravit R. Presbyterum P. Cajetanum a Messana Ord. Min. Capuccinor. cum auctoritate ea exercendi, quae ad earumdem Missionum regimen pertinent ad praescriptum decretorum S. Cong. et facultatum eidem concessarum, et non alias nec alio modo.

Datum Romae ex aedibus dictae S. Congr. die 21 Iunii 1885.

IOANNES Card. SIMEONI *Praefectus.*

Loco ✠ Sigilli

D. ARCHIEP. TYREN. *Secretarius.*

RELATIONES MISSIONUM

MESOPOTAMIAE

Summarium. — Incipit aedificatio novae Ecclesiae sub titulo *Divinae Pastorae*. — Ob oppositionem turcarum et acatholicorum suspenditur. — Reassumitur faventibus inimicis. — Supersedet ob pecuniae defectum. — Implorantur benefactorum subsidia. — Nulla Ecclesia aut schola erigi potest absque decreto Sultani. — Anecdotum curiosum. — Opera Fratrum.

Mardin 12 Gennaio 1885.

Sono circa 17 anni che mi trovo in questa Missione, e dal primo giorno del mio arrivo Mons. Castells, allora Delegato Apostolico e nostro Prefetto, mi incaricò della costruzione della Chiesa in Mardin: ma non appena fu cominciato l'edificio che turchi ed acattolici principiarono un accanita opposizione, e furono tali e tante le tergiversazioni, che fummo obbligati a sospendere ogni lavoro fino al principio dell'anno scorso. In questo frattempo Iddio ci ha dato la grazia, e ci ha prestato i mezzi di cattivarci la benevolenza degli oppositori.

Incoraggiato dall'attiva prudenza del nostro attuale Prefetto M. R. P. Giannantonio da Milano, ne ripresi la costruzione nel Marzo del passato anno, ed al fine di Ottobre ebbi la consolazione di terminare l'esterno dell'edifizio, e collocare sopra la cupola una Croce alta più di due metri.

Per mancanza di mezzi pecuniarii ho dovuto sospendere i lavori interni, aspettando, che la carità dei benefattori mi somministri i mezzi. Infatti ho posto in esecuzione il consiglio del Redentore — *petite,* — attendendo pazientemente la risposta — *et accipietis,* — per aver la seconda consolazione di aprire al culto divino il nuovo tempio in onore della SSma Vergine sotto il titolo dolcissimo della *Divina Pastora,* la quale raccoglierà nell'ovile del suo divin figlio tante anime che attualmente errano fra le tenebre dello scisma e dell'eresia.

È legge dell'impero turco, che non si possano costruire nè Chiese nè scuole senza uno speciale *firmano* (decreto) del Sultano (1). In Mardin però abbiamo fabbricato, prima le scuole e poi la Chiesa senza chiedere nessun permesso ma col solo tacito consenso dell'autorità locale, di cui nel tempo della fabbrica ora l'uno ora l'altro veniva a visitare, e a congratularsi con noi. E per darle un idea della deferenza di questi musulmani verso di noi Missionari cattolici voglio raccontarle un piccolo aneddoto.

Finiti i lavori esterni della Chiesa venne a farci visita il *Rais Baladja* (Sindaco), e il primo che incontrò fu il nostro Fr. Salvatore da Regalbuto, che è molto amato da tutti i Mardinesi pei servigi che loro rende con la medicina. In quel momento entrava da me il capo dei muratori, e il *Rais* nel vederlo disse a Fr. Salvatore: Si vede, che quello va dal P. Giambattista a prendere la mercede del suo lavoro: anderò anche io a farmi dare la mia paga. Che dite? Rispose l'altro: Il P. Giambattista ha fatto fallimento, e non può finire la Chiesa: Se voi avete moneta, prestategliela, e gli farete un gran piacere. Volentieri, soggiunse il *Rais;* tutto quello che volete. Quindi venne da me; e mi disse: Ho udito, che vi manca la moneta per finire la Chiesa: vi presto io cento, o duecento lire (più di 4000 f.) senza alcun interesse, e da restituirle quando l'avrete. — Ringraziai la cortese e benevola offerta del *Rais,* e per non caricarmi di debiti non l'accettai. — Passati due giorni mi si presentò il cassiere comunale con l'incarico del *Rais* di darmi cento lire, ed

(1) Dopo la pubblicazione della Costituzione, e della libertà dei culti, tal legge che rimonta al duodecimo secolo, è legalmente abolita (N. A.)

anche di più, se le voleva. Ma per lo stesso motivo non le accettai, sperando che la divina provvidenza venga in mio soccorso, per aver la sorte di condurre a termine questo monumento ad onore della nostra Missione, trionfo della nostra santa Religione cattolica, e a gloria di Dio.

Così è, che per sedici anni sono stati i nostri nemici che facevano ostacolo all'esecuzione di quest'opera; ed ora che questi sono fatti nostri amici, ci mancano i mezzi per portarla a compimento. Ma ci consola, che i nemici non trionferanno.

FR. GIAMBATTISTA DA CASTROGIOVANNI
Miss.° Ap.° Cappuccino

PERNAMBUCUM.

SUMMARIUM — Labores Missionariorum nostrorum sunt Ordini ignoti. — Missio in pago *Pappacassa*. — Fundatio Orphanotrophii *Dominae Boni Consilii* pro puellis. — Committitur Sororibus Tertii Ordinis. — Constitutio patrimonii. — Aedificatio novae domus. — Octoginta puellae ibi educantur, atque aliae quinquaginta externae instruuntur.

Praeclarissima in Brasiliis opera a Confratribus nostri patrata, quis narrare sufficiat? Licet enim innumerae Ecclesiae ac Cemeteria undèquaque excitata, et vera fides in vastissimas illas regiones invecta et conservata; pagi et villae, quae postea ad civitatum honorem evectae fuerunt, apud indigenas sylvestres fundatae; magna aquaria in locis aridis alte defossa, et viae pubblicae inter saeculares sylvas apertae, per se loquantur; attamen paucissima litteris mandata sunt, coeteraque ab hominum memoria exciderunt. Ordo autem noster illa penitus ignorat, sicut et praeclara aliarum Missionum opera, ita ut multi ex nostris sibi persuadeant, fere nihil a nostris Missionariis fieri: propter quod divinam inspirationem eundi ad Missiones rejiciunt, ne otio se addicant! Certum est quidem ineptos, ac Spiritu Dei destitutos, obstacula potius, quam incrementa Missionibus promovere: sed veri Missionarii, qui amant Christum pauperem et crucifixum Apostolorum magnalia renovant; ut quibusdam recentioribus argumentis probabimus.

1.° Collegium Dominae Boni Consilii. —

Anno 1853, Adm. Rev. P. Cajetanus a Messana tunc temporis Praefectus Pernambuci, peragrabat illam vastissimam Dioecesim praedicans regnum Dei; et ad quoddam locum appulit, qui dicitur *Pappacassa*, cujus incolae corruptissimi erant, nec ullum religionis signum habebant. Ibi sacras Missiones magno cum fructu praedicavit: sed ut bonum, quod Deus operatus erat in eis, conservaretur, ac in dies proficeret, cogitationem suam vertit praesertim ad institutionem juventutis, et instituendum statuit Orphanatrophium puellarum pauperum, ut religionem atque officia domestica apprime addiscerent ad Matresfamilias necessaria.

Verum, ubinam invenire poterat media quae ad opus requirebantur, cum ipsi agendum esset cum populo vitioso et paupere?.... Penitus in Domino confisus, magnae multitudini, quae ad illum audiendum convenerat, cogitatum suum exposuit; et ex tempore omnes ejus proposito accesserunt. Et P. Cajetanus illico locum selegit, et coram populo fundamenta Ecclesiae delineavit sub invocatione — Dominae Boni Consilii — habentis triginta tres metros longitudinis, et novem latitudinis, atque domus pro puellis. Deinde laborem sine mora distribuit; aliis lignorum, aliisve laterum praeparationem, et aliis ut terram foderent circa locum, committens. Omnes magno fervore opus peragentes in poenitentiam scelerum suorum, mense quarto nondum elapso, Ecclesia et domus in promptu erant: et Ecclesia divino cultui solemniter dicata fuit, plaudente universo

populo, qui valde laetabatur, monumentum erexisse suae conversionis, et foederis Dei cum illo.

Vir apostolicus invenit etiam quasdam honestas mulieres, quae habitum Tertii Ordinis S. P. Francisci laetae susceperunt, instructionemque puellarum; quae tamen in principio paucae fuerunt ob defectum alimentorum. Sed opus jam plantaverat, et Deus incrementum dedit. Ut autem proficeret, posuit illud sub immediata potestate et protectione Praefecti Pernambuci, qui usque hodie destinavit Missionarium ad ejus gubernationem spiritualem et temporalem. Obtinuit quoque pro ejusmodi Collegio participationem omnium bonorum et privilegiorum, quibus gaudent coeterae domus Ordinis S. Francisci. Pro sustentatione vero puellarum et magistrarum parvum patrimonium instituit; nec non annuum subsidium a gubernio, aliasque eleemosynas a benefactoribus assecutus est.

Elapsis vero viginti annis, illa domus aedificata in fervore populi e lignis terra coagmentatis, jam jam labi videbatur, et puellae expositae erant, vel ad moriendum sub ruinis, vel ad mundi pericula, antequam illarum instructio perficeretur, revertendum. Sed P. Venantius a Ferraria, tunc Pernambuci Praefectus, mandavit Missionario administratori ut novam domum aedificaret, non ex terra et lignis, sed lateribus et coemento. Itaque P. Alphonsus a Bononia opus incoepit, quodque prosequuti sunt P. Ioseph a Bononia, P. Cajetanus a Messana, nepos illustris fundatoris, et P. Clemens a Leonissa, qui domum nunc regit, illamque fere complevit.

Octoginta puellae pauperes nunc in ejusmodi Collegio, religionem, litteras, omniaque opera domestica, et suae conditionis propria, addiscunt. Ac insuper schola externa et gratuita, sub directione ipsarum sororum Tertii Ordinis, aliis quinquaginta puellis quotidie patet. Nec praetereundum, Collegium hoc, optimas materesfamilias et scholarum magistras, atque solertes domorum servientes, in signum divinae benedictionis dedisse, praeter pubblicos mores in melius mutatos. Ejusmodi vero beneficia, illi tantum possunt aequiter aestimare, qui Brasiliensium statum et necessitates noscunt.

(*Continuat.*)

MISCELLANEA

RVMUS. AC ILLMUS. DD. DOMINICUS RAYNAUDI jam Vicarius Apostolicus Sophiae et Philippopolis, praefatum munus, ob gravis aetatis infirmitates, sponte dimisit. Quem SSmus D. N. Leo PP. XIII, in ultimo Concistorio, in peculiare existimationis de ipsius praeclare gestis testimonium, Archiepiscopali dignitate insignivit, sedemque praefixit titularem Stauropolitanam (Prov. Cariae) quam per duos circiter annos tenuit Emus. Card. Massaja.

RMUS. AC ILLMUS. ROBERTUS MENNINI, praelaudati Archiepiscopi jam Coadjutor et nunc successor, ad sedem archiepiscopalem Gangrensis (in Paphlagonia) promotus est.

FRANCISCUS XAVERIUS AB ILMIMONASTERIO (RVMUS. P.) Definitor Generalis, ad Nostrates e Provinciis Galitiana et Bohemo - Morava, tanquam Visitator Generalis, demandatus est.

ARSENIUS A RUSSI, (A. R. P.) Ex-Provincialis Bononiensis Provinciae, idem munus (Visitatoris Generalis) pro Calaritana necnon Turritana Provincia adimplebit.

STATISTICA

(Continuatio)

XXI. STATUS PROVINCIAE HYDRUNTINAE (Otranto)

Iulio 1884

Provincia Hydruntina enumerabat 29 *Conventus quorum nomina, fundationis annus et Titulus Ecclesiae sunt:*

1. **Aletium** (*Lecce*) 1840. S. Nicolaus Ep.
2. **Alixanum** *(Alessano)* 1628. S. Ioseph Sponsus B. M. V.
3. **Brundusium** (*Brindisi*) 1588. Ss. Maria de Consolatione.
4. **Campum Salentinum** *(Campi Salentino)* 1703. Ss. Maria Carm.
5. **Casaranum** (*Casarano*) 1582. Immac. Concept. B. M. V.
6. **Cegliae** (*Ceglie*) 1570. Ss. Maria Angelor.
7. **Castellanetta** (*Castellaneta*) 1572. S. Rochus Conf. 3. Ord.
8. **Coriolanum** (*Corigliano*) 1587. S. Antonius Patav.
9. **Disum** (*Diso*) 1619. S. Franciscus Seraph.
10. **Francavilla** (*Francavilla*) 1560. Spiritus Sanctus.
11. **Galatina** (*Galatina*) 1570. Spiritus Sanct.
12. **Galatonum** *(Galatone)* 1599. S. Franciscus Seraph.
13. **Gallipolis** *(Gallipoli)* 1583. Invent. S. Cruc.
14. **Grottaglia** *(Grottaglie)* 1541. Ss. Maria Angelor.
15. **Hastunium** *(Ostuni)* 1586. Ss. Maria Angelor.
16. **Laterza** (*Laterza)* 1548 Ss. Maria Angelorum.
17. **Latianum** (*Latiano)* 1854. Ss. Maria Rosarii.
18. **Manduria** (*Manduria*) 1075. Praesent. B. M. V.
19. **Martina** *(Martina)* 1546 Assumpt. B.M.V.
20. **Massafra** *(Massafra)* 1584 Ss. Maria Angelorum.
21 **Mateola** (*Matera)* 1563. Ss. Trinitas.
22. **Mesapia** (*Mesagne*) 1563. Assumpt. B.M.V.
23. **Monsquamosus** (*Montescaglioso*) 1593. S. Antonius Patav.
24. **Neritum** (*Nardò*) 1569. Ss. Maria Angelor.
25. **Ruffanum** (*Ruffano*) 1621. Immac. Concept B. M. V.
26. **Salva** *(Salve)* 1580. S. Franciscus Seraph.
27. **Scorranum** *(Scorrano)* 1600. Ss. Maria Angelorum.
28. **Tarentum** (*Taranto*) 1539. Ss. Maria de Consol.
29. **Tricasum** (*Tricase*) 1588. Passio D. N. I. Ch.

NOTA. Omnes Conventus anno 1866 civiliter suppressi usque nunc clausi remanent excepto conventu *Scorrani* a Nostris iterum recuperato.

Status personalis Provinciae Hydruntinae.

Sacerdotes in Conventu	8
Laici	3
Sacerdotes extra Provinciae Conventus	87
Laici	33
Numerus summarius	131

XXII. STATUS PROVINCIAE IANUENSIS (Genova)

1. **Alaxium** * (*Alassio*) 1593. Immac. Concept.
2. **Arentianum** * (*Arenzano*) 1614. S. Ioan. Bapt.
3. **Campi** (*Campi*) 1621. S. Stigmat. S. P. N. Francisci.
4. **Clavarum** * (*Chiavari*) 1586. S. Crux.
5. **Degum** (*Dego*: *Hospitium*) » »
6. **Finarium** (*Finalmarina*) 1515. S. Franciscus Seraph.
7. **Ianua I.** (*Genova*) 1596. Immac. Concept.
8. » **II.** » 1224. S. Barnabas, Nostris hab: 1538.
9. » **III.** * « 1876. S. Bernardinus
10. » **IV.** (*Hospitale*) 1838. S. Annuntiatio B. M. V.
11. **V.** (*Hospitale Incur.*) 1530. S. Columbanus.
12. **VI.** *Coemeterium Hospitium* » »
13. **Ericis** * (*Lerici*) 1608. Immac. Concep. B. M. V.
14. **Lodanum I.** * (*Loano*) 1646. S. Antonius Patav.
15. » **II.** « 1872. Immac. Concept. Collegium Seraph.
16. **Monsrubeus** * (*Monterosso*) 1619. S. Franciscus Seraph.
17. **Novae Lig.** (*Novi Lig.*) 1590 S. Ioannes Bapt.
18. **Onelia** (*Oneglia*) 1803. S. Pantaleon M.
19. **Uvada** (*Ovada*) 1640. S. Franc. Seraph.

20. **Plebsteci** (*Pieve di Teco]* 1606. S. Franciscus Seraph.
21. **Ponsdecimus** (*Pontedecimo*) 1610. S. Antonius Patav.
22. **Portusmauritius** (*Portomaurizio*) 1642. S. Maria Magd.
23. **Quartum ad mare** (*Quarto al mare*) 1641. S. Maria Magd.
24. **Quilianum** (*Quiliano*) 1570. S. Maria Angelorum.
25. **S. Romulus** (*S. Remo*) 1878. 2ª vice 1881. S. Bernard. Abb.
26. **S. Margarita Lig.** (*S. Margherita Lig,*) 1609. S. Francis. Seraph.
27. **Sarzana** (*Sarzana*) 1572. S. Ioan. Bapt.
28. **Savona I.** (*Savona*) 1538. S. Ioseph.
29. » **II.** *Hospitale Incur.* (*Hospitium*) » »
30 **Sigestrum** (*Sestri Levante*) 1682. S. Franciscus Seraph.
31. **Sextum** (*Sestri Ponente*) 1588. S. Martin. Episcopus.
32. **Spedia** * (*Spezia*) » »
33. **Spoturnum** * *[Spotorno]* 1618. S. Maria Angelorum.
34. **Tabia** * [*Taggia*] 1610. S. Franciscus Seraph.
35. **Vorago** [*Varazze*] 1613. S. Franc. Seraph.
36. **Vultabium** [*Voltaggio]* 1603. S. Michael Arcang.
37. **Vulturium I.** [*Voltri S. Francesco]* 1624. S. Francis. Seraph.
38. „ **II.** [*S. Nicolò]* 1563. S. Nicolaus de Bari.

NOTULA * significat Conventus Anno 1866 suppressos et usque nunc clausos.

Status Personalis Provinciae Ianuensis

Sacerdotes	101
Studentes Theologiae . . .	10
Studentes Philosophiae . .	39
Clerici in professorio	39
Novitii	13
Laici	77
Tertiarii	13
Alumni Scholae Seraph. (varii).	

Numer. Summarius 271

Extra Provinciam

Romae in Curia Generalitia	Sacerdotes	1
	Laicus	1
In Corsica	Sacerdotes	2
In Missionibus	Sacerdotes	9
	Summatim	13
	Universi N.	284

XXIII. STATUS PROVINCIAE LUCANIAE (Basilicata)

Mense Julio 1885.

Provincia Lucaniae enumerabat ***Conventus 40,*** *quorum nomina et annus Fundationis sunt:*

1. **Abriola** (*Abriola]* 1610.
2. **Amalphia** (*Amalfi)* 1583.
3. **Camerota** (*Camerota*) 1602.
4. **Campania** (*Campagna*) * 1575.
5. **Castrum Saracenum** (*Castel Saraceno*) 1601.
6. **Centula** (*Centola*) 1614.
7. **Ebulum** (*Eboli*) * 1558.
8. **Ferrandina** (*Ferrandina*) * 1566–1615.
9. **Gifonium** (*Giffoni*) * 1584.
10. **Grottalis** (*Grottole*) 1601.
11. **Lacus niger I.** (*Lagonegro*) ad S. Franc. Ser. 1610–1842.
12. **Lacus niger II.** (*Lagonegro)* ad B. V. M. Angelor ** 1560.
13. **Lauria** [*Lauria*) * 1617.
14. **Lavellum** (*Lavello)* 1591.
15. **Maratea** (*Maratea*) 1634.
16. **Marsicum** (*Marsico*) 1602.
17. **Mons albanus** (*Montalbano*) 1593.
18. **Mons Corvinus** (*Montecorvino*) * 1584.
19. **Mons pilosus** (*Montepeloso*) 1570–1851.
20. **Mons sanus** (*Montesano*) 1590.
21. **Montechium** (*Monticchio*) 1608.
22. **Murus Lucanus** (*Muro Lucano)* 1587-1600.
23. **Perdifumum** (*Perdifumo*) 1617.
24. **Piaginium** (*Piaggine*) 1615.
25. **Picernum** [*Picerno*] 1618.
26. **Pignola** [*Pignola*] 1549-1591.
27. **Polla** [*Polla*] 1577.
28. **Potentia** (*Potenza*) 1570.
29. **Sala Consolina** [*Sala Consolina*] 1573.
30. **Salernum** [*Salerno*] ** 1554.
31. **S. Laurentius** [*S. Lorenzo f. le M.*] * 1855-1883.
32. **S. Mennas** [*San Menna*] 1582.
33. **Saponaria** [*Saponara*] 1553.

34. Sicinianum [*Sicignano*] ** 1572.
35. Tramutola [*Tramutola*] 1854.
36. Tricaricum [*Tricarico*] 1572.
37. Tulvium [*Tolve*] 1585.
38. Tursium [*Tursi*] 1568.
39. Vallum Lucaniae [*Vallo di Lucania*] 1624.
40. Vietrium Potentiae [*Vietri di Potenza*] 1572-1652.

Notula * significat Conventus apertos; ** Conventus a Nostratibus recuperatos. Reliqui vero Conventus civiliter suppressi 1867 usque adhuc remanent clausi.

Status personalis Provinciae Lucaniae

Sacerdotes in Conventibus . . .	57
Sacerdotes extra Conventus . .	17
Clerici Novitii	3
Laici in Conventibus.	33
Laici extra Conventus	9
Laici Novitii	2
Clerici Tertiarii in Collegio . .	12
Numerus Summarius	133

XXIV STATUS PROVINCIAE LUCENSIS (Lucca)

Mense Maio 1885.

Provincia Lucensis enumerat quatuor Conventus et duo Hospitia, quorum nomina, annus fundationis et titulus Ecclesiae sunt:

1. **Banga** [*Banga*] 1860. S. Franc. Ser.
2. **Camilianum** [*Camiliano*] Hosp. 1872. B. V. M. de Monte Carmelo.
3. **Campus major** [*Campo Maggiore*] Hosp. 1870. B. V. M. Gratiarum.
4. **Luca** [*Lucca*] 1818; 2. vice 1875. B. V. M. septem Dolorum.
5. **Massa** [*Massa*] 1806; 2. vice 1883. Assumptio B. V. M.
6. **Villabasilica** [*Villabasilica*] 1818; 2. vice 1880 Annunt. B. V. M.

Status personalis Provinciae Lucensis

Sacerdotes	36
Clerici Stud.	5
Clerici Novitii	6
Laici	25
Summatim	72

XXV. STATUS PROVINCIAE LUGDUNENSIS (Lyon)

Mense Augusti 1885.

Provincia Lugdunensis enumerat 10 Conventus et unum hospitium, quorum nomina, annus fundationis et titulus Ecclesiae sunt:

1. **Aqua Sextia** [*Aix-en-Provence*] 1825, Annunt. B. V. M.
2. **Claromontium** [*Clermont-Ferrand*] 1850. Alma Domus Laur. B. M. V.
3. **Cristensis** [*Crest*] 1609. Assumpt. B. V. M.
4. **Leonianensis** [*Lorgues*] 1852. S. Ferreolus Mart.
5. **Lugdunum I.** [*Lyon-Brotteaux*] 1833 Exsalt. S. Crucis.
6. **Lugdunum II.** [*Lyon-Fourvière*] 1871. S. Ios. Spons. B. M. V.
7. **Massilia** [*Marseille*] 1828. Immac. Concept. B. M. V.
8. **Steylensis** [*Steyl*] In Hollandia
9. **St. Stephanus** [*Saint-Etienne*] 1847. M. V. Auxil. Crist
10. **Vesontio** [*Besançon*] 1867. Immac. Concept. B. M. V.
11. Hospitium Procurae Missionum sub titulo N. D. *de Fourvière*: 1885.

Status personalis Provinciae Lugdunensis:

Sacerdotes	66
Clerici Studentes	20
Laici	51
Novitii	9
	146

XXVI. STATUS PROVINCIAE MELITENSIS (Malta)

Mense Ianuario 1885.

Provincia Melitensis numerat tres Conventus, quorum nomina, annus fundationis et titulus Ecclesiae sunt:

1. **Gaulos** [*Gozo*] 1737 B. V. M. Gratiarum.
2. **Valletta** [*Valletta*] 1585 Iuventio S. Crucis.
3. **Victoriosa** [*Vittoriosa*] 1736 S. Barbara Virg. et Mart.

Status personalis Provinciae Melitensis

Sacerdotes in Provincia. . . .	28
Sacerdotes in Missionibus . . .	5
Clerici	8
Laici in Provincia	20
Laicus in Missionibus	1
Summatim	62

XXVII. STATUS PROVINCIAE MESSANENSIS (MESSINA)

[*In proximo fasciculo*]

XXVIII. STATUS PROVINCIAE CAPUC. NEAPOLIS ET TERRAE LABORIS

Julio 1885.

Provincia Neapolitana numerat 31 Conventus et quatuor parvas Domus juxta recentes Superiorum Concessiones, quorum nomina, fundationis annus et titulus Ecclesiae respectivae sunt:

1. **Abellinum** * [*Avellino*] 1580. S. Maria Gratiarum.
2. **Argentium** * [*Arienzo*] 1561. S. Maria Angelorum.
3. **Arpinum** [*Arpino*] 1568. S. Laurentius.
4. **Atella** ** [*Aversa*] 1545 SSma et Aug^{a}. Trinitas.
5. **Beneventum** [*Benevento*] 1595. S. M. Sanitatis.
6. **Calatia** (*Cajazzo*) 1592 Spiritus Sanctus.
7. **Caivanum** (*Caivano*) 1586. S. M. de Spiritu Sancto.
8. **Capua** [*Capua Vetere*] 1540. Spiritus Sanctus.
9. **Casinum** (*Cassino a S. Germano*) 1579. S. Antonius Abbas.
10. **Cava Thyrrenorum** * (*Cava dei Tirreni*) 1566. S. M. Angelorum.
11. **Ceretum Samnitium** * (*Cerreto-Sannita*) 1583. S. M. Gratiarum.
12. **Cajeta** [*Gaeta*] 1572. S. M. Pietatis, 1660. S. Antonius Patavinus.
13. **Gesualdo** * (*Gesualdo*) 1592. S. M. Gratiarum.
14. **Mamurrae** * (*Itri*] 1574. S. M. Lauretana
15. **Mataluna** * (*Maddaloni*] 1577. Conceptio B. M. Virginis.
16. **Mons fuscus** * [*Montefusco*] 1625. S. M. Gratiarum.
18. **Mons Herinteus** * [*Montesarchio*] 1625. S. M. de Costantinopoli.
18. **Neapolis** (*Napoli*)
    1. (*Pediscrypta initio cursus* *) 1875. Immac. Conceptio B. M. Virg.
    2. (*S. Euphebii veteris*) 1530. S. Euphebii Epis. et Mart.
    3. [*S. Euphebii novi*] 1572. Immac. Conceptio B. M. Vir.
    4. *Cliviregii* [*o Poggioreale*] 1846 S. Maria Pietatis.
    5. [*Solitudinis Generalitiae o Eremo di Capodimonte*] 1819. Assumptio B. M. Virginis.
    6. [*Recentis parve sodalitatis o Gruppo* *] 1885. S. Pater Franciscus.
19. **Nuceria Paganorum** * [*Nocera dei Pagani*] 1563. S. Andreas Apostolus.
20. **Nola in Campania** * (*Nola*) 1566. Inventio SSmae Crucis.
21. **Pedemontium Aliphanum** * [*Piedimonte d'Alife*] 1577. S. Pater Franciscus.
22. **Puteoli** * (*Pozzuoli*) 1582. S. Ianuarius Ep. et Mart.
23. **Resina** [*Regina: Hospitium*]
24. **Saticula** * [*Caserta*] 1570. S. Pater Franciscus.
25. **Solophra** (*Solofra*] 1582. S. M. Silvarum.
26. **Snessa Aurunca** * (*Sessa*) 1537. S. M. Regina Coeli.
27. **Surrentum** * [*Sorrento*] 1586. S. Maria de Porta Salvo post hac Gratiarum.
28. **Sancta M· ad Vicum Recentis parvae sodalitatis** * (*Gruppo*) 1885 Sanctus Pater Franciscus.
29. **Thora** * [*Tora*] 1574. Sancta M. Lauretana.
30. **Turris Octava: Hospitium** * [*Torre del Greco*] 1568. Annuntiatio B. M. V.

Status personalis Provinciae Neapolitanae

Sacerdotes	161
Laici	31
Summa	192

XXIX STATUS PROVINCIAE PANORMITANAE

(Palermo)

Augusto 1885

Provincia Panormitana numerat 41 Conventus, quorum nomina, fundationis annus et Eclesiae Titulus sunt:

1. **Panormus** (*Palermo*) * 1533. S. Maria Pacis.
2. **Agrigentum** (*Girgenti*) 1697. S. Maria Buonamurone.

3. **Alcamus** (*Alcamo*) 1566. S. Anna M. B. M. V.
4. **Aragonia** (*Aragona]* 1689. S. Joseph S. B. M. V.
5. **Bisaquinum** *[Bisacquino)* * 1633. s. Anna Mat. B. M. V.
6. **Bisbona** *[Bivona]* ** 1572. S. Jacobus Maj. Apost.
7. **Burgius** *(Burgio)* 1580. s. Antonius Patav.
8. **Caccabus** *(Caccamo]* ** 1589. s. Rochus.
9. **Calatabellocta** (*Caltabellotta*) 1614. s. Franciscus Assis.
10. **Calataphimis** *(Calatafimi)* * 1581. Transfiguratio D. N. J. C.
11. **Calatanixecta** *[Caltanisetta]* 1545. Immac. Conceptio B. M. V.
12. **Cannicattenus** [*Canicatti*] ** 1381. S. Maria de Arc.
13. **Carenis** [*Carini*] 1603. s. Maria Angelorum.
14. **Castrumnovum** [*Castronovo*] * 1533. s. Nicolaus a Bar.
15. **Castrumthermis** [*Casteltermini*] * 1731. s. Michael Archangelus.
16. **Castrumveteranum** [*Castelvetrano*] 1546. s. Anna M. B. M. V.
17. **Ciminna** [*Ciminna*] ** 1588. Regina SS. Rosarii.
18. **Clusis** [*Chiusa*] * 1571. s. Marcus Evang.
19. **Corleonis** [*Corleone*] 1644. s. Franciscus Assis.
20. **Diva Catharina** [*S. Catarina*] 1854. s. Franciscus Assis.
21. **Divus Cathaldus** [*S. Cataldo*] * 1738 s. Ioseph. S. B. M. V.
22. **Divus Joannes Gemini** [*S, Giovanni Gemini* * 1572. Immac. Concept. B. M. V.
23. **Depranum** [*Trapani*] * 1555. Epiphania D. N. J. C.
24. **Leocata** [*Licata*] * 1572. s. Michael Arcangelus.
25. **Marsalia** [*Marsala*] * 1571. s. Maria Virgo Dolorosissima.
26. **Mazaria** [*Mazzara*] 1584. s. Martinus Episc.
27. **Memphis** [*Menfi*] 1842. Sacra Stigmata S. P. N. Francisci.
28. **Mons. s. Juliani** [*Monte S. Giuliano*] 1571. s. Hieronymus Ecc. Doct.
29. **Monsregalis** [*Monreale*] 1581. s. Ludovicus Episc.
30. **Narus** [*Naro*] 1555. s. Nicolaus a Bar.
31. **Partanna** [*Partanna*] 1598. s. Andreas Apost.
32. **Parthenicus** [*Partinico*] 1677. s. Maria Angelorum.
33. **Plana** [*Piana*] 1673. Annuntiatio B. M. V.
34. **Podioregalis** [*Poggioreale*] 1755. Immac. Conceptio B. M. V.
35. **Politium** [*Polizzi*] 1583. Annuntiatio B.M.V.
36 **Sacca** [*Sciacca*] 1556. s. Domus Mariae Lauret.
37. **Salemi** [*Salemi*] * 1589. Transfiguratio D. N. J. C.
38. **Salaparutis** [*Salaparuta*] * 1746. Immac. Conceptio B. M. V.
39. **Sambuca** [*Sambuca*] ** 1609. s. Franciscus Assis.
40. **Sutera** [*Sutera*] 1621. Visitatio B. M. V.
41. **Thermis** [*Termini*] * 1547. s. Hieronymus Eccl. Doct.

NOTA: Signum [*] indicat Cenobia anno 1866 civiliter suppressa, deinde aperta et a Nostris habitata: signum vero [**] Cenobia a Nostris iterum recuperata.

Cenobia clausa antedicto anno sunt:

1. Alcamo, 2. Aragona, 3. Burgio, 4. Caltabellotta, 5. Caltanissetta, 6. Carini, 7. Castelvetrano, 8. Corleone, 9. Girgenti, 10. Monte s. Giuliano, 11. Monreale, 12. Mazzzara, 13 Menfi, 14. Naro, 15. Partanna, 16. Partinico, 17. Piana, 18. Poggioreale, 19. Polizzi, 20. s. Catarina, 21. Sciacca, 22. Sutera.

Status personalis Provinciae Panormitanae

Sacerdotes in Provincia	98
Sacerdotes extra Provinciam . . .	2
Sacerdotes in Missionibus.	3
Sacerdotes extra Provinciam . . .	1
Clerici extra Provinciam	2
Laici in Provincia	58
Laici extra Provinciam	3
Summa summarum	167

XXX. STATUS PROVINCIAE PARISIENSIS.

[Paris]

Mense Iulio 1885.

Provincia Parisiensis enumerat 12 Conventus et Hospitia: 7 in Gallia, 2 in Hollandia et 3 in Missione Constantinopolitana, quorum nomina, annus fundationis et titulus Ecclesiae sunt:

A. *In Gallia*

1. **Andegavensis** [*Angers*] 1864 Immac. Concept. B. V. M.
2. **Caletensis** [*Calais*] 1879 S. Pacificus.
3. **Cenomanensis** [*Le Mans*] 1871 SS. Cor D. N. I. Ch.
4. **Nannetensis** [*Nantes*] 1874 S. Anton. Patav.
5. **Orientis** [*Lorient*] 1878 S. Franc. Ser.
6. **Parisiensis** [*Paris*] 1852 S. Bonaventura.
7. **Versaliensis** [*Versailles*] 1854 Patroc. S. Iosephi.

B. *In Hollandia*

8. **Budellensis** [*Budel*] Stu Fun: 1881 SS. Sacram.
9. **Eysdenensis** [*Bruest*] Schola Seraph. 1885 S. Fidelis M.

C. *In Missione Constantinopolitana*

10. **Sti Ludovici** [*S. Louis de Péra*] Conv., (Schola orientalis) 1625.
11. **Sti Ioannis Chrysostomi** [*Kadi Keui*] Hosp. Capellan. 1881.
12. **Sti Iosephi a Leonissa** [*Phanaraki*] Hosp. 1883.

Status personalis Provinciae Parisiensis.

Episcopi	2
Sacerdotes in Provincia	58
Sacerdotes in Missionibus . . .	11
Sacerdotes extra Provinciam . .	6
Sacerdotes in studio eloquentiae.	5
Sacerdotes Novitii	4
Clerici Studiosi.	18
Clerici Novitii	2
Laici Professi	25
Laici Novitii.	3
Tertiarii in Conventibus. . . .	3
Numerus Summarius	137

BIBLIOGRAPHIA.

ANONYMUS. — Album serafico y celestial regalo de los H. H. Terciarios de N. P. S. Francisco (para 1885 y... siguientes) o sea Coleccion de cuadros, dichos y hechos franciscanos.

P. BONAVENTUBA DA CARPANZANO (*Cappuccino)* — L'agonia di Gesù Cristo ed il suo essere Teandrico ovvero l'essere umano - divino di Gesù Cristo mostrato dalle sue sette parole sulla Croce con l'aggiunta di tre sermoni di S. Francesco d' Assisi nel suo settimo centenario.

— Il Protestantismo confutato con la ragione; vol. 1 in 16mo di pag. 178.

— Lettera a Giuseppe Carile Ministro Evangelico Metodista, vol. 1 in 16mo di pag. 170.

— Lettera seconda allo stesso, vol. 1 in 16mo di pag. 174.

— I Concilli Ecumenici e la vera Civiltà, vol. 2 in 16mo, entrambi di pag. 1000.

EMMANUEL (P.) de RENNES — Abrégé de la vie et du martyre des Révérends Pères Agathange de Vendôme et Cassien de Nantes, Capucins Prestres. Extrait de plusieurs Manuscrits contemporains, déposés dans les Archives des Convens des Capucins de Tours et de Rennes. Avec un Discours préliminaire en forme de Préface sur la Dignité du Martyre, par le R. P. Emmanuel de Rennes, Capucin de la Province de Bretagne ancien Lecteur de Théologie, et Définiteur. - 2. Èdition. Paris 1882: chez N. Lecoffre, rue Bonaparte, 90 Vienne Typ. Adolphe Holzhausen imprimeur de la Cour I. et R. et de l'Université Pag. 160

GIACINTO (Rmo. P.) da BELMONTE Def. Gle. Capno. Opera et opuscula:

1. La Chiesa e lo Stato . un volume L. 4
2. I poveri e i ricchi un volume « 3
3. Il Male nei giorni nostri un volume « 3
4. Scritti letterari e religiosi due volumi « 6
5. Racconti miracolosi . . . due volumi « 3
6. Il B. Angelo da Acri . . un volume « 1,50
7. Lettera di campagna . . un volume « 1
8. S. Gregorio magno e il suo tempo « 1
9. S. Francesco da Paola e il suo tempo « 1
10. S. Antonio e il suo tempo « 0,50
11. La vergine Immacolata e il secolo decimonono « 1
12. Il nome di Gesù Cristo « 0,60
13. Un dono offerto alla Madonna dagli avvocati di S. Pietro « 0.50

Dirigere le dimande all'Archivista G.le dei Cappuccini in Piazza Barberini, Roma. Ciò che si ritrae va per la costruzione della Chiesa del B. Angelo in Acri.

LEONARDUS A CLIVIA (R. P.) — Priester der rheinisch-westfaelischen Capuciner Provinz. Regel Buechlein fuer die in der Welt lebenden Mitglieder des III. Ordens des h. Vaters Franciscus. Siebente Auflage, nach den neuesten Verordnungen Sr. Heiligkeit Papst Leo XIII.

Mit Approbation des Hochwuerdigsten Bischofs v. Chur u. der Hochw. Ordens Obern. Einsiedeln, New-York, Cincinnati et St. Louis. Gebr. Benzinger 1885. Kl. 8.° S. 636.

VENANZIO DA LAGOSANTO (R. P.) — Lettore Cappuccino, il Direttore del terz'Ordine di S. Francesco d'Assisi provveduto nelle feste del Signore, della Madonna, dei Santi protettori e in altre occorrenze, sermoni trentatre. Bologna tipografia pontificia Mareggiani 1885.

Opera a variis auctoribus scripta ad Ordinem nostrum spectantia.

G. Fagniez. — La mission du P. Joseph à Ratisbonne en 1630 (Extrait de la Revue historique) Paris 1885.

TRUCHET. (L. Abbé) Chanoine honoraire. Vie du P. Chérubin de Maurienne de l'Ordre des FF. Mineurs Capucins.

Chambéry, imprimerie Chatelain, 4 Avenue du Champ de Mars: 1880. 1 vol. grand in 8. pag. 421.

Il Convento dei Cappuccini di Castelnuovo di Garfagnana ed il suo fondatore Alfonso III Duca d'Este del Cav. Raffaello Raffaelli di Fosciandora. = Bologna. Tipografia del Commercio, Via S. Arcangelo N. 5, 1884

— *Panegirico di S. Lorenzo da Brindisi* dei Minori Cappuccini detto nella chiesa dei medesimi in Cassine li 8 ottobre 1882 da Monsig. G. A. Ajachini Canonico Teologo e Vicario Generale della Diocesi di Alessandria, Terziario Francescano. — Alessandria, Tipografia Giuseppe Chiari.

NECROLOGIA.

BONAVENTUBA (P) a FERRARIA.— Die Febr. ann. 1884. Bastiae in Corsica, ad superos evolavit Adm. R. P. Bonaventura a Ferraria, Provinciae Bononiensis Alumnus, ita fervidus Concionator, ut populorum turbas post se traheret, et Deiparae ita addictus, ut semper in corde et ore eam haberet. Qua de re parvae Coronae Virginis Immaculatae, hodiedum inter fideles tam late diffusae, plurimisque indulgentiis a Summis Pontificibus ditatae, institutor fuit, ac ma-

ximus propagator. Corsicam petens, ne Coenobiorum desolationem, Gubernii Italici opera, cerneret, illic Novitiorum Magister, ac Definitor, cunctis omnium virtutum exempla praebuit usque ad mortem, quam veluti sanctus oppetiit, uti talis a populo jure merito conclamatus.

MATHIAS A CASTRO CAPREAE (V. Fr.) in Aragonia natus anno millesimo octingentesimo octavo, Ordinem nostrum in eadem Provincia ingressus est anno 1829. Sed anno 1835, cum a crudeli sectarum persecutione Ordines religiosi in Hispania vexati essent, compulsus est migrare ad Provinciam Ianuensem, cui aggregatus fuit. Postea vero ingruentibus perturbationibus anni 1848 exulavit in Galliam, ex qua mense septembris 1852 profectus est ad Missionem Chilensem. Ubique autem praeclara reliquit vitae seraphicae exempla. In humili enim laicorum statu constitutus, ad omnia laborum, humilitatis, obedientiae, pietatis et devotionis officia, semper alacri et hilari animo paratus visus fuit, omnibusque carus evasit, donec die 26 Aprilis dira pulmoniae infirmitate correptus, sacramentis devotissime susceptis, in osculo Domini obdormivit die tertia Maii currentis anni in nostro Conventu S. Iacobi Chilensis, annis natus 77, vitae religiosae 56, ex quibus 32 in Chilensi Missione sancte transegit.

STEPHANUS (V. P.) A MOGUNTIA — Anno 1844 die 28 mensis Nov. natus, studiis rerum humanarum atque theologicarum Moguntiae summas cum laude peractis, 8 Aug. 1869 ad presbyteratum promotus est. Sed majora inhians 16 Ian. 1871 habitum fratrum minorum Capuccinorum petiit et obtinuit. Novitiatu vix expleto ad munus lectoris scientiarum humanarum evectus est. Imminente anno 1875 religiosorum ex Borussia exturbatione cum juvenibus scholariis exul factus in conventu Provinciae Hollandicae clericis nostrae Provinciae aliquot annos diversas sacrae theologiae disciplinas explanavit. Inde alumnis nostris in Americam emigrantibus missus est Lugdunum, ut munere concionatoris et confessarii pro germanis ibi morantibus fungeretur. Gravi vero morbo, anno 1881, correptus muneribus suis abdicare et in patriam suam, Moguntiam, ad reficiendam sanitatem reverti coactus est. Sed plenam valetudinem recuperare non potuit. Die 25 Maii 1885 doloribus infirmae valetudinis et terribilis morbi carcinomatis patientissime tolleratis, omnibus ecclesiae sacramentis munitus, obdormivit annos natus unum et quadraginta quorum quatuordecim in ordine nostro transegit.

IOSEPHUS MARIA (A. V. P.) A MOGUNTIA — Provinciae Rhenano-Westphalicae alumnus natus 18 Sept. 1830 Deo vocante postquam qua sacerdos saecularis coelo et animarum saluti jam per annum servierat, religionem nostram 17 Sept. 1859 ingressus est. Brevi omnibus regularibus et sacerdotalibus virtutibus ita excelluit, ut ipsi cunctis fratribus in regulari observantia et perfectione religiosa praelucenti, tum Vicarii tum Guardiani munus superiores imponerent. Magno animarum zelo succensus omnes suas vires ad illarum conversionem impendere cupiebat. Licet infirma valetudine tum praedicationis tum praecipue audiendarum confessionum muneribus indefessus usque ad paucas horas ante obitum incubuit. Die 2 Julii magno fidelium ad pedes miraculosae B. M. V. imagini concursu per 3 dies audiendarum confessionum causa interfuit. Inde domum rediens eadem nocte 4 Julii 1884 apoplexia tactus obdormivit in conventu nostro Moguntino, cujus Vicarius decem annos fuerat.

Nihil obstat.
Fr. BERNARDUS ab ANDERMATT Min. Gen. Capucc.

Sacerdos Ioannes Savini, Director responsabilis

ANALECTA ORDINIS MINORUM CAPUCCINORUM

ACTA ROMANO-FRANCISCALIA

EX S. RITUUM CONGR.

DE ROSARIO B. V. M. RECITANDO

DECRETUM

Urbis et Orbis

Inter plurimos Apostolicae vigilantiae actus, quibus Sanctissimus Dominus Noster LEO PP. XIII, ab inito Summi Pontificatus munere, Ecclesiae ac universae societati, Deo adiuvante, optatae tranquillitati restituendis consulere satagit: luce clarior nitet Encyclica Epistola *Supremi Apostolatus*, I Septembris MDCCCLXXXIII, de celebrando toto mense Octobri eius anni gloriosae Dei Matris Mariae sacratissimo Rosario. Quod sane speciali Dei providentia praecipue institutum est ad potentissimum caeli Reginae praesens auxilium adversus christiani nominis hostes exorandum, ad tuendam fidei integritatem in dominico grege, animasque divini sanguinis pretio redemptas e sempiternae perditionis tramite eripiendas. Tum vero laetissimi christianae pietatis et fiduciae in caelesti Mariae Virginis patrocinio fructus in omni loco catholici orbis ex tam salutari opere eo mense collecti, tum adhuc insidentes calamitates, causa fuerunt, ut subsequente anno MDCCCLXXXIV, die XXX Augusti, aliae accesserint Apostolicae litterae *Superiore anno,* cum iisdem hortationibus et praeceptionibus, pro adventante eo mense Octobri, pari solemnitate ritus ac pietatis fervore in beatissimae Virginis Mariae a Rosario honorem dedicando; eo quod praecipuus fructus boni operis et arrha consequuturae victoriae sit in inceptis perseverantia. Hisce autem inhaerens idem Sanctissimus Dominus, cum hinc nos hactenus mala multa undique perturbent, inde vero permaneat et florescat in christiano populo ea fides, quae per caritatem operatur, et veneratio ac fiducia in amantissimam Dei Genitricem propemodum immensa; eo impensiori studio et alacritate nunc ubique perseverandum vult unanimiter in oratione cum Maria Matre Iesu. Certam enim in spem erigitur fore ut ipsa, quae sola cunctas haereses interemit in universo mundo, nostris accedentibus dignis poenitentiae fructibus, flectat denique iram vindicem divinae iustitiae, incolumitatemque adducat et pacem.

Quapropter Sanctitas Sua quaequmque duobus praeteritis annis constituit de mense quo solemnia celebrantur beatae Virginis Mariae a Rosario, hoc pariter anno, et annis porro sequentibus, praecipit et statuit, quoadusque rerum Ecclesiae rerumque publicarum tristissima haec perdurent adiuncta, ac de restituta Pontifici Maximo plena libertate Deo referre gratias Ecclesiae datum non sit. Decernit itaque et mandat, ut quolibet anno a prima die Octobris ad secundam sequentis Novembris, in omnibus catholici orbis parochialibus templis, et in cunctis publicis oratoriis Deiparae dicatis

aut in aliis etiam arbitrio Ordinarii eligendis, quinque saltem Mariani Rosarii decades cum Litaniis Lauretanis quotidie recitentur: quod si mane fiat, Missa inter preces celebretur, si a meridie, sacrosanctum Eucharistiae Sacramentum adorationi proponatur, deinde fideles rite lustrentur. Optat quoque ut a Sodalitatibus sacratissimi Rosarii religiosae pompae, ubi id per civiles leges licet, publice ducantur.

Indulgentias singulas, alias concessas renovando, omnibus qui statis diebus publicae Rosarii recitationi interfuerint, et ad mentem eiusdem Sanctitatis Suae oraverint, et his pariter qui legitima causa impediti privatim haec egerint, septem annorum ac septem quadragenarum apud Deum Indulgentiam singulis vicibus concedit. Eis autem qui supradicto tempore decies saltem vel publice in templis, vel legitime impediti, privatim, eadem peregerint, sacramentali confessione expiatis et sacra synaxi refectis, plenariam admissorum Indulgentiam de Ecclesiae thesauro impertit. Plenissimam haec culparum veniam et poenarum remissionem his omnibus pariter largitur, qui vel ipso die festo beatae Virginis a Rosario, vel quolibet ex octo insequentibus diebus, sacramenta, ut supra, perceperint, et in aliqua sacra aede iuxta Suam mentem Deo eiusque Sanctissimae Matri supplicaverint.

Qua de re et illis consulens fidelibus qui ruri viventes agri cultione praecipue Octobri mense distinentur, Sanctitas Sua concedit ut singula superius disposita, cum sacris etiam Indulgentiis, eorum in locis, ad insequentes vel Novembris vel Decembris menses, prudenti Ordinariorum arbitrio, differri valeant.

De hisce vero omnibus et singulis Sanctissimus Dominus Noster per Sacram Rituum Congregationem praesens edi decretum, et ad omnes locorum Ordinarios pro fideli executione transmitti mandavit. Die 20 Augusti 1885.

D. Card. BARTOLINIUS S. R. C. *Praef.*

L. ✠ S.

LAURENTIUS SALVATI S. R. C. *Secretarius.*

EX S. INDICIS CONG.

DECRETUM

Feria II die 7 Septembris 1885.

Sacra Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium a SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO LEONE PAPA XIII Sanctaque Sede Apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi, ac permissioni in universa christiana Republica praepositorum et delegatorum, habita in Palatio Apostolico Vaticano die 7 Septem. 1885 damnavit et damnat, proscripsit proscribitque, vel alias damnata atque proscripta in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur Opera:

La Corte e la Società Romana nei secoli XVIII e XIX, per David Silvagni. Volumi tre: I. pagine 582. — II. pagine 770. — III. pagine 730. Roma, Forzani e C., tipografi del Senato, 1883, 1884, 1885.

Mamiani Terenzio: Del Papato nei tre ultimi secoli. Compendio storico-critico. Milano, Fratelli Treves, editori, 1885. Vol. in 16 di pagine XXXIX. 326. (*Opera postuma*).

G. B. Bulgarini. Antonio Stoppani e la Civiltà Cattolica. Genova, Tip. del R. Istituto Sordomuti, 1885, in 16 pagine 85.

— Di una nuova accusa mossa da Sua Eminenza Reverendissima il Cardinal

Zigliara al sistema filosofico di Antonio Rosmini. Genova, Tip. del R. Istituto Sordomuti, 1885, in 16 pagine 82.

Vera Augusto prof. *opera omnia quocumque idiomate. prohib. Decr. 22 Dec. 1876. Auctor ante mortem laudabiliter se subiecit et eadem reprobavit.*

Itaque nemo cujuscumque gradus et conditionis praedicta Opera damnata atque proscripta, quocumque loco, et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sed locorum Ordinariis aut haereticae pravitatis Inquisitoribus ea tradere teneatur sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

Quibus SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO LEONI PAPAE XIII per me infrascriptum S. I. C. a Secretis relatis, SANCTITAS SUA Decretum probavit, et promulgari praecepit. In quorum fidem etc.

Datum Romae die 7 Septembris 1865.

Fr. THOMAS MARIA Episc. Sabinen.
Card. MARTINELLI Praefectus.

Fr. Hieronymus Pius Saccheri
Ord. Praed. S. Ind. Congreg. a Secretis.

Loco ✠ Sigilli

Die 12 Septembris 1885 ego infrascriptus Mag. Cursorum testor supradictum Decretum affixum et publicatum fuisse in Urbe.

Vincentius Benaglia Mag. Curs.

EX S. CONGR. S. R. U. INQUISIT.

EPISTOLA

S. romanae et universalis Inquisitionis, qua validae in posterum declarantur dispensationes matrimoniales, etiamsi copula incestuosa vel consilium et intentio per eam facilius dispensationem impetrandi, reticita fuerint.

Illme ac Rme Domine.

Infandum incestus flagitium semper odio sancta Dei Ecclesia prosequuta est, et summi romani Pontifices statuerunt, ut qui eo sese temerare non erubuissent, si ad apostolicam Sedem confugerent petendae causa dispensationis super impedimentis matrimonium dirimentibus, eorum preces, nisi in eis de admisso scelere mentio facta esset, obreptionis vitio infectae haberentur atque ideo dispensatio esset invalida; idque ea sanctissima de causa cautum fuit, ut ab hoc gravissimo crimine Christifideles arcerentur.

Hanc S. Sedis mentem testantur tum alia documenta, tum decretum, quod novissime suprémum sanctae romanae et universalis Inquisitionis consilium, ipso adprobante romano Pontifice, feria IV die 1. augusti 1866 tulit, quod est huiusmodi « subreptitias esse et nullibi « ac nullo modo valere dispensationes, « quae sive directe ab apostolica Sede, « sive ex pontificia delegatione, super « quibusqumque gradibus prohibitis con« sanguinitatis, affinitatis, cognationis « spiritualis nec non et pubblicae hone« statis conceduntur, si sponsi ante ea« rumdem dispensationum excutionem, « sive post earum impetrationem incestus « reatum patraverint; et vel interrogati, « vel etiam non interrogati, malitiose « vel etiam ignoranter reticuerint copu« lam incestuosam inter eos initam, sive « publice ea nota sit sive etiam occulta, « vel reticuerint consilium et intentionem « qua eamdem copulam inierunt, ut « dispensationem facilius assequeren« tur ». S. Poenitentiaria vestigiis insistens Inquisitionis id ipsum die 20 iulii 1879 statuit.

Verum cum plurimi sacrorum antistites sive seorsum singuli, sive coniunctim S. Sedi retulerint, maxima ea de causa oriri incommoda cum ad matrimonialium dispensationum executionem

proceditur et hisce praesertim miseris temporibus in fidelium perniciem non raro vergere quod in eorum salutem sapienter inductum fuerat, Sanctissimus D. N. D. Leo divinia providentia Papa XIII, eorum postulationibus permotus, re diu ac mature perpensa, et suffragio adhaerens Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium in universa christiana republica una mecum Inquisitorum generalium, hasce litteras omnibus locorum ordinariis dandas iussit, quibus eis notum fieret, decretum superius relatum s. romanae et universalis Inquisitionis et s. Poenitentiariae, et quidquid in eumdem sensum alias declaratum, statutum aut stylo Curiae indictum fuerit, a se revocari, abrogari nulliusque roboris imposterum fore decerni; simulque statui et declarari, dispensationes matrimoniales posthac concedendas, etiamsi copula incestuosa vel consilium et intentio per eam facilius dispensationem impetrandi reticita fuerint, validas futuras: contrariis quibuscumque etiam speciali mentione dignis minime obstantibus.

Dum tamen, ob gravissima rationum momenta, a pristino rigore hac super re Sanctissimus Pater benigne recedendum ducit, mens Ipsius est, ut nihil de horrore, quod incestus crimen ingerere debet, ex fidelium mentibus detrahatur; imo vero summo studio excitandos vult animarum curatores, aliosque quibus fovendae inter christifideles morum honestatis cura demandata est, ut prudenter quidem, prout rei natura postulat, efficaciter tamen elaborent huic facinori insectando et fidelibus ab eodem, propositis poenis quibus obnoxii fiunt, deterrendis.

Datum Romae ex cancellaria S. Officii die 25 Junii 1885.

Addictissimus in Domino

R. Card. Monaco.

DUBIA quod Confessarium et Medicum qui duellantibus assisterent.

Illme et Rme Domine.

Litteris diei 24 septembris superioris anni datis, Vicarius generalis Amplitudinis Tuae proposuit tria sequentia dubia, scilicet:

1. Potestne medicus rogatus a duellantibus duello assistere cum intentione citius finem pugnae imponendi, vel simpliciter vulnera ligandi ac curandi, quin incurrat excommunicationem summo Pontifici simpliciter reservatam?

2. Potestne saltem, quin duello sit praesens, in domo vicina vel in loco propinquo sistere, proximus ac paratus ad praebendum suum ministerium, si duellantibus opus fuerit?

3. Quid de confessario in iisdem conditionibus?

Emi PP. una mecum Inquistores generales, haec dubia ad examen revocarunt in Congregatione generali habita feria IV die 28 labentis maii, ac re mature perpensa, respondendum censuerunt:

Ad 1m Non posse, et excommunicationem incurri.

Ad 2m et 3m Quatenus ex condicto fiat, item non posse et excommunicationem incurri.

Dum haec Tecum communico, ut pro opportunitate nota fiant, fausta omnia ac felicia Tibi precor a Domino.

R. P. D. Episc. Pictavien.

Romae, 31 maii 1884

Addictissimus in Domino

R. Card. MONACO

(1) Haud semel Nostrates Ven. Procurae Genlis officio recurrunt pro dubiorum hujusmodi solutione; et haec est ratio cur *Analecta Ordinis* varia S. S. decreta, responsa, indultave, etsi non hodierna, referunt. (N. R.)

DECISIONES

S. Congr. S. U. Inquisitionis.

concernentes dubia quoad excomunicationem minorem, quoad absolventes complicem, et quoad craniotomiam.

Illustrissime et Revme Dne

Litteris diei 27 praeteriti Maij Amplitudo Tua Supemae hujus Congregationis examini proponebat tria sequentia dubia:

1.° Fere omnes Constitutionis *Apostolicae Sedis* commentatores docent, excomunicationem minorem vi hujus Constitutionis abolitam esse. Utrum haec sententia tuto doceri possit in Seminario?

2.° Iterum omnes eiusdem Constitutionis commentatores docent, illum confessarium excomunicationi non subiici qui complicem in peccato turpi absolvere fingit, sed reipsa non absolvit. Contrarium tamen declaravit Sacra Poenitentiaria die 1 Martii 1878. An potest Orator permittere ut in suo seminario doceatur sententia responsioni S. Poenitentiariae opposita?

3.° An permittere potest ut in suo Seminario tanquam probabilis doceatur nonnullorum recentiorum opinio, quod liceat infantem in utero matris occidere ad matrem relevandam, si alias mater et infans perituri sint?

Porro Eminentissimi Patres una mecum Inquisitores Generales in Congregatione habita.

Feria IV. die 5 vertentis Decembris, ad examen revocarunt primum et alterum ex propositis dubiis. Siquidem tertium cum sit obiectum plurium petitionum, quae ab aliis quoque ordinariis transmissae sunt, adhuc penes Supremum hunc Ordinem in studiis est.

Iam vero ad I., iidem Emi PP. responderunt *Affirmative.*

Ad II. vero *Negative,* facto verbo cum Sanctissimo quoad utrumque.

Cum autem SSmus D. N. has Emorum PP. resolutiones, ac responsiones approbare ac plene confirmare dignatus sit, eas Amplitudini Tuae pro sui norma communico, ac impensos animi sensus Eidem testatos volo, cui fausta omnia a Deo precor.

Amplitudinis Tuae
Addictissimus uti Frater.

Alois. Card. Bilio

Romae, die 10 Decembris 1883.

Illmo et Rmo Dno Episcopo Petrocoricens.

EX SECRETARIA BREVIUM

LITTERAE SSmi. D. N. Papae Leonis XIII in forma Brevis, per quas s. Vincentius a Paulo declaratur patronus omnium societatum charitatis.

LEO PP. XIII.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Cum multa Jesus Christus humano generi praecepta tradidit, quorum ope possent homines ad vitam rectam perduci, tum illud potissimum dare et commendare numquam destitit, ut quisque diligeret proximum suum sicut se ipsum. Ipse enim, qui charitas est, docuit charitatem esse quasi fundamentum, in quo lex tota consisteret, et totam quamdam, qua Christianae sapientiae sectatores a ceteris distinguerentur. Quare non mirum est si praeclara haec virtus aliis nata potius quam sibi, ceterarumque parens atque altrix virtutum, eorum praesertim animis insederit, qui Divini praeceptoris ingressi vestigiis, virtutum omnium perfectionem et absolutionem assequi studuerunt. Mirifice inter hos, exeunte saeculo XVI effulsit Vincentius a Paulo, magnum illud atque immortale christianae charitatis exemplar, qui huiusmodi virtutis laude quam maxime excelluit. Nullum enim propemodum fuit aerumnarum genus, cui mira charitas eius deesset; nullus labor, quem ad

proximorum commodum atque utilitatem non ultro susciperet. Neque vero, postquam Vincentius ex vita ad coelum demigravit, rerum salutarium, quas instituerat, fons exaruit, sed in multos quasi rivulos deductus fluit adhuc large copioseque in Ecclesia. Vir enim sanctissimus ad hanc virtutem non modo contendit ipse, sed ad imitationem sui plurimos evocavit, quorum alios ad communem religiosae vitae disciplinam congregavit, alios in pias sodalitates a se legibus sapientissimis constitutas recepit. Quot vero sint fructus, quos ab iis humana societas quotidie percepit, vel ex eo facile conjici potest, quod, nondum altero a constitutione sua exacto saeculo, iam istiusmodi utriusque sexus societates per universas fere orbis terrarum partes se propagaverint, et ubique admirationem omnium sibi merito comparaverint. Neminem certe fugit Vincentianos Sodales praesto esse egentibus omnibus: assidere aegrotis in valetudinariis; versari in ergastulis, in scholis, inter ipsa bellatorum arma, duplicantes ubique subsidium, corporibus nempe atque animis. Quibus de rebus Romani Pontifices, Decessores Nostri, Vincentianas Congregationes et Sodalitates, ceterasque omnes charitatis societates, quae etsi idem non habent nomen, ab eodem tamen capite originem ducunt, in honore habuerunt, et praecipua semper cura complexi sunt. Nos eorum inhaerentes vestigiis, ut huiusmodi societates omnes auctoris et constitutoris sui spiritum largius haurirent, postulantibus praesertim Venerabilibus Fratribus Galliarum Episcopis, S. Vincentium a Paulo praedictis Societatibus in Galliis vigentibus coelestem Patronum renuntiavimus et constituimus. Quod decretum proximo superiori anno ad Hyberniae Dioeceses, ut illorum Antistitum pia desideria explerentur, extendimus. Nuper vero a plerisque S. R. E. Cardinalibus et ex omnibus fere mundi regionibus Episcopis, et Regularium Ordinum supremis Moderatoribus admotae Nobis sunt preces, ut supradictum decretum ad omnes orbis christiani partes, ubi eiusdem naturae societates et opera existunt extendere velimus. Nos audita etiam Congregationis S. R. E. Cardinalium, Sacris tuendis Ritibus praepositorum sententia, piis hisce precibus benigne annuendum censuimus. Quare, quod universae christianae reipublicae benevertat, Dei gloriam augeat, et studium charitatis erga proximum in omnibus excitet, Apostolica Auctoritate Nostra, his Litteris, S. Vincentium a Paulo omnium Societatum charitatis in toto Catholico Orbe existentium, et ab eo quomodocumque promanantium, peculiarem apud Deum Patronum declaramus et constituimus, eique volumus omnes honorificentias tribui coelestibus Patronis competentes. Decernentes has praesentes Litteras firmas, validas et efficaces existere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri atque obtinere, iisque, ad quos pertinet et pertinere poterit, plenissime suffragari. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XII Maii MDCCCLXXXV.

Pontificatus Nostri Anno Octavo.

M. Card. Ledochowski.

DECRETUM quo s. Vincentius a Paulo renuntiatur patronus omnium charitatis societatum.

ORBIS

Ad christianae charitatis opera, quae a sancto Vincentio a Paulo suam agnoscunt originem, impensiori studio provehenda, honoremque tanti patris ac magistri adaugendum, duobus abhinc annis, postulantibus tum sodalibus Vincentianae Societatis vulgo *Conferentiae,* occasione expleti quinquagesimi anni a sua Parisiis institutione, tum Reverendissimis Dioecesium Antistitibus, Sanctus Vincentius Societatum omnium caritatis in Galliae regione vigentium, ab eoque ortum quomodocumque habentium, uti specialis apud Deum Patronus Apostolica Auctoritate declaratus fuit et constitutus. Hujusmodi Decretum, ad Hyberniae Dioeceses anno superiore extensum, ut tandem ad cunctas eiusdem naturae societates et opera totius christiani orbis extenderetur, perplurimi Sanctae Romanae Ecclesiae Patres Cardinales, et ex omnibus fere mundi regionibus Sacrorum Antistites, pluresque Regularium Ordinum supremi Moderatores humillimis Summo Pontifici exhibitis precibus, enixe efflagitarunt. Eas Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII benigne excipiens, Congregationi Eminentissimorum et Reverendissimorum Cardinalium sacris tuendis Ritibus praepositorum remisit, ut sententiam suam hac in re panderet. Sacra autem Congregatio in Ordinariis Comitiis die 23 Martii 1885 ad Vaticanum habitis, referente Emo. et Rmo. Cardinali Promotore, omnibusque maturo examine perpensis, postulationi, a tam ingenti numero eximiorum Praelatorum propositae, responsum dedit: *Consulendum Sanctissimum pro gratia.*

Hisce vero omnibus subinde per Sacrorum Rituum Congregationis Secretarium, Eidem Sanctissimo Domino Nostro fideliter relatis, Sanctitas Sua sententiam sacrae Congregationis in omnibus confirmare et approbare dignata est: ideoque Sanctum Vincentium a Paulo omnium Societatum charitatis in toto Catholico Orbe existentium, et ab eo quomodocumque promanantium, ceu peculiarem apud Deum Patronum declaravit et constituit; cum omnibus honorificentiis caelestibus Patronis competentibus: mandavitque de his Apostolicas litteras in forma Brevis expediri, die 16 Aprilis eiusdem anni 1885.

D. Card. BARTOLINIUS S. R. C. *Praef.*

L. ✠ S.

LAURENTIUS SALVATI S. R. C. *Secr.*

DE PRIVILEGIO BENEDICENDI PARAMENTA SACRA

NOTA: Quidam e Nostratibus expostularunt ut in *Analectis Ordinis* documenta referrentur dictum privilegium spectantia. Quum autem de hocce privilegio certissimo et a nemine in dubium revocato tot in promptu adsint documenta, sufficiet hic unum ex illis alterumve transcribere.

« Paramenta ecclesiastica et ornamenta omnia, tam ministrorum quam altaris, sunt per episcopum benedicenda; cap. Vestimenta, 42, de Consecrat. dist. 1, ita ut simplices sacerdotes illa benedicere non possint, neque ex delegatione et permissione episcopi, nisi ad hoc habeatur speciale privilegium Sedis Apostolicae, a qua interdum conceditur personis in dignitate ecclesiastica constitutis, dummodo in eis non sit adhibenda sacra unctio, vel oleum sanctum, quae ab ipso tantum episcopo ordinato et consecrato benedicenda, inungenda et consecranda sunt, ut censuit Sacra Congreg. Rit., in Brixien. 12 et 14 Maii 1616; in Taurinen. Pistorien 9 Octobr. 1610; in Imolen. 14 Novembr. 1615; in Ianuen. 12 et 14 Maii 1616; in Saonen. 3 Decembr. 1616; in Taurinen. Pistorien. et Tarvisina 2

Maii 1619; in Novarien. 21 Martii 1620; in Tridentina 7 Augusti 1621, et in Ceputaquen 20 Iulii 1630. — Et de facto haec facultas benedicendi paramenta et ecclesiastica ornamenta et vasa in quibus non adhibetur sacra unctio, fuit concessa diversis archidiaconis, decanis, archipresbyteris, aliisque personis ecclesiasticis, a Sacra Rit. Congreg., et signanter in Aquileien. 20 Aprilis 1599; in Elven. 17 Maii 1600; in Lugdunen. 29 Ian. 1605; in Zamoren. 15 Novembr. 1603; in Maten. 18 Novembr. 1606; in Ruthen. 9 Maii 1609; in Augustana 12 April. 1614, et in Gnesnen. 3 Septembr. 1621.

— Et hanc facultatem habent omnes praelati regulares, scilicet generales, provinciales, Guardiani, priores aliique omnes superiores locales quocumque nomine nuncupentur, ex amplissimo privilegio Leon. X, in const. incip. *Religionis suadet*, concesso minoribus de Observantia, et ex aliis a variis summis pontificibus, concessis aliis regularibus, ut a Joanne XXII, Sixto IV, Innocentio VIII, Eugenio IV, Julio II, Paulo III, Gregorio XIII, et aliis; cum hac tamen limitatione, ut non possint benedicere paramenta et ornamenta ecclesiastica nisi pro usu tantummodo suarum ecclesiarum, ut expresse dicit Leo X, in cit. const., ibi: Pro vestro usu tantum; et pluries declaravit Sacr. Congr., et signanter 24 Augusti 1609, 18 Augusti 1629, et 23 Martii 1632, his verbis: « Abbates, priores, guardiani et alii religionum praelati, etiam ex Societate Iesu, habentes privilegia benedicendi vestes sacras, caemeteria et similia, dicto privilegio uti non possunt, nisi in iis rebus, in quibus sacra unctio non adhibetur, et pro servitio duntaxat monasteriorum et ecclesiarum propriarum; » et in decreto circa usum pontificalium praelatis episcopo inferioribus concessorum a Sacra Rit. Congreg. ordinaria habita coram sanctissimo domino nostro Alexandro papa VII, emanato die 27 Septembris 1659, § 18, his verbis: « Ecclesiasticam supellectilem pro servitio duntaxat suarum ecclesiarum vel monasteriorum benedicant. » — Sic etiam abbates aliique praelati habentes privilegium benedicendi calices, patenas, campanas et similia, in quibus adhibetur sacra unctio, possunt tantummodo haec facere pro usu suarum ecclesiarum, ex mox citato decreto circa usum pontificalium, num 10, his verbis: « Reliqua pontificalia extra loca ipsis abbatibus subjecta, vel pro servitio alienae ecclesiae, aut in subditos pariter alienos, etiam de licentia ordinariorum exercere non valeant, puta campanarum benedictiones, calicum et similium, in quibus sacra adhibetur unctio, nec non minorum ordinum collationes.

(**Ferraris**: Prompta Biblioth. — Verbo **Benedictio** Art. I. n. 17. et seqq.

Non aliter apud Mühlbauer.

« Regulares Superiores vel alii sacerdotes in capitulis deputati possunt benedicere et reconciliare suas ecclesias, coemeteria et oratoria ex variis summorum Pontificum privilegiis et signanter ex privilegio concesso minoribus de observantia a Leone X. in const. incip.: « *Religionis suadet,* » his praecisis verbis: « Nos igitur, qui religiosarum personarum vota, per quae eorum dispendiis obviatur ac commodis et profectibus providetur, studio charitatis libenter prosequimur, hujusmodi supplicationibus inclinati etc. ac vestris ordinis Generalibus, Provincialibus, Vicariis et Custodibus ac Guardianis pro tempore existentibus praefatis, ut qomnia et singula ejusdem ordinis de Observ. ecclesias, caemeteria et capitula, et oratoria ubicumque existentia, receptas et recepta, recipiendas seu recipienda **ac paramenta et ornamenta ac alia quaecumque** ad divinum cultum et usum vestrum necessaria, in quibus chrisma

non intervenit, pro vestro usu tantum, solemni benedictione ac etiam per Vicarium seu Guardianos aut alios ad hoc a vobis in vestris capit. gener. provide deputandos, benedicere ac illas seu illa et eorum qualibet sanguinis seu seminis effusione seu alias quomodolibet pollutas seu polluta quoties opus fuerit aqua per vos (praesertim in locis ubi Episcopum aquam benedicentem per duas dietas adire non poteritis) benedicta reconciliare libere et licite valeatis auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus; non obstante etc. » Novar in summa bull. 2. part. tit. de consecr. eccles. regul. N. 9; Ventriglia tom. 2. annot 17. § 2 num. 32, et alii passim.

Et hoc privilegium extenditur etiam ad usum monialium existentium sub regimine Regularium, ut docet Mirranda tom. 3. cap. 40. act. 1 conclus. 2. et alii.

(**Decreta authentica** Congr. Sacrorum Rituum - Collectio Volfgangi Mülhbauer: *Suppl.* Tom. I. *V.º:* **Benedictio** N. 27 c.)

Ibidem reperitur decisio S. Rit. Congregationis quae sic:

« *Ad dubium III*: An Superiores Regularium et Rectores, Priores, Guardiani, Ministri et alii possint explere benedictiones omnes, in quibus S. Chrysma non requiritur?

S. Congregatio respondit: Posse pro suis Ecclesiis, supposito S. Sedis privilegio: N. 4159 die 16 Maji 1744) Coll. citata. vol 1. Verbo **Abbas.** n. 5.

ACTA ORDINIS

MONITUM

Rmi P. Procuratoris et Commissarii Generalis

Ex ultimis notitiis, circa Rmi P. Generalis ad partes Orientales itinerationem, habetur quod Rmus Pater Generalis, una cum A. R. P. Antonino a Reschio pro Missionibus Secretario Generali, feliciter Corcyram (Corfù) pervenit, et Cephaloniam nec non et Syram, Missionariosque harum residentiarum paterne visitavit. Et deinde iter, non obstante procella minitante prosequens, Smyrnam appulit, ubi moram, vulgo *quarantena*, ob contagiosam luem omnibus littoris europei navibus impositam, per duodecim dies, sustinere debet.

Oremus ergo omnes ut Rmus P. N. Generalis, Seraphici Francisci Successor, post faustissimum visitationis exitum, « cum pace, salute et gaudio » revertatur ad propria.

E Coenobio nostro Immac. Conceptionis die 15 Septembris.

Fr. Bruno a Vintia

Procurator et Commissarius Genlis Cap.

CAPITULA PROVINCIALIA

POST NOVISSIMUM GENERALE CAPITULUM CELEBRATA

XXX. CAPITULUM PROVINCIAE PENSYLVANICAE.

celebratum in Conventu Cumberlandiae die 18 Augusti 1885.

ELECTI

Minister Provincialis: **A. R. P. Hyacinthus a Durachio.**

1. Definitor. A. R. P. Franciscus a Rüdescheim.
2. » » » » Felix a Zill.
3. » » » » Iosephus Calas. ab Augusta Vindelicorum.
4. » » » » Antonius Maria a Rorup.

1. Cust. Gen. » » » Mauritius a Fristinga.
2. » » » » » Ildefonsus a Kappel.

XXXI. CAPITULUM PROVINCIAE STYRIAE
celebratum in Conventu Leibnitii die 18 Augusti 1885:

ELECTI

MINISTER PROVINCIALIS: **A.R.P. Raphael ab Altlack.**
1. DEFINITOR A. R. P. Laurentius a Stilfs.
2. » » » » Bonifacius a S. Nicol. in Saus.
3. » » » » Constantinus a Morcsa.
4. » » » » Fridericus ab Altlack.
1. CUST. GEN. » » » Norbertus a Fynhorsovio.
2. » » » » » Ferdinandus a Laengenfeld.

XXXII. CAPITULUM PROVINCIAE HELVETICAE
celebratum in Conventu Lucernae die 21 Augusti 1885.

ELECTI

MINISTER PROVINCIALIS **A.R.P. Iustinianus a Rheineck.**
1. DEFINITOR A. R. P. Romanus a Lunkhosen.
2. » » » » Pius a Willisau.
3. » » » » Aloisius ab Hergiswyl.
4. » » » » Jeremias a Nendaz.
1. CUST. GEN. » » » Romanus a Lunkhosen.
2. » » » » » Anastasius ab Artha.

FRAGMENTA SERAPHICA

COMMEMORATIO
IN TRANSITU S. PATRIS N. FRANCISCI.

Inter plurimos cultus sive deprecationis modos quibus familiae franciscales suam erga Seraphicum Patrem devotionem expromere contendunt, nullus, ut putamus, praeter liturgicas preces, dignior, nullus simplicior, nullus teneritudine filiali redolentior quam ritus qui audiit *Commemoratio transitus S. P. N. Francisci* quique a seculis apud omnes divi Francisci familias in usu est; cujus formula non solum in antiquis Ordinis Breviariis sed etiam in quampluribus Ordinis Tertii Manualibus inseritur.

Ut igitur hujusmodi tam pia tamque salutaris consuetudo magis ac magis et solemnius apud nos servetur, hic *per integrum* ritum formulamque authenticam inserere opportunum existimamus, adhortamurque omnes Fratres ut fideliter ac devote praefatae Commemorationi interveniant et seorsim, si occupationibus necessariis forte detineantur, pro sua filiali devotione recitent, Tertiariosque impellant ad illum usum exacte servandum. Sicut enim universam christianam familiam decet Redemptoris ac Domini mortem, in ipsamet hora post meridiem tertia, commemorari, sic etiam familia franciscalis horam dulcissimi transitus Seraphici Patris, quem Deus voluit imaginis Filii sui maxime conformem, peculiari cultu recolere debet.

In transitu S. Patris N. Francisci.

Die 4 Octobris circa occasum solis, qua hora S. P. N. Franciscus evolavit in coelum, vel immediate post Vesperas, convenient Fratres ad Sacellum ipsius S. Patris, et ibi majori, qua fieri potest, devotione et solemnitate, stantes ante ejus aram incipient ab hac Antiph.

O sanctissima anima, in cujus transitu coeli cives occurrunt, Angelorum chorus exultat, et gloriosa Trinitas invitat, dicens: Mane nobiscum in aeternum.

Psalmus 141.

Voce mea ad Dominum clamavi: * voce mea ad Dominum deprecatus sum.

Effundo in conspectu ejus orationem meam: * et tribulationem meam ante ipsum pronuntio.

In deficiendo ex me spiritum meum: * et tu cognovisti semitas meas.

In via hac, qua ambulabam: * absconderunt laqueum mihi.

Considerabam ad dexteram, et videbam: * et non erat qui cognosceret me.

Periit fuga a me: * et non est qui requirat animam meam.

Clamavi ad te, Domine: * dixi: Tu es

spes mea, portio mea in terra viventium.

Intende ad deprecationem meam: * quia humiliatus sum nimis.

Libera me a persequentibus me: * quia confortati sunt super me.

Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo: * me expectant justi, donec retribuas mihi.

Gloria Patri. Sicut erat.

Ultimus versus. Educ de custodia, *cani debet, quia Seraphicus Pater, dictis his verbis, expiravit. Hinc post* Gloria Patri, *genuflectitur, et recitantur quinque* Pater et Gloria, *et postea immediate canitur Antiph.* Salve, sancte Pater, patriae lux, forma Minorum, virtutis speculum, recti via, regula morum, carnis ab exilio duc nos ad regna polorum.

℣ Franciscus pauper et humilis, coelum dives ingreditur. ℟ Hymnis coelestibus honoratur.

Oratio

Deus qui hodierna die animae beati Patris nostri Francisci aeternae beatitudinis praemia contulisti, concede propitius: ut qui ejus migrationis memoriam piis affectibus celebramus, ad ejusdem beatitudinis praemia feliciter pervenire mereamur. Per Dominum. ℣ Dominus vobiscum. ℟ Et cum spiritu tuo. ℣ Benedicamus Domino. ℟ Deo gratias.

Post haec Superior, vel Sacerdos pluviali indutus, benedicit populo cum Reliquia sancti Patris nostri Francisci, et interim pulsantur organa et campanae.

TERTIUS ORDO S. P. FRANCISCI ET ARCHICONFRATERNITAS pii operis a Communione hebdomadaria Virorum nuncup. in Ecclesia FF. Minor. Capuccinorum civitatis Nannetensis erecta.

Gemitibus inenarrabilibus, per mosaicae legis prophetas et sanctos, luxit Spiritus Sanctus de filiis Israel qui « dereliquerunt Me fontem aquae vivae »; et Dominus Noster Iesus Christus Dei Filius, ne fame et siti consumptos in huius vitae deserto, fratres suos et amicos perire doleret, omnes repetitis suavis eloquii instantiis urget ut ad fontem accedant salientem in vitam aeternam. Non igitur mirum est quod Seraphicus P. Franciscus, Christi imago viva, suos centiesque milliesque, verbis et exemplis, adhortatus fuerit ut practicam erga SSmum. Eucharistiae sacramentum, vitae fontem, gloriae pignus, coelestem animae cibum, in seipsos et in alios, fovere et accendere satagerent.

Et hinc est quod a Divi Francisci temporibus ad hancce nostram usque tempestatem, opera erga SSmam. Eucharistiam vere grandia et quaeque in moribus populi chistiani funditus insita reperire est, filios S. Francisci inclytos saepe saepius promotores habuisse aut instigatores, historia testatur et Annales comprobant hodiernae.

Vix quotuor elapsi sunt anni ex quo quidam animosiores Tertiarii fraternitatis Nannetensis, in ecclesia Conventus nostri erectae, in hanc piam, Deo dante et zelantissimo fraternitatis Directore P. Adolpho a Bouzillé sapienter inspirante, devenere cogitationem: nempe singula cujuslibet hebdomadae feria quinta, in quamdam praefatae civitatis ecclesiam unitim et publice accedendi ut ibi orarent et sacra synaxi reficerentur, recte autumantes quod multi viri, aliunde recti et morigerati, quos indifferentia practica aut conscientia haud recte formata, vel etiam et praesertim malus mundi respectus, a sacra mensa removet, efficaciter per exemplum ad melius animarentur. Et re quidem vera pusillus grex Tertiariorum sensim accrevit dum, singula quaque feria quinta, tum in hanc, tum in illam ecclesiam conveniebant, adeo ut ne uno quidem elapso anno, viginti cir-

citer viri, qualibet hebdomada, in singulis ecclesiis, publice et absque ullo humano respectu, sacris interesse et sanctam accipere communionem, haud sine aedificatione, visi sunt. Quibus omnibus SSmo Domino Nostro Papae fideliter relatis, Sanctitas Sua felices inceptus benedictionibus et sacris indulgentiis fovere ac roborare dignata est, per Litteras Apostolicas in forma Brevis diei 8 Aug. 1882, incip.: « *Penes Congregationem Tertii Ordinis* ».

Verum enimvero hujusmodi opus, in latiorem stabilioremque efficaciam, quadam lege firmare et praeceptis directivis praemunire necessarium esse praesto compertnm est. Ideoque praelaudatus Director, accersitis Fraternitatis officialibus, omnibusque perpensis, statuta condidit **Operis** *a Communione hebdomadaria vivorum sub protectione S. Francisci Assisiensis* (1), dum pariter Illmus ac Rvmus Nannetensis Episcopus, dictam Associationem, laetanti animo, in confraternitatem et praecise ad altare Divo Francisco sacrum in ecclesia FF. Min. Capuccinorum Conventus Nannetensis rite erexit. Ast bonum est sui diffusivum et exempla trahunt. Quapropter Opus paulatim de Nannetensis ad alias civitatis sese extendi, eadem de causa, eademque salutari ubique aedificatione. Pictaviensis, Cenomanensis, Brestensisque primo, dein vero Corisopitensis et Augustdunensis civitates dictam Associationem contra malum mundi respectum certatim aemulatae sunt, dum in Belgio alius Capuccinus, R. P. Liebertus a Mechlinia, seraphico spiritu et indefesso zelo, similes fraternitates in praecipuis civitatibus erigi curabat

Hisce stantibus, praelaudatus Episcopus Nannetensis qui, provida sapientia et vere apostolica charitate, nil intentatum relinquit ut opera pia in sua Dioecesi magis florescant et Fraternitatem a Communione hebdomadaria peculiari prosequitur affectu, erectas hinc inde fraternitates in unum aggregare opportunum scite existimavit, et a S. Sede proinde, per Revmum P. Procuratorem Generalem Ordinis Nostri, postulavit et obtinuit ut Fraternitas Nannetensis ad Archiconfraternitatis dignitatem et jura elevaretur.

Hic supplicem libellum Rmi Episcopi Nannetensis referimus necnon Breve pontificium quo erigitur Archiconfraternitas Nannetensis. Ex his enim documentis, longe melius quam ex nostra relatione, perspicitur quam fecundum, quamque SSmo Dno Nostro Leoni XIII acceptum sit Opus a *Communione hebdomadaria vivorum sub protectione S. P. Francisci* nuncupatum.

Beatissime Pater.

Infrascriptus Nanneten. Episcopus, ad pedes S. V. humillime prostratus exponit qualiter ipse in ecclesia FF. M. S. Fr. Capuccinorum, ad normam Constitutionum Pontificiarum et speciatim Clem. VIII quae incipit: *Quaecumque à Sede Apost.* Confraternitatem erexerit *Operis a Communione hebdomadaria virorum sub protectione S. P. Francisci:* quod pium Opus, directioni et zelo praelaudatorum PP. Capuccinorum commissum, jam S. V. per suas diei 8 Aug. 1882 in forma Brevis Litteras, paternis fovere benedictionibus necnon sacris Indulgentiis ditare benigne dignata est.

Porra praefata Confraternitas suos protulit fructus in suavitatem odoris, fructus

(1) Qui voluerint penitius *Opus a Communione hebdomadaria* ipsiusque statuta scrutari, attente perlegant opellam ab ipso P. Directore scriptam gallico idiomate: *Manuel de l'Œuvre de la Communion hebdomadaire pour les hommes, sous la protection de S. François d'Assise, érigée en Archiconfrérie: par le R. P. Adolphe de Bouzillé des FF. Min. Capucins*: Nantes 1885.

honoris et honestatis: illosque uberiores praenuntiat plurimorum aemulatio qui post promulgatam S. V. Epistolam Enciclycam diei 17 septembris an. 1882, Tertium S. Fr. Ordinem, corde magno et animo volenti, vel ingressi vel in spiritu seraphico renovati, strenue nunc adlaborant ut « christianae honestatis decora in civitate » reviviscant. Et exinde factum est quod, multiplicata Franciscali sobole, creverit pariter numerus eorum qui « singulis anni hebdomadibus, insimul in eadem ecclesia congregati — prout in praelaudato Brevi d citur, — ad sacram synaxim accedunt, sicque bono exemplo suo ad sacramentorum frequentiam ii excitantur quos malus mundi respectus a sacra Mensa detinet ».

Verum enimvero, haud sine intimo et praedulci cordis sui gaudio, humilis Exponens, Viros Nannetensis huic operi adscriptos audiit non tantum in Civitate Nannetensi, sed et in aliis, speciatim Pictaviensi, Cenomanensi, Brestensi, Galliae civitatibus, imitatores habuisse et aemulos, quos proinde optimum, ut videtur, foret in unum aggregare ut fraterno ligamine firmiores, Archiconfraternitatis gratiis alacriores, et unica directione ad bonum expeditiores evadant: et ideo supplex adest quatenus S. V. pro sua paterna benignitate, memoratam *Confraternitatem a Communione hebdomadaria virorum sub protectione S. P. F.* in ecclesia PP. Capuccinorum Nannetensis Civitatis canonice erectam, ad titulum dignitatemque Archiconfraternitatis cum gratiis, juribus atque privilegiis solitis, ad uberius animarum bonum, elevare dignetur.

Et Deus

Nannetis die 23 Novembris 1883.

✠ JULIUS EP. NANNETEN.

Hisce precibus Sanctitas Sua benigne annuere dignata est per seq. Litteras in forma Brevis.

LEO P. P. XIII

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Pios homnium coetus in Domini nomine ad pietatis charitatisque opera in majorem Dei gloriam et sempiternam animarum salutem exercenda congregatos, ex Praedecessorum Nostrorum more, peculiaribus benevolentiae Pontificiae significationibus libenter prosequimur, ut iidem incrementa suscipiantu berioresque in dies fructus producant. Hinc precibus Nobis admotis obsecundantes, Sodalitatem a pio Opere Communionis Hebdomariae nuncupatam, atque in ecclesia Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci Capulatorum Civitatis Nannetensis legitime, ut asseritur, institutam, splendidiori titulo ac privilegiis aequo animo honestamus. Quare, omnes et singulos quibus hae Litterae Nostrae favent, peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis quovis modo vel quavis de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes, supradictam Sodalitatem in

Archisodalitatem cum omnibus et singulis juribus, honoribus et praeeminentiis solitis et consuetis, perpetuo erigimus et instituimus.

Archisodalitatis autem sic erectae proceribus et sodalibus, ut alias ejusdem nominis atque instituti Sodalitates in Turonen. Provincia tantum ecclesiastica existentes, eidem Archisodalitati, servatis tamen forma Constitutionis fel. rec. Clementis P. P. VIII. Praedecessoris Nostri coeterisque Apostolicis Ordinationibus desuper editis, aggregare illisque omnes et singulas Indulgentias, peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes ipsi Sodalitati modo in Archisodalitatem hisce Litteris Nostris erectae a Sede Apostolica concessas, quae tamen communicabiles sint, communicare libere liciteque possint et valeant, Apostolica item Auctoritate Nostra, harum Litterarum vi, perpetuum in modum concedimus et indulgemus. Decernentes has Litteras Nostras firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, dictisque in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores ac S. Romanae Ecclesiae Cardinales etiam de latere Legatos ac Sedis Apostolicae Nuncios et alios quoslibet quacumque praeeminentia et potestate fungentes et functuros, sublata eis et eorum cuilibet, quavis aliter judicandi et interpretandi facultate et auctoritate, judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, et quatenus opus sit supradictae Sodalitatis, aliisve quibusvis etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis et Litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis confirmatis et innovatis, quibus omnibus et singulis illorum, tenore praesentium, pro plene et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die XI Januarii, M D CCC LXXXIV. Pontificatus Nostri anno sexto.

Th. Cardin. Mertel.

† Locus sigilli

Gaudeamus igitur in Domino quod hisce hodiernis, etsi infaustissimis diebus, non minor evasit inter nos zelus a seraphico P. Francisco, suis filiis, tanquam haereditarium patrimonium, transmissus. Et quidem nobis oportet gloriari in cruce D. N. Jesu Christi, non autem gloriam quaerere nostram, nec opera crepantibus buccis extollere nostra. Opportunum tamen imo necessarium est ut ex relatione eorum quae in tali talive Provincia, ad gloriam Dei et salutem animarum péraguntur (1), omnes nostrates, laudabili quadam aemulatione, ad salutiferos labores magis ac magis incitentur, et opera pia quae in aliis Ordinis provinciis florent, unusquisque in propriam provinciam, sub benedictione superiorum, pro posse, imitari contendat. Non enim ad Ordinem Seraphicum vocavit nos Dominus, Misericordiarum Pater, ut tantum, in eremis vel in monasteriis a coetu hominum dissitissimis adunati, propriae incumbamus sanctificationi; sed etiam ut ministerio verbi et bonis exemplis omnes Christo lucrifaciamus. Eia ergo, alacres et impigri « dum tempus habemus operemur bonum » et illa Seraphici Patris aurea perpendamus verba: « Consideremus, Fra- « tres charissimi, vocationem nostram, « qua vocavit nos misericorditer Deus, « non tantum pro nostra, sed pro mul- « torum etiam salute, ut eamus per « mundum exhortando omnes plus exem- « plo, quam verbo, ad agendum poeni- « tentiam de peccatis suis, et ad haben- « dam memoriam mandatorum Dei. No- « lite timere, quia pusilli et insipientes « videmur; sed securi annnuntiate sim- « pliciter poenitentiam, confidentes in « Domino, qui vicit mundum, quod spi- « ritu suo loquetur per vos, et in vobis, « ad exhortandum omnes, ut convertan- « tur ad ipsum, et ejus mandata obser- « vent. »

(1) Gratitudinis expromimus sensa iis omnibus qui de Operibus in variis locis a Nostratibus promotis documenta transmittent.

MINORES CAPUCCINI

IN

ALMA DOMO LAURETANA

VI (1)

Documenta, circa officia collata Capuccinis in Alma Domo Lauretana sub Scipione Borghesio Cardinali Nepote ac ejusdem Almae Domus Protectore, quae in praecedenti fasciculo promisi ac afferre coepi, nunc prosequor.

Et in primis sint litterae missae Roma a Reverendissimo Patre Hieronimo a Castroferettorum tum totius Nostri Ordinis Procuratore Generali ad Reverendum Patrem Guardianum Fratrum Capuccinorum Laureti.

Foris

Al Reverendo Padre
Il Padre Guard. de' Frati Cappuccini
di Loreto.

Intus

Reverendo Padre,

L'Illmo sig. Cardinale Borghese Protettore della Santa Casa dessidera sopramodo a giovamento pubblico e privato di appoggiare tre Offitij ai nostri frati che habitano, e che di tempo in tempo habiteranno in cotesto Santo Luogo. L'uno è che nel Tinello de' Religiosi siano i nostri frati sopraintendenti, il che consiste particolarmente nel ricevere i Religiosi Pellegrini con carità; nel fare che dagli Offitiali siano governati con delicatezza religiosa, e che non si manchi dalle convenienti benedittioni e rendimento di gratie.

L'altro porta che habbiamo la sopraintendenza nell'Hospitale de' poveri infermi, affinchè non si manchi loro di quelle cose

(1). Vide *Analecta* Fasc. IX pag. 272.

necessarie, che ricercano i bisogni e le varietà dei mali.

Et il terzo che debbiano haver il carico delle limosine della dispensa contigua al nostro luogo.

Hora e per la parte di S. Signoria Illma che dessidera, il dessiderio della quale è gratia e volere, e per la parte degli Offitij, che per se stessi non solo non ripugnano, ma convengono alla nostra professione; si è risoluto qua che dalla P. V. siano con ogni prontezza di animo ricevuti, quando le saranno dati con gli ordini necessarij, e che appresso siano praticati secondo che poteranno gli obblighi, le regole, e le istruttioni che a questi effetti da chi si devono esebire Le saranno esebiti.

Siano dunque così dalla P. V. come dai successori suoi ricevuti e pratticati, come porta il tenore della presente, da mostrarsi per la essecutione dalla parte che appartiene a noi a Monsignor Pignatelli Vescovo di Iesi, che al presente d'ordine del medesimo Illmo Cardinale si trova in Loreto, et a Monsignor Governatore di cotesta città.

Di Roma li 15 luglio 1620

F. Girolamo da Castelferretti
Procuratore Generale I.

Nunc veniunt litterae, quibus Dominus Marcellus Pignatelli Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Esinus, et Almae Domus Laure anae Visitator deputatus ab Illmo ac Revmo Domino Cardinali Borghesio ejusdem Almae Domus Protectore, confert de facto supraddicta Officia Capuccinis pro tempore Laureti existentibus.

« D. Marcello Pignatelli per la Dio gratia et della Sede Santa Apostolica Vescovo di Iesi, et Visitatore deputato dell'Illmo et Revmo signor Cardinal Borghesi Protettore della Santa Casa.

Trovandosi la Santa Casa di Loreto nella necessità di sopra intendere fedelmente et con carità al governo del Refettorio per Sacerdoti e Chierici forastieri tanto Regolari, quanto secolari, et del Hospitale dell'Infermi et distribuire l'emosine, et di far l'hostie per la Chiesa, si è risoluto di appoggiare detta sopraintendenza, et detto pensiero di fare hostie alli RR. PP. Capuccini, che per li tempi si trateranno nel Hospizio che si trova in questa Città, come Religiosi spogliati d'ogni interesse, et pieni di carità. Come si è fatto con ordine ancora di detto Illmo Signor Cardinale Protettore, che mi ha fatto anco capitare l'Obbedienza in mano mia consegnata al P. Guardiano delli medesimi Capuccini. Per ciò comandiamo a tutti gli Offitiali di Santa Casa e Ministri di tutti detti luoghi pij e che partecipano in qualsivoglia modo nelle cose predette, che obbediscano puntualmente ai detti Padri Capuccini in tutte le cose che spettano alli suddetti ministerj, e li riconoscano per tali: et se non lo faranno, sarà contro di loro fatto convenevole rimprovero, anco col privarli de loro offitij.

In fede data in Loreto

Li 17 di Agosto 1620

D. MARCELLO Vescovo di Iesi

Loco ✠ Sigilli

Domenico Sarti
Cancelliere.

Sequuntur Regulae quas Capuccini observare debent in fungendis antedictis officiis.

Capitoli per l'Elemosina

Il Padre Capuccino non darà elemosina a chi non haverà il bollettino di essersi confessato.

Non si darà elemosina a nessun forastiero più di due volte.

Non la darà a nessun povero della città perchè gli si provvederà alle case loro.

Il Capuccino farà nota di tutto il pane e vino che si darà per elemosina di giorno in giorno, et il pane e vino che avanzerà lo riporrà sotto le chiavi dispensandolo poi nell'elemosine seguenti.

Capitoli pel Refettorio.

Che nessun Religioso o secolare o claustrale che sij, si ammetta al refettorio se non haveranno le loro dimissorie passate da Monsignor Vicario, ovvero le loro ebbedienze.

Che secolari non sieno ammessi al refettorio senza licentia di Monsignor Governatore.

Che nessuno sij ammesso al Refettorio più che per quattro posti.

Che nel Refettorio si facciano le solite Beneditioni, Rendimenti di gratie et si legga di continuo alla mensa.

Che il Capuccino facci nota del pane e vino che si darà in Refettorio.

Capitoli per l'Hospitale.

Che l'elettioni de gli serventi sia fatta dai Padri Capuccini colla partecipatione di Monsignor Governatore.

Che si fossi un pollaro per servitio de gli ammalati, et habbino cura i Padri Capuccini che non serva se non per detti ammalati.

Che il priore habbia un libro nel quale subito giunto l'ammalato noterà il dì che vi è ricevuto col nome, cognome, patria et eta, e di sotto immediatamente in presenza del Padre Capuccino farà inventario distintissimo di tutte robbe che haveva portato seco l'ammallato, anco dei panni di dosso sino alla camicia: et ogni cosa minutamente si riporrà in un viluppo nella stanza a questo deputata sotto chiavi da conservarsi dal medesimo Priore; e così anco li denari. Se l'infermo guarirà gli sia restituito il tutto et in margine dell'inventario, sapendo l'ammalato guarito scrivere se gli facci di suo pugno notare: io tale etc. parto hoggi etc. da questo hospedale et ho ricevuto tutte le robbe di questo inventario. Et non sapendo scrivere ci facci nota il Padre Capuccino; come partendo a dì etc. il tale in mia presenza li sono state restituite tutte le robbe di questo inventario: F. N. Capuccino di propria mano.

Se l'ammalato moriva ed avrà testato o disposto se ne eseguisca la volontà dell'infermo, e ne sia fatta nota di tutto in margine, dal Capuccino con sua sottoscrittione. Se l'ammalato non avrà testato ne disposto, la robba e denaro resti all'Hospitale, sotto le chiavi presso il Priore, e dal Capuccino in margine si facci nota, come l'infermo è morto senza dispositioni, et è restata la roba sotto chiavi al Priore.

Il Capuccino poi farà nota in un libro al Priore dell'Hospitale quanti ammalati saranno ciascun giorno dentro l'Hospitale.

Epistola profertur qua Reverendus Pater Ioannes-Baptista a Pisauro Guardianus nostri conventus Laureti certiorem reddit A. R. P. Hieronimum a Castroferettorum Procuratorem Generalem totius nostri Ordinis de ordinationibus antedictis, de modo quo putat eas esse observandas deque nonnullis difficultatibus, quae in hoc facile obviam venient.

Molto Revdo Padre,

Due giorni sono, questi Signori mi portarono gli ordini per gli offitij appoggiati ai nostri padri, dai quali ho estratto quelli soli che appartengono a noi; e gli mando alla P. V. M. R. facendole anche sapere che di tutte le cose che occorreranno alla giornata, sì circa all'esecutione di detti ordini, come ad altre cose che potessero aver bisogno di ordini nuovi, o moderatione dei fatti, detti signori si rimettono alla prudenza dei Padri.

Le mando ancora la patente fatta da Monsignor Pignatelli a questo proposito

ai Padri, quale pare a me sij molto favorita; nella quale V. P. vi vederà, oltre agli tre offitij datici, il pensiero ancora di far le ostie per il quarto, del quale non feci mentione nessuna alla P. V. posciachè dopo venutami l'obbedienza sua, per un nuovo disordine che si ci trovò in questo offitio, fui pregato con ogni caldezza a voler pigliare questa poca briga ancora sopra di noi. Et con tutto che facessi in più volte troppa resistenza non di meno, à persuasione ancora di Monsignor Governatore, ha bisognato accettare; e di già si è messo in pratica con maggiore facilità assai di quello che mi pensavo.

Circa gli offitij in pratica, l'Hospedale sarà il meno faticoso, perchè non occorrerà ogni giorno esservi ma solo alle volte e per recreatione trovarvisi essendovi buon Rettore et Offitiali. Al Refettorio la mattina, mangiato che hanno i Frati, due ne vanno in quel luogo e ricevono i Religiosi vedendo con carità le loro dimissioni ponendoli alla mensa, facendo le solite beneditioni e rendimenti di gratie, essendovi uno a posta che legga alli Religiosi sino che si mangia. E di già ho fatto fare provvisioni di biancherie e di tutte le altre cose necessarie alla politica religiosa, havendo ritrovato il tutto con tanta miseria che sarebbe lungo il scriverla. Finita poi ogni sera la cena fo dire le Litanie della Madonna con devotione e così chi vede resta edificato e soddisfatto. Danno questi Signori mezza libbra di carne per pasto a ciascheduno, sedici oncie di pane, quanto vino bisogna e la minestra: vita che può fare ogni galantuomo. Circa la distributione dell'elemosina habbiamo una stanza grande, nella quale ci si portera il pane e il vino, nel distribuire le elemosine due volte al giorno tengo questo stile: La mattina mangiato che hanno i Frati, si va al luogo detto, e si da a ciascun povero un pane di otto oncie, e si fa entrare dentro a quella stanza, finiti che sono di entrare tutti ed il pane vengono mangiando, et nell'uscire di detto luogo si da a ciascheduno una tazza di vino, il qual negotio si fa tutto in un hora, l'istesso si osserva anche la sera: et questo offitio l'ho dato a F. Stefano, quale mi serve mirabilmente. Questo veramente è il piu fastidioso poichè si ha da fare con mille cervelli.

E poichè vi era un solito, che donne del paese e putti a certi tempi venivano in quantità per l'elemosina: nel discorrere di questo offitio particolarmente mi protestai assolutamente con questi Sig. Illmi, che ogni volta si havesse a dare elemosina in quel modo a donne paesane, onninamente haveressimo rinunziato quel carico: non essendo pratica di reputatione religiosa.

Onde essi hanno ordinato espressamente, che nè a donne nè a putti del paese si dij elemosina in questo modo: ma deputeranno persone che vederanno i bisogni de' paesani poveri e gli daranno il pane alle case loro. Se metteranno in pratica questi ordini bene: quando nò, tornerà meglio a rinunziarlo, che a praticarlo con poca reputatione. Non Le sarò più lungo; diro solo che circa il nostro vivere poi si e ordinato che si dij ai Padri tutto ciò che addimanderanno, e di già habbiamo cinque libbre di carne al giorno: il Mercoldì, il Venerdi e il Sabato quattro libbre di pesce e tutto quello che si addomanda.

Il Signore La conservi.

Dalla S. Casa a di 21 Agosto 1620

D. V. P. M. R.

Figlio nel Signore

F. Gio. Battista da Pesaro

Responsio A. R. P. Patris Hieronimi a Castroferretorum totius Nostri Ordinis Procuratoris Generalis ad supra relatam epistolam.

R. P. in Cristo

Ho letta la lettera di Vostra Reverenza scritta sotto il dì 21 di questo mese ed anno, e le altre cose scritte che mi mandò con questa accusata. In risposta: il tutto mi piace d'importanza, eccetto una cosa, la quale è il cominciare a muovere la pedina della rinuntia dall'offitio della limosina: questa cosa della rinuntia non mi piace, eziandio che ne seguitasse quell'obbligo del quale si dà cenno; perchè dato anche che ne seguitasse quell'obbligo, si potrebbero bene aggiustare le cose dimodo, che potrebbero riuscire non con male esempio, ma con molta edificatione: Preghi per me.

D. Roma li 28 Agosto 1620

D. V. R.

Affmo in Cristo e Servo Umilmo

F. Girolamo da Castelferretto

Procuratore Generale I.

MONUMENTA ANTIQUA.

« Historia vera della crudeltà usata per veleno verso li Padri Capuccini della città di Cales in Piccardia dalli heretici calvinisti di detta città.

Summarium. Narratio genuina invenenationis 30 Capuccinorum a Protestantibus. — Missionarii Capuccini doctrina et pietate praeclari. — Illorum efficacissimus zelus. — Protestantium rabies et machinationes. — Affectus et devotio cujusdam heretici Praesulis erga Capuccinos. — Ipsos invitat ad prandium. — Cibi veneno inficiuntur a protestantibus. — Sancta Patrum morientium laetitia. — Cantant hymnum *Te Deum* laudamus. — Moriuntur successive 16 Patres. — In alio conventu alii 16 ob communicatam contagionem.

Mai gli antichi rappresentarono così vivamente il loro Giano con due faccie dove una era novellamente nascente, e l'altra nel termine di spirare e morire, quanto il ritratto sudetto nele và rapresentando de quattordici Padri Cappuccini di S. Francesco che morirono ultimamente nel mese di.... (sic) del presente anno (1) nella città di Cales in Piccardia. Poiche una parte si vede rinascere l'antica rabbia de Pagani ne' cuori de Calvinisti contro li Predicatori dell'Evangelio, ed all'altra voi vedete gli effetti di questa rabbia nelli pallidi volti di quei corpi privi di vita che giacciono sopra la terra dove l'accidento funesto arrivò, come qui appresso si narrara e non gia come e stato stampato in diverse parti della Francia.

Da due o tre anni in qua li Padri Capuccini della provincia di Parigi mandarono al convento che hanno a Cales dove sono gran quantità di heretici, e ne luoghi convicini, tre Padri Capuccini fra gli altri dottissimi, tanto in theologia quanto nelle lingue grecha et hebrea, con autorità di Missionarij di circuire li borghi e castelle convicine per ridurne alla fede cattolica quell'anime perdute: e fra gli altri il P. Guardiano nominato il P. Francesco del Delfinato, il P. Florentio di Chialon (sic), et il P. Agostino di Causabon (sic), figliuolo di quel gran Causabon, che mosse presso il Re d'Ingliterra. Quelli Padri facendo un frutto inestimabile convertirono gran numero di heretici. Li più ostinati e potenti concepirono un odio contra di loro che più volte si lasciano dire di volerli ammaz-

(1) *i. e.* anno 1625, ut videre est apud Marcellinum de Pisis qui pariter factum istud sed compendiose refert.

zare e scorticare in modo tale, che essendo questi per effettuare tal delitto, il governatore della città diede guardie al P. Florentio, quali la seguivano per li castelli, per impedire l'essecutione del loro malvaggio proponimento, sebene i buoni Padri non si curavano più che tanto non volendo accettare le dette guardie, dicendo che una tal morte non era da temersi, anzi da desiderare, e da ricevere.

Continuavano sempre detti Padri di far acquisto d'anime a Dio, erano in procinto di fare abiurare publicamente dieci o dodici persone, segnalati heretici, e fargli fare la professione della fede Cattolica Romana, qual cosa quei perversi heretici non potevano soffrire senza una gran perdita di popolo che haverebbero seguitato detti convertiti, ma lor pose talmente il cervello a partito che non altro facevano che pensare come et in che modo havessero potuto effettuare il loro disegno, dicendo ben spesso che haverebbero trovata la via da sbrigarsi da questi piedi scalzi.

Volle sua divina Maestà far vedere al mondo tutto l'impietà di questi mostri et infami heretici, e di voler coronare della gloria del martirio questi buoni religiosi che si esponevano ogni giorno a faticare per ridurli alla verità della fede pura e vera. Sichè venne loro occasione molto favorevole per gli uni e per gli altri, mentre venne il vescovo d'Albestrat (sic), heretico luterano, al conte Mansfeld con una armata a Cales, dovendo di là passare per andare verso Breda contro de Spagnoli. Amava questo vescovo molto li Padri Capuccini, che per tutto ove trovava conventi gli andava a visitare e gli faceva grande elemosine. Dicendo loro che sperava dopo questi fastidiosi negotii Dio li farebbe gratia di farsi cattolico e morire capuccino. Volle pransare coi Capuccini nel loro refettorio il Vernerdi e sabbato della settimana di Passione, e diede ordine a' suoi ufficiali di preparare il pranzo per tutti li Frati, il che fecero, et il Padre Guardiano per honorarlo e tenerli compagnia convito il Procuratore del Re, il Sindaco della Casa della città di Cales, et il Speciaro.

Gli heretici di detta città sapendo questo si servirono di questa occasione, fecero comprare da una fantesca dell'hosteria del Gatto d'oro cinque soldi di solimato (sic) solito, quale posero in quattro fiaschi di vino di Spagna, e gli diedero a' servitori del Albestrat, che li portarono al convento de'Padri. Approssimandosi l'hora del mangiare, temendo i calvinisti che il vescovo non inciampasse in questo veleno finsero un negotio di prescia al quale bisognò andar subito, siche li Padri e li tre Signori secolari che beverono del vino furono avvelenati e tutti morirono, eccetto un Frate laico nominato Fra Bonicio a cui fu dato il contraveleno per tempo.

Questi Padri sentendosi tutti ugualmente ammalati d'una stessa infermità bruggiarono grandemente. Il P. Guardiano loro fece una essortatione in refettorio dicendo che gli heretici haveano già fatto questo sacrilegio, e ne doveano ricevere la corona di questa morte e patimento, e tutti cantarono il Te Deum laudamus. Il giorno delle Palme, li sacerdoti che poteano dissero la messa, e gli altri si communicarono. Subbito ditte che hebbero le messe, sette di essi Capuccini resero lo spirito a Dio, cinque un altra volta e due dopo.

Un Padre Capuccino venendo da Ingliterra (sic) conduceva alcune donne dirette per fondare un monasterio di monache in Francia; essendosi trovato a caso e di passaggio a desinare con detti Padri in Cales ed essendosi partito il dopo pranzo per andare nella città di Douay vicino Cales, essendo anche esso avvelenato, cadde infermo e morì e se-

dici religiosi del convento di Douay che lo servirono et approssimarono il detto infermo avvelenato s'infettarono di quel veleno e morirono tutti, et il P. Guardiano fu il primo dal che si raccoglie quanto il veleno era pestifero che per contatto ne s'infettarono quei buoni e santi religiosi che al numero di 30 ascesero in cielo come piamente potremo dire.

(*Ex cc. mm. celebris historici Camilli Tutini in Biblioth. Brancacciana, Neapolis, adservatis*).

MISSIONES

VICARIATUS DE GALLAS

Summarium: Spes prompti auxilii — Difficultates ex intemperie — Dispositiones pro novis missionariis recipiendis — Novus Mahumetanorum fervor. — Complicationes politicae ob desertionem Egyptiani exercitus — Novus mahumetanus praesul sive *emir* — Effervescentia tribuum Gallas — Harar missionis centrum et residentia Rvmi Vicarii Apostolici — P. Ferdinandus in Awolé — P. Leo in valle d'Ama — Mira regionis de Edjersa-Coro vegetatio — P Andraeas in Bio-Migdadou — P. Petrus feliciter in Diiramo-Ala stabilitus — Harum diversarum stationum apostolica ratio — Effervescentia mahumetanorum ob falsi prophetae ly Mahdi recentes triumphos. Timores europeorum. — In Deo fiducia plenissima.

Harar 18 Juillet 1885.

Révérendissime Père,

Je me réjouis des espérances que votre Révérendissime Paternité me donne dans sa lettre du 29 mai, reçue ce matin 18 juillet. Qu'elles puissent le plus tôt possible se réaliser avant que des obstacles trés-sérieux ne viennent entraver nos opérations apostoliques . . . . . . Il faut ajouter qu' actuellement la saison est mauvaise plus qu'aucune autre année, à cause des pluies torrentielles qui se sont déversées sur toute la Côte. En quelque temps que les Missionnaires arrivent, ils trouveront à Zeyla mes instructions. J'ai pourvu à tout d'avance afin que si j'étais plus ou monis gêné dans l'intérieur, l'œuvre de Dieu n'en souffrit point au dehors. Nous ne saurions point encore apprécier notre position à la suite de l'abandon total fait par les Anglais. Les signes alarmants sonts plus nombreux que les signes rassurants. Le mahométisme semble reprendre une influence bien supérieure à celle que nous attendions et peut nous créer les plus graves difficultés. Toutefois nous ne laissons point de mettre en Dieu toute notre espérance, nous confiant dans les mérites infinis de Notre Seigneur et la protection de Sa T. S. Mère que vous, Révérendissime Père, et l'Ordre tout entier implorerez avec nous.

Dans ces sentiments, je vous prie de nous bénir tous et de recevoir tout particulièrement l'assurance de mon profond respect.

✠ Fr. Taurin Cahagne. Ord. Min. Cap.

Ev. d'Adram. Vic. Apost. des Gallas

In alia ejusdem Rvmi Vicarii Apostolici explicitiori Epistola legitur:

Cette lettre va partir avec le dernier détachement de l'armée égyptienne. Nous restons donc ici sous un gouvernement indigène musulman un peu improvisé, et sous un protectorat anglais assez peu défini et surtout dénué de forces militaires qui le feraient respecter. Mercredi dernier, le gouveurneur égyptien, Redouan pacha, s'est déchargé du pouvoir, et, par un firman du khédive, l'a transmis au fils aîné de l'ancien émir renversé par les Egyptiens eux-mêmes. La bannière égyptienne a été abaissée, et le nouvel émir Abdullai a élevé la bannière verte du prophète.

Le pavillon anglais continue de flotter sur la maison de M. Peteen, agent britannique. Nous ne saurions connaître les dispositions du nouvel émir. Dans sa vie privée, il a paru assez bon, nos rapports avec lui ont été convenables. Reste à savoir si le pouvoir ne le changera pas à l'égard des Européens. Il ne faut point oublier que Harar est une ville foncièrement musulmane. Il ne manquera point d'embarras et d'anxiété lui même. Les tribus galla, longtemps opprimées par les Egyptiens, montrent des dispositions hostiles. Une expédition faite contre les plus ardents d'entre eux et la mort de plusieurs n'ont fait qu'augmenter l'effervescence.

Le changement de régime nous a quelque peu émancipés et nous avons pu nous mettre plus facilement en rapports avec les tribus galla. Actuellement, je suis à Harar avec un frère. Nos missionnaires rayonnent autour de moi à la distance d'une journée ou d'une journée et demie, dans une situation assez indépendante. La tribu des Nolé, qui confine aux Issa et tient les plus grandes voies commerciales, est surtout notre lieu de refuge. Son territoire se compose de hauts plateaux, puis de vallées profondes, bien arrosées la plupart, fertiles, mais peu accessibles, sinon du côté du desért. Nous occupons trois des vallées principales, les plateaux étant particulièrement musulmans. Une de nos premières fondations est dans la vallée d'Awolé, où la population, surtout pastorale, est moins entamée par le mahométisme.

Le T. R. P. Ferdinand, qui occupe cette station, outre les villages fixes de la vallée, a les campements de ses bergers à une journée de distance au milieu des bois et des broussailles. Cette année, vu l'abondance des pluies, la population pastorale est dans la jubilation. En passant du nord-ouest au nord-est, s'ouvre la vallée d'Ama, signalée par des ruines d'anciens édifices; on y descend avec peine sur les pentes rapides et boisées de hautes montagnes. Malheureusement le mahométisme y a fait de grands progrès; mais, en dehors de la vallée elle-même, le P. Léon, qui occupe cette station, trouve de nombreux groupes de simples infidèles. Si, de là, nous nous dirigeons vers l'est et gravissons les flancs des montagnes pendant deux heures, on se trouve sur les beaux sommets de l'Edjersa-Goro. La première fois que je conduisis le P. André par ces routes difficiles, il admirait avec moi les belles forêts de bibirsa (*Pinus abyssinica*) et de gatira (*Juniperus procera*) qui ombragent les sommets et descendent assez profondément dans les vallées. De là, on découvre dans le lointain, à 30 ou 40 kilomètres, les plaines brûlées des Issa.

Mais il faut se décider à descendre dans la vallée de Mité, ancienne route commerciale, comme l'attestent les ruines assez considérables de sa partie inférieure. On nous avait offert de nous bâtir une maison jusqu'à la limite des Issa, prés d'une source fort abondante. Mais, comme la population était surtout musulmane, nous nous sommes arrêtés plus haut, près d'un chef puissant de la tribu des Danka-Djarso, mais allié aux Nolé. Là encore se trouvent des ruines de fortifications anciennes que l'on veut nous donner, les Galla craignant les esprits qui hantent les ruines. C'est le pays de Bio-Midagdou; il est confié au R. P. André. Les populations environnantes sont assez favorables; le mahométisme y a fait moins de ravages. En dehors de ces vallées des Nolé et des Danka, nous avons la plaine et le pays des Diiramo-Ala, où le P. Pierre réside depuis longtemps et où son influence paraît assez bien établie.

Nous nous sommes hâtés de faire toutes ces fondations en vue des événements qui peuvent se produire dans un pays

profondément troublé comme celui-ci. Il est possible, en effet, que notre position de Harar soit menacée: il fallait donc imiter l'ancien patriarche Jacob et diviser par bandes séparées la famille évangélique pour échapper à une ruine totale. Mais le principal était de faire acte de liberté en nous établissant dans les pays galla, ce qui avait toujours été formellement interdit, et commencer véritablement notre œuvre d'apostolat.

Si le pays se maintient dans une tranquillité suffisante et qu'une tempête ne vienne point tout ensevelir, notre travail ne sera point sans fruit. Mais il faut tenir compte de l'effervescence qui règne dans tous les pays musulmans et des intrigues des émissaires du mahdi, qui apparaissent de temps en temps. Les succès du faux prophète ont exalté les têtes; on ne parle plus, dans certains cercles, que de triomphes et d'extermination. Il y avait un remède à tout cela; c'était une occupation anglaise plus sérieuse, appuyée d'un petit corps de troupes. C'était bien, je crois, le projet primitif; mais les évènements extérieurs, les guerres prolongées, ont tout mis en question. Aussi quelques négociants italiens et grecs quittent-ils le pays. D'autres, en plus grand nombre, restent, comme nous restons nous-mêmes à la garde de Dieu. C'est pourquoi je me recommande, moi et les miens, à vos prières.

✠ Taurin *Vic. Ap.*

MISCELLANEA

NOVISSIMA EDITIO OPERUM OMNIUM S. BONAVENTURAE

Ad majorem totius Ordinis Minorum litterariam et imprimis religiosam utilitatem, fratres nostri dilectissimi, Minores scilicet e Familia Observantium, duce eorum Supremo Moderatore, Collegium S. Bonaventurae, novissimis hisce temporibus instituerunt veluti *Conventum-typographico-franciscanum*, ubis electi ejusdem Familiae et lectores et litterarum amatores peritissimi accuratas praecipuorum operum franciscalium editiones peragerent. Hinc indefesso labore et mirabili exitu operum Seraphici Ordinis nostri Magistri et Doctoris, S. Bonaventurae, completissimam evulgationem susceperunt, sub sequenti titulo:

Doctoris Seraphici S. Bonaventurae, S. R. E. Ep. Cardinalis Opera omnia, *jussu et auctoritate Rmi P. Bernardini a Portu Romatino, totius Ordinis Minorum S. P. Francisci Ministri Generalis edita studio et cura PP. Collegii a S. Bonaventura, ad plurimos codices mss. emendata, anecdotis aucta prolegomenis, scholiis notisque illustrata.*

Ad Claras Aquas (Quaracchi) prope Florentiam, ex typographia Collegii San Bonaventurae.

Prodierunt: **Tomus I.** *Pag. LXXXVIII et 870. Pretium: Libellae 25, non computato pretio expeditionis.*
Tomus II. *Pag. XII et 1026. Pretium: Libellae 27,50, non computato pretio expeditionis.*

Omnes libri a PP. Editoribus Collegii Bonaventuriani vulgati haberi poterunt sive *Quaracchi*, sive per curiam generalitiam Aracoelitanam. (Convento d'Aracoeli, Roma).

Omnes Ordinis nostri lectores et studiosi totis viribus incumbere debent in operibus Seraphici perscrutandis, ne franciscalem haereditatem negligentes, efficiantur veluti eclectici in scientiis philosophicis et theologicis, magno cum traditionum franciscanarum nocumento et Ordinis Serafici dedecore. Neque totaliter franciscanus habendus est, qui spretis propriis thesauris neglectisque Majorum exemplis, Scolasticae principes parum frequentare curat et eorum doctrinis mul-

tiplicia et saepissime confusa aliorum Doctorum placita praeponit. Nullus sit ergo ex Minoriticae familiae lectoribus qui secundarios et varios aetatis nostrae Doctores quasi exclusive percurrens, Seraphici, Angelici et Subtilis opera ignoret. Hauriamus ergo aquas sapientiae et scientiae quae a calamo Divi Bonaventurae dimanant, totam laetificantes Ecclesiam Ordinemque maximo decorantes honore. Nullum sit Ordinis cœnobium qui operibus bonaventurianis careat; sitque doctrina seraphica, et pabulum sapientium et insipientium (per opera ascetica vulgari sermone edita) nutrimentum. Etenim, ut sapienter exponit P. Prosperus a Martigné Provinciae Parisiensis alumnus, in suo opusculo. « Scholastica et traditiones franciscales » (1) doctrina S. Bonaventurae est solidissima, copiosissima, tutissima, illuminans intellectum voluntatemque inflammans. (2)

Hinc Doctrina S. Bonaventurae multiplici encomio indesinenter celebrata legitur:

I. *S. Bonaventura fuit Doctor accuratissimus* « Profecto, quod methodum spectat, nihil desiderari potest ordinatius; quod stilum, nihil clarius; quod doctrinam, nihil solidius; quod pietatem, nihil sanctius; quod confutationem; nihil modestius; quod assertionem, nihil moderatius; quod demum Dei amorem et proximi, nihil ardentius. » (Bonelli Prodromus — lib. VIII. pars. I. cap. 1, p. 520).

II. *Ejus scripta erunt omni tempore utilissima, semper antiqua semperque nova,* juxta illud Sixti IV in Bulla *Superna*: « In celebri enim Parisiensi gymnasio cathedram rexit, ubi abscondita scripturarum enucleans, non solum viva voce profuit multis, sed etiam plurima librorum optimorum, tum in sacris litteris, tum in majoribus scientiis, monumenta reliquit, quae essent omni tempore posteris profutura. »

III. *Eius scientia solido fundamento innixa ex purioribus traditionis fontibus exhausta:* « In conversionis meae primordio, ait ipse seraphicus, cum ob mentis recreationem auctoritates Sanctorum legerem, et legens varias corruptiones perciperem, placuit mihi, ut ad ipsum fontem originalium recurrerem, et ob majorem certitudinem ipsemet aliqua perciperem, quae post modum ut scivi, ordinavi: ut quae ad meditationem, praedicationem, disputationem ibidem essent utilia, levius reperirentur. » (in vestibulo praefationis ad Pharetram).

IV. *Ejus ingenium divinitus et humanitus mirifice excultum oratione et studio foecundatum*: « Ad hanc vero eximiam vitae sanctitatem, ait Sixtus V, vir Dei magnam praestantis doctrinae laudem adjunxit, Deo ita disponente, ut ad ejus gloriam et Ecclesiae utilitatem non solum exemplo, sed verbo et eruditione magnopere proficeret. Itaque cum in sacrarum Litterarum studio, sanctorum Patrum lectione et scholasticae pernecessaria disciplina, Alexandro de Ales Magistro, insigni illius aetatis theologo, diligentissime versaretur, brevi temporis spatio excellentis ingenii bonitate, assiduo labore, et quod caput est, gratia Spiritus Sancti, qui vas aureum in honorem electum omni ex parte formabat, tantos progressus fecit et ad tantam doctrinae perfectionem pervenit, ut doctoris et magistri insignibus in celeberrimo Parisiensi gymnasio solemni more decoratus, sacram theologiam ibidem professus est. » (Bulla Triumphantis Hierusalem, § 2.) Et Bernardus de Bessa haec habet: « Hic sicut in luminibus scientiarum et maxime in scriptis sacris videbatur miranda capa-

(1) Cfr. *Bibliographia* fasciculi II.

(2) Cfr. ibid. et tract. prol. Novae edit. Op. S. Bonaventurae.

citate proficere, ita et in devotionis gratia continuum sumebat augmentum. Siquidem, omnem veritatem, quam percipiebat intellectu, ad formam orationis et laudationis divinae reducens, continuo ruminabat affectu. » (Cfr. noviss. edit. oper. S. Bonav. praef. gen. p. III. not. 1.)

V. *Ejus doctrina est vere theorico-practica intellectui et voluntati proficua*: « Fuit enim in S. Bonaventura id praecipuum et singulare, ut non solum argumentandi subtilitate, docendi facilitate, definiendi solertia praestaret, sed divina quadam animos permovendi vi excelleret. Sic enim scribendo cum summa eruditione parem pietatis ardorem conjungit, ut lectorem docendo moneat et in intimos animi recessus illabatur, ac denique seraphicis quibusdam aculeis cor compungat et mira devotionis dulcedine perfundat, quam sane gratiam in ejus ore et calamo diffusam admirans praedecessor noster Sixtus IV Pontifex illud dicere non dubitavit, spiritum sanctum in eo locutum videri. » (Sixtus V. Bulla, Triumphantis Hierusalem, § 3.)

VI. *Unde, lectio librorum Seraphici est verum viae mysticae nutrimentum ipseque Sanctus Doctor inter primarios Theologos mysticae scientiae merito adnumeratur.* « Ita enim scribebat, ait I. B. de Iudicibus, ut gustare quae scriberet videretur. Unde vere potest dici illius sapientia, sapida scientia, quia ipse scribendo gustabat, et eadem legentibus, etiam si carnales sint, saporem generat sanctitatis et spiritualis suavitatis, ubique divini. Nemo enim adeo est voluptatum illecebris illaqueatus, quin si diligenter et attente libros ejus legat, aliquando et saepius compungatur, et a carnis desideriis ad superna suspiret. » (Prodromus... lib. II. cap. VII. p. 100) Et. Ioan. Trithemims addit: « Profundus est, non verbosus; subtilis, non curiosus; disertus, non vacuus; flammantia, non inflantia verba proferens. Unde et securius legitur, facilius ab amante intelligitur, utilius frequentatur, dulcius et fructuosius retinetur. Multi doctrinam proferunt, devotionem praedicant multi, pauci scribendo libros docuerunt utramque. Bonaventura autem et multos superavit, et paucos, dum ejus doctrina devotionem, et devotio instruit doctrinam. Si ergo et doctus vis esse et devotus, illius Opusculis esto intentus. » (De Scriptoribus ecclesiasticis.)

VII. *Attamen errant, qui D. Bonaventuram summum mysticum confitentur et secundarium tantum Scholasticae Principem, cum a Romani Pontificibus unus ex praecipuis et primariis theologis declaretur ipseque et D. Thomas dicantur « duo olivae et duo candelebra in domo Dei... »* Neque soli Mysticae Bonaventurianae applicari possunt, quae Sixtus V de Serafico sequentibus verbis solemniter asserit: « Ea enim divini ingenii sui monumenta posteris reliquit, quibus perdifficiles et multis obscuritatibus involutae quaestiones magna optimorum argumentorum copia, via et ordine enucleate ac dilucide explicantur, fidei catholicae veritas illustratur, perniciosi errores et profanae haereses profligantur, et piae fidelium mentes ad Dei amorem et caelestis patriae desiderium admirabiliter inflammantur. » (Bulla. — Triumphantis Hierusalem).

VIII. *Merito ergo commendatur Seraphicus, sequentibus Gersonii verbis,* quibus etiam conqueritur de illis qui S. Bonaventurae opera haud diligenter perlegunt (Utinam hac in re nullus studiosus minorita reprehensibilis inveniretur!):

« Porro si quaeratur a me, ait Gersonius, quis inter coeteros Doctores plus videatur idoneus? Respondeo sine praejudicio, quod Dominus Bonaventura quoniam in dicendo solidus est et securus, pius et justus et devotus. Praeterea recedit a curiositate quantum potest, non immiscens positiones extraneas vel doc-

trinas saeculares dialecticas aut physicas terminis theologicis adumbratas more multorum, sed dum studet illuminationi intellectus totum refert ad pietatem et religiositatem affectus. Unde factum est ut ab indevotis scholasticis quorum, proh dolor! major est numerus, ipse minus extiterit frequentatus, cum tamen nulla sublimior, nulla divinior, nulla salubrior atque suavior pro theologis sit doctrina. Quanto denique diligentius in senectute mea sum revolutus ad studium ipsius, tanta facta est amplius confusa garrulitas mea. Dixique mecum, sufficit haec doctrina, ut quid stulto labore consumeris? quid dictas, quid scribis? Multiplicentur potius et scribantur opera doctoris istius de quo vere dicitur illud Christi de Joanne: Erat lucerna ardens et lucens. » (Opera omnia... Parisiis 1606. De Examinatione doctrinarum, t. I. pag. 553.)

IX. *Nec mirandum quod Seraphicus tali modo laudetur, cum et Oraculum Conciliorum habitus sit:* « Patres enim Concilii Tridentini habebant prae manibus Summam Thomae, et Patres Concilii Florentini libros Sententiarum Bonaventurae... Nec minus ad Bonaventurae gloriam spectat quod ejus doctrina fuerit in Concilio Florentino comprehensa, et quod Patres tam Graeci, quam Latini, illius praestantiam decantarunt non semel, non iterum, sed tertio; juxta illam sanctiones ibi latas regulantes. » Imo et Patres Tridentini maximi fecerunt S. Bonaventurae opera: « Illud oblectamento fuit mihi, ait Franc. Zamora Min. Gen. Obs., videre Tridenti viros doctissimos ad unum ferme omnes, Bonaventurae doctrinam summopere commendare; atque ea de re non potui (fateor ingenue) maximo gaudio, et lacrymis non cumulari. » (Prodromus, lib. II. cap. V. p. 93). Et de Clemente IV. dicitur (quod et de maximis DD. dici potest) quod « delectatus fuerit mirifice doctrina ejusdem Bonaventurae, quia copiose, quia solide, quia ad rem scripsit, atque in omnibus suis operibus, et intellectum illuminat, et voluntatem inflammat » (Wad. ad ann. 1268. N. 82.)

X. Quapropter, nullus studiosus, nullus franciscalis, nullus Minoriticae traditionis amator, S. Bonaventurae doctrinam ignoret, ipsumque summum Doctorem veneretur, juxta Sixti V declarationem: (S. Bonaventuram) « Auctoritate apostolica tenore praesentium inter praecipuos et primarios qui theologicae facultatis magisterio excelluerunt, habendum ac venerandum esse, decernimus et declaramus. » (Bulla Triumphantis.) Et ideo SS. D. N. Leo P. XIII in Lit Enc. *Æterni Patris* Bullam *Triunphantis* semel atque iterum memorat et sequentia habet: (D. Thomas et D. Bonaventura): « hi enim sunt duae olivae et duo candelabra in domo Dei lucentia, qui et charitatis pinguedine et scientiae luce totam Ecclesiam collustrant (Sixtus V Litt. Decret. 1588.) Angelicus S. Thomas et seraphicus S. Bonaventura, clarissimi hujus facultatis professores... excellenti ingenio, assiduo studio, magnis laboribus et vigiliis excoluerunt atque ornarunt, eamque (theol. schol.) optime dispositam, multisque modis praeclare explicatam posteris tradiderunt. »

I MIEI TRENTACINQUE ANNI DI MISSIONE
NELL'ALTA ETIOPIA

EMUS. GULIELMUS CARDINALIS MASSAJA Ord. Min. Cap. — Sub die 2 c. m. SSmus D. N. Leo PP. XIII privata audientia, recipere dignatus est Emum Cardinalem Massaja qui Summo Pontifici primum historiae missionum suarum in Africae centralis partibus volumen of-

ferre peroptabat. Omnes enim norunt quod Ssmus praenobilem Missionarium, post tot tantosque labores ex Africa reducem, paterne adhortatus est ut historicam dictorum laborum seriem contexeret: quod opus absque mora praeclarus Africes Apostolus, pro sua filiali veneratione et seraphica simplicitate, etsi annis et infirmitatibus gravatus, sub hocce titulo: **« I miei trentacinque anni di Missione nell'Alta Etiopia »** i. e. Triginta et quinque anni missionis meae in partes Ethiopiae Superioris, aggressus est. Nunc autem feliciter inceptum opus, felicius progreditur et felicissime, ut speramus, finietur.

Hocce primum volumen Summus Pontifex, laetanti accepit animo et paternis encomiis Emum Cardinalem honorare dignatus est, sedula attentione pagellas, nitido typo, incisionibus artistice delineatis decoras, pervolvens ac admirans, hisceque verbis concludens: Nobis vere gratum est opus, Nostrumque est desiderium ut eximius iste labor, de quo plurimum ad bonum animarum, catholici Apostolatus incrementum et Ordinis Minorum Capulatorum decorem speramus, ad faustum perducatur exitum. Quod si Tu, Eme Cardinalis, ad praegrandes tanti Operis sumptus sustinendos impar evadis, ad Nos fidenti animo recurras. Deinde Summus Pontifex dedicationis epigrafen in capite libri, tanquam gratitudinis et venerationis testimonium exaratam. benigne laudavit, quam hic originali et latino idiomate transcribimus:

LEONE XIII
CHE DALLA SEDIA DI PIETRO
ABBRACCI COLL' ANIMO L' ORBE UNIVERSO
E DAI MOTO CALORE E VITA
AL CATTOLICO APOSTOLATO
A TE CONSACRO
QUESTE PAGINE TESTIMONI FEDELI
DELLE MIE FATICHE

Tibi, Leo XIII — Qui ex Petri Cathedra — Totum mente contemplas Orbem — Largirisque impulsum, Calorem, Vitam — Catholici Apostolatus Viris — Hasce pagellas laborum meorum genuinum nuntium — Dico.

Peracta audientia, Ssmus Suis benedictionibus peramanter confortavit venerandum senem qui gaudio afficiebatur non solum ex encomiis et benignitate paterna Sanctitatis Suae, sed etiam et maxime ex illa dulcissima spe quod praefatum opus animarum bono et Ecclesiae ac Ordinis majori decori haud parum proficuum erit.

Salvator (A. R. P.) a Gioia dal Colle. — Nominatus Visitator et Commissarius Generalis Provinciarum Barensis, Hydruntinae et S. Angeli, omnibus dictarum provinciarum Fratribus, Epistolam encyclicam, sub die 8 c. m. paterne direxit.

STATISTICA

(Continuatio)

STATUS PROVINCIAE MESSANENSIS
(Messina in Valdemone Siciliae)
Ianuario 1885.

(*Vide Analectorum fasc. IX. pag. 284.*)

Provincia Messanensis sive Mamertina numerabat 40 Conventus. Conventuum nomina, fundationis, anni, Ecclesiarum tituli haec sunt.

1. **Adranum** (*Adernò*) 1608. Sancta Maria Gratiarum.
2. **Alcaria** (*Alcara*) 1574. Sanctus Elia.
3. **Alijum** (*Alì*) 1574. Sancta Maria Angelorum.
4. **Amastra** (*Mistretta*) 1569. Sancta Maria Angelorum.
5. **Brontes** (*Bronte*) 1629. Sanctus Felix a Cantalicio.
6. **Collesanum** (*Collesano*) 1594. Sancta Maria Miraculorum.
7. **Castrumbonum** (*Castelbuono*) ** 1574. Sancta Maria Angelorum.
8. **Castrumregale** (*Castroreale*) 1617. Sancta Maria ad Nives.

9. **Catania** (*Catania*) 1620. Sancta Maria bonae Spei.
10. **Gugium** (*Gangi*) 1695. S. Catharina Virgo et Martyr.
11. **Francavilla** (*Francavilla*) 1570. S. Maria Gratiarum.
12. **Gipsum** (*Gesso*) ** 1584. S. Franciscus Assisiensis.
13. **Gibilmanna** (*Gibilmanna*) ** 1584. Assumptio B. M. Virginis.
14. **Herbita** (*Nicosia*) **1603. Sancta Maria Angelorum.
15. **Hieracis** (*Geraci*) 1683. Assumptio B. M. Virginis.
16. **Iacium, vel Acis** (*Acireale*) 1574. S. Maria Angelorum.
17. **Linguaglossa** (*Linguaglossa*) * 1642. Virgo Immaculata.
18. **Lipara** (*Lipari*) 1589. Assumptio B. M. Virginis.
19. **S. Lucia** (*S. Lucia*) * 1610. Immaculata Conceptio M. Virginis.
20. **S. Marcus** (*S. Marco*) * 1582. Sancta Maria Angelorum.
21. **S. Maurus** (*S. Mauro*) 1762. S. Maria VII Dolorum.
22. **Messana** (*Messina*) 1554. Transfiguratio D. N. J: Christi.
23. **Mile** (*Milazzo*) * 1580. S. Maria de Selvia.
24. **Myrtum** (*Mirto*) 1840. Santissimum Cor Iesu.
25. **Naxos** (*Naso*) 1566. Epiphania Domini.
26. **Pactae** (*Patti*) 1550. S. Maria ad Nives.
27. **Paternium** (*Paternò*) * 1608 S. Maria Gratiarum.
28. **Pedemons** (*Piedimonte*) 1731. Conceptio Immaculata B. V. Mariae.
29. **Petrolium** (*Petralia*) 1587. S. Maria Angelorum.
30. **Puteus Goti** (*Pozzo di Gotto*) 1623. Conceptio Immaculata B. V. Mariae.
31. **Pythis** (*Pettineo*) * 1682. S. Michael Archangelus.
32. **Prametta** (*Prametta*) ** 1585. Immaculata Conceptio B. V. Mariae.
33. **Prandatium** (*Prandazzo*) 1610. Transfiguratio D. N. J. Christi.
34. **Procca** (*Procca*) 1627. S. Ioannes Baptista.
35. **Sabuca** (*Savoca*) * 1603. S. Maria Lauretana.
36. **S. Stephanus** (*S. Stefano*) 1824. S. Maria VII Dolorum.
37. **Taoromenium** (*Taormina*) * 1551. S. Catharina Virgo et Martyr.
38. **Tortoretum** (*Tortorici*) * 1630. S. Maria Angelorum.
39. **Troyna** (*Troina*) ** 1611. S. Maria Angelorum.
40. **Thissa** (*Tusa*) * 1582. Sanctus Leonardus.

Hospitia

Caphaledium (*Cefalù*) Valetudenarium Gibilmann
Pistis (*Pistunera*) *
S. Leo (*S. Leone*) Vetus Pramettae Abbatia.

Nota. Horum omnium Conventuum haberi possunt ut fere amissi, tempestatis politicae causa, N. 5 tantum, videlicet Messanae, Cataniae, Alii, Acis, Herbitae. Familia vero religiosa nunquam defuit in Conventibus, quantumvis suppressis, Gibilmannae, Milatum, Liparis, S. Marci, Alcariae, Linguaglossae, Paternionis, Troynae. Perstitit aliquando Cugii, Petrolii, Francavillae, Brontis. Ecclesiae fere omnes in manibus nostrorum fuerunt et sunt. Redempta fuerunt caenobia Gibilmannae, Castriboni, Gipsi, Pramettae, Troynae; prope est ut redimantur Gugii et Brontis, et nova exurgant coenobia Messanae, Catinae, et Castrileonis. Novum a paucis annis initia vidit Herbitae in quo familiola, licet angusta, degit.

Status Personalis Provinciae Messanensis.

Sacerdotes Concionatores praesentes in Provincia	102
Sacerdotes Studentes	9
Clericus Studens	1
Missionarii Apostolici	19
Extra Provinciam commorantes Sacerdotes	4
Clerici Novitii	3
Laici Professi praesentes in Provincia	70
Laici in Missionibus	5
Extra Provinciam commorans	1
Summatim	214

XXXI. STATUS PROVINCIAE PARMENSIS
[Parma]
Olim Lombardiae

Mense Augusti 1885

Provincia Parmensis numerat 12 Conventus, quorum nomina, annus fundationis et titulus Ecclesiae sunt:

1. **Apua** [*Pontremoli*] * 1628 Immac. Conc. B. M. V. et s. Laurent. M.

2. **Burgum S, Domnini** antiquitus Fidentia [*Borgo S. Donnino*] *** 1875. SS. Cor Jesu.
3. **Castrum novum Capheroniae** [*Castel nuovo di Garfagnana*] 1634. S. Joseph: penitus amissum.
4. **Mutina** [*Modena*] * 1576. Inventio s. Crucis.
5. **Novellaria** antiq. Nubilaria [*Novellara*] 1603 s. Anna: clausum.
6. **Parma** [*Parma*] *** 1881. Immac. Conc. B. M. V., antiquo 1573. S. Maria Magdalena: amissum.
7. **Padulium** [*Pavullo*] * 1854. S. P. N. Francisc.
8. **Placentia** [*Piacenza*] ** 1568. S. Bernardinus.
9. **Regium Aemiliae** [*Reggio Emilia*] ** 1574. Inv. S. Crucis.
15. **S. Martinus in rivo** [*S. Martino in rivo*] * 1614. S. Carolus.
11. **Scandianum** [*Scandiano*] 1621. S. Anton. Patav.
12. **Vineola** [*Vignola*] Immac. Conc. B. M. V. 1689. clausum.

NOTULA * significat Coenobia aperta; ** recuperata. *** noviter exstructa.

Status personalis Provincia Parmensis:

Sacerdotes	43
Clerici	14
Laici	41
Summatim	98

XXXII. STATUS PROVINCIAE PEDEMONTANAE (Piemonte)

Anno 1885.

Provincia Pedemontis numerat 26 Conventus quorum Nomina, Fundat. annus. et Eccl. Tit. sunt:

1. **Aveliana** (*Avigliana*) 1622. sec. vice. 1817. Annuntiat. B. M. V.
2. **Brayda** (*Bra*) * 1625, sec. vice 1821. S. P. N. Francisci.
3. **Busca** (*Busca*) 1833. SS. Cor Iesu.
4. **Cadralium** (*Caraglio*) 1610. sec. vice 1835. B. M. Angelorum.
5. **Carmaniola** (*Carmagnola*) 1590. sec. vice 1835. S. Michael Archang.
6. **Carrucum** (*Carrù*) * 1612. sec. vice 1818. S. P. N. Francis.
7. **Ceba** (*Ceva*) * 1573. sec. vice 1816. Invent. S. Crucis.
8. **Clavesium** (*Chivasso*) 1624. sec. vice 1824. B. M. V. Lauretana.
9. **Cilianum** (*Ciliano*) * 1827. Annunciat. B. M. V.
10. **Corniatum** (*Cuorgnè*) * 1623. sec. vice 1817. Sanctus Gratus Episc.
11. **Fossanum** (*Fossano*) 1574. sec. vice 1842. Sanctus Laurentius Mart.
12. **Garexium** (*Garessio*) * 1613. sec. vice 1817. B. V. M. ad Nives.
13. **Govonum** (*Govone*) 1824. Nativitas B. V. M.
14. **Limonum** (*Limone*) * 1573. sec vice 1821. Immac. Concept. B. M. V.
15. **Moncalerius** (*Moncalieri*) * 1540. sec. vice 1816 Nativitas B. M. V.
16. **Nicœa ad Mare** (*Nizza Marittima*) 1555. sec. vice 1815. Sanctus Bartholcm. Apost.
17. **Pinarolium** (*Pinerolo*) * 1576. sec. vice 1816. Sanctus Laurentius Mart.
18. **Racconixium** (*Racconigi*) 1622. sec. vice 1829. S. P. N. Francis.
19. **Revellum** (*Revello*) 1870. S. P. N. Francisc.
20. **Summaripa** (*Summariva*) 1613. sec. vice 1832. Nativitas B. M. V.
21. **Segusium** (*Susa*) * 1610, sec. vice 1829. Sanctus Sebastianus Mart
22. **Tendæ** (*Tenda*) * 1628. sec. vice 1834. Sanctus Michael Archang.
23. **Taurinum ad Montem** (*Torino Monte*) 1590. sec. vice 1818. Sanctus Mauritius Mart.
24. **Taurinum Cor Iesu** (*Torino S. Cuore di Gesù*) 1870. SS. Cor Iesu.
25. **Taurinum ad agros** (*Torino Campagna*) 1558. sec. vice 1815. Annuntiat. B. V. M.
26. **Villafranca** (*Villafranca*) 1629. sec. vice 1816. Sanctus Sebastianus Mart.

NOTULA * significat coenobia anno 1866 civiliter suppressa, et usque adhuc clausa.

Status personalis Provinciae Pedemontanae.

Sacerdotes in Provincia . . .	74
Clerici	10
Laici	39
Sacerdotes extra Provinciam . .	27
Laici	3
Tertiarii in Provincia	12
Numerus Summarius	165

XXXIII. STATUS PROVINCIAE PENSILVANICAE

Augusto 1885.

Provincia Pensilvanica numerat 4 Conventus et 3 Hospitia, quorum nomina, fundationis annus, et Ecclesiae titulus sunt:

1. **Cumberland,** 1875. SS. Apost. Petr. et Paulus.
2. **Metamora,** *(Hospit.)* B. V. M. Dolor.
3. **Peoria,** 1880, SS. Cor Iesu.
4. **Pittsburg,** 1874, S. Augustinus.
5. **Summit,** 1878, Assumptio B. V. M.
6. **Victoria** *(Hospit.)* S. Fidelis.
7. **Wheeling,** *(Hospit.)* S. Alphonsus.

Status personalis Provinciae Pensilvanicae.

Sacerdotes	36
Clerici professi	10
Clerici Novitii	3
Laici professi	32
Laici Novitii	3
Tertiarii	3
Summatim	87

XXXIV. STATUS PROVINCIAE PICENAE (Marche)

Septembris 1885

Provinciae Marchiae enumerat quinquaginta quatuor Conventus, quorum nomina, annus fundationis, et titulus Ecclesiae sunt.

1. **Aesium** *(Iesi)* *** 1540. S. Michael Archangelus.
   (*) Religiosi habitant in Hospitio et novus Conventus a fundamentis erigitur. S. Petrus M.
2. **Ancona** *(Ancona)* *** 1554. S. Catharina V. M.
   (*) Religiosi habitant in Armenorum Conventu pecunia soluta ex Auctoritate Ap. ab anno 1862. S. Gregorius Illuminator.
3. **Apirum** *(Apiro)* * 1587. S. Sebastianus M.
4. **Arcevia** *(Arcevia)* *** 1570. S. Petrus Ap.
5. **Asculum** *(Ascoli)* * 1572, Ascensio D. N. I. C.
6. **Auximum** *(Osimo)* *** 1578. Imma. Concept. B. V. M.
   (*) Religiosi habitant in Hospitio et novus Conventus a fundamentis erigitur.
7. **Callium** *(Cagli)* ** 1566. S. Geruntius M.
8. **Camerinum** *(Camerino)* ** 1528 Purificatio B. V. M.
   (*) Prope istam civitatem est locus vulgo nuncupatus – Colmensone – in quo primus familiae Cap. Conventus aedificatus fuit. Adhuc adest Ecclesia cum choro.
9. **Canthianum** *(Cantiano)* *** 1841. Mater Misericordiae.
10. **Cingulum** *(Cingoli)* ** 1569. Sanctissima Crux.
11. **Corinaltus** *(Corinaldo)* ** 1540. S. Ioannes Baptista.
12. **Cupra montana** *(Ripatransone)* * 1570. Sanctissima Crux.
13. **Fabrianum** *(Fabriano)* *** 1562. S. Ioseph Sponsus B. V. M.
14. **Fanum** *(Fano)* *** 1535. S. Christina V. M.
    (*) Novus Conventus aedificatus fuit 1882 Immaculata Con. B. V. M.
15. **Firmum** *(Fermo)* ** 1535. S. Laurentius M.
16. **Filoptranum** *(Filottrano)* *** 1569. S. Laurentius, M.
    (*) Religiosi habitant in Hospitio, novus Conventus est ibi erigendus.
17. **Forum Sempronii** *(Fossombrone)* * 1529. S. Ioannes Baptista.
18. **Grataria** *(Gradara)* * 1555. S. Franciscus Assis.
19. **Lauretum** *(Loreto)* * 1608. S. Seraphinus O. N. Cap.
20. **Laurum** *(Loro)* * 1567. S. Antonius Patav.
21. **Macerata** *(Macerata)* ** 1540. Immac. Concep, B. V. M.
    [*] Religiosi degunt in Hospitio: novus Conventus praesto est ibi erigendus.
22. **Mandula** [*Mandola, ora Amandola*] * 1540. S. Bernardinus Sen.
23. **Matilica** [*Matelica*] *** 1530. S. Spiritus.
24. **Mercatellum** [*Mercatello*] 1885. Assumptio B. V. M. est in ambitu suppressi Conventus S. Angeli Vadensis, ut infra.
25. **Mons Avium** [*Mondavio*] * 1577. S. Spiritus.
26. **Mons bodius** [*Montalboddo, ora Ostra*] *** 1590. S. Antonius Patav.
    [*] Novus Conventus est ibi jam aedificatus 1885. S. Antonius Patav.
27. **Mons Florum** [*Montefiorito*] ** 1576. SSma Trinitas.
28. **Mons Georgius** [*Montegiorgio*] * 1586. Annuntiatio B. V. M.
29. **Mons ulmi** [*Montolmo, ora Pausola*] *** 1544. S. Bonaventura Ep. D.
    [*] Religiosi habitant in Hospitio.
30. **Mons Sanctus** [*Motesanto, ora Potenza Picena*] * 1568. S. Laurentius M.
31. **Mons Vetus** [*Montevecchi*] * 1530. Annuntiatio B. V. M.

32. **Murram vallium** [*Morrovalle*] *** 1578. S. Michael Archang.
[*] Religiosi degunt in Hospitio.
33. **Novana** [*Civitanova*] ** 1550. S. Ioannes Baptista
34. **Ophyda** [*Offida*] * 1614. S. Pantaleo M.
35. **Pergula** [*Pergola*] *** 1603. Assumptio B. M. V.
36. **Petrarubea** [*Petrarubbia*] ** 1531. S. Lazrus Ep. M.
[*] In intervallo fere quatuor mille passuum ab istius nominis coenobio adhuc adstat Domus cum parva Ecclesia V. P. Matthaei a Bascio Reformationis nostrae Institutoris.
37. **Pisaurum** [*Pesaro*] * 1559. Immacul. Conc. B. V. M.
33. **Recinetum** [*Recanati*] * 1558. Translatio Almae Domus Lauret.
39. **S. Anatolia** [*Santanatolia, ora Esanatolia*] * 1615. Assumptio B. V. M.
40. **S. Angelus vadens** [*S. Angelo in vado*] *** 1538. Ascensio D. N. I. C.
41. **S. Elpidius** [*S. Elpidio*] *** 1540. S. Ioseph Sponsus B. V. M.
42. **S. Genesius** [*S. Genesio*] *** 1577. S. Anna Mater B. V. M.
43. **S. Marinus** [*Sanmarino Repubblica*] 1579. S. Luinnus Ep. M.
44. **S. Victoria** [*S. Vittoria*] * 1591. S. Ioannes Baptista.
45. **Sarnanum** [*Sarnano*] * 1557. S. Ioseph Sponsus B. V. M.
46. **Saxum ferratum** [*Sassoferrato*] *** 1566. Conversio S. Pauli Ap.
47. **Scapetianum** [*Scapezzano*] *** 1553. S. Ioannes Baptista.
48. **Senogallia** [*Senigallia*] *** 1560. S. Antonius Pat.
[*] Religiosi degunt in Hospitio prope civitatem.
49. **Septempeda** [*Sanseverino*] ** 1575. SSmus Salvator.
50. **Tergestum** [*Trieste*] 1617. S. Apollinaris Subd. M.
[*] Suppressus ab Imperatore Iosepho II. anno Domini 1785. Novus Conventus aedificatus 1860. S. Apollinaris Subd. M.
51. **Tolentinum** [*Tolentino*] *** 1539. S. Maria Constantinopolitana.
52. **Urbania** [*Urbania*] ** 1581. Nativitatis B. V. M.
52. **Urbinum** [*Urbino*] * 1585. Stigmata S. P. N. Francisci.
54. **Veragranum** [*Montegranaro*] * 1568. S. Seraphinus O. N. Cap.

Notula [*] indicat Coenobia anno 1866 civiliter suppressa, deinde aperta et a Nostris habitata;
[**] indicat Coenobia a Nostris recuperata;
[***] indicat Coenobia clausa antedicto anno 1866.

Status personalis Provinciae Picenae.

Episcopi	1
Sacerdotes in Provincia	196
Sacerdotes in Missionibus	26
Sacerdotes extra Provinciam	11
Sacerdotes studiosi	11
Sacerdotes Novitii	1
Clerici Studiosi	25
Clerici Novitii	7
Laici professi	171
Laici extra Provinciam	8
Laici in Missionibus	11
Laici Novitii	8
Tertiarii in Conventibus	5
Numerus Summarius	481

BIBLIOGRAPHIA.

CARDINALE GUGLIELMO MASSAJA CAPP. — I miei trentacinque anni di Missione nell'Alta Etiopia. V. I.° Prezzo L. 12. Rivolgersi alla Redazione degli *Annali Francescani*. Convento dei Cappuccini. Fuori di Porta Venezia, 54 — Milano.

(Qui ex nostratibus hocce volumen egregium postulabunt, pretio satisfacere poterunt cum onere 12 missarum.)

Vener. Diego de Cadiz Capno. — El Miserere parafraseado en Decimas castellanas segun el espiritu del Real profeta David, por el venerabile P. Fr. Diego de Cadiz Lyon, 1867 Sheuring Editor.

Anonynus Capuccinus. — Das kloesterlich = geistliche Leben in der Welt oder der dritte Orden der Busse des hl. seraphischen Vaters Franziskus von Assisi. Vierte Auflage, nach der Constitution Papst Leo XIII. Mit Approbation des Hochw. Herrn Erzbischoses von Freiburg. Freiburg im Breisgau 1885. Herdersche Verlagshandlung 431 Seiten.

Anselmo (M. R. P.) da Fontana — Orazione funebre letta in Forlì nella Chiesa dei PP. Cappuccini il dì 8 Luglio 1885 trigesimo dalla morte del R. P. Pellegrino da Forlì provinciale Cappuccino.

Bonaventura (M. R. P.) da Sorrento. — S. Francesco nella Italia Meridionale. Parte prima: S. Francesco negli Abruzzi. Studio e ricerche del P. Bonaventura da Sorrento Cappuccino Socio di varie Accademie. S. Agnello di Sorrento. 1885. Prezzo, Cent. 60 Pag. 48.
— Il Libro dei Fioretti di S. Francesco. Studio del P. Bonaventura da Sorrento Diffinitore Cappuccino Socio di varie Accademie. S. Agnello di Sorrento 1885. Prezzo L. 1. Pag. 83.

Bonifacius (A. R. P.) a Moguntia. — Der Kapuziner in der Einsamkeit. Geistliche Uebungen fuer zehn Tage. Von P. Cajetan Maria von Bergamo, Priester der brescianischen Kapuziner — Provinz Deutsche Uebersetzung von P. Bonifacius, Priester der rheinisch — westphaelischen Kapuziner — Provinz. Mit Genehmigung des bischoeflichen Ordinariates und der Ordensobern. Bensheim 1877. 335 Seiten.

Exupère (Rme P.) de Prats-de-Mollo. — Pèlerinage aux Sanctuaires Franciscains de l'Ombrie et de la Toscane, suivi de lettres spirituelles. Paris Librairie Poussielgue Frères, 15, Rue Cassette, 1880.

Filippo Da Tussio (M. R. P.) — I Frati Cappuccini della Monastica Provincia degli Abruzzi. S. Agnello di Sorrento, Tipografia all'Insegna di S. Francesco 1880.

Fray Francisco (R. P.) De Ajofrin. — Vida, virtudes y milagros de San Lorenzo De Brindis, General de la Òrden de los Capuchinos. Barcelona, Imprenta y Libreria de la Immaculata Concepcion. Buensuceso 13, y Dou 13, 1881.

Fulgentius (P.) von Gossensass. — Der Christ im Sterbebette. Ernste Betrachtungen fuer Prister und Volk in Kirch und Haus in Fastenpredigten, gehalten in der Stadtpfarrkirche zu Radstadt von P. Fulgentius Hinterlechner, Ord. Cap. Mit Erlaubniss des Hochwürdigsten Ordinariates Salzburg und der Ordensobern. Zweite, verbesserte Auflage. Salzburg 1884. Verlag v. M. Mittermueller, Buchhandlung und Antiquariat fuer katholische Literatur. 130 Seiten. Preis 60 kr. oe. W. oder Mk 1,20.

Gianfrancesco (M. R. P.) da Soave. — Compendio della Vita e Miracoli del glorioso Taumaturgo Sant'Antonio di Padova, compilato dal M. R. P. Gianfrancesco da Soave Cappuccino, Ex-Provinciale della Veneta Provincia. Con 26 Tavole rappresentanti i tratti principali della vita del Santo. Si vende per l'ampiamento del Santuario dell'Arcella nei sobborghi di Padova, ove il Santo morì.
Padova, Prem. Tip. M· Giammartini 1885. Pag. 38.

Henri de Grèzes (R. P.) — L' Aurora della divozione al S. Cuor di Gesù nella famiglia Francescana: pel P. Enrico Cappuccino della provincia di Lione. Versione dal francese dedicata ai Terziari di S. Francesco d'Assisi. Modena, Tip. Pontificia ed Arcivescovile dell'Immacolata Concezione, Editrice.

Nihil obstat.
Fr. BERNARDUS ab ANDERMATT Min. Gen. Capucc.

Sacerdos Ioannes Savini, Director responsabilis

DIE IV OCT.: IN FESTO SERAPHICI PATRIS

DICATIO S. P. FRANCISCI ASSIS.

AD D. N. JESUM CHRISTUM ET B. MARIAM VIRG.

S. Franciscus ad Christum:

Ecce, pater Superum, nova prata novusque colonus,
Stat nova Religio, grex novus, Ordo novus.
Hos tua, Christe, manus sevitque deditque, precamur,
Ut tu, qui sator es, sic pater esse velis.
Te patrem optamus, quid adhuc? tua denique mater,
Ut tibi, sic nobis mater ut esse velit.

Christus ad Franciscum:

Parce metu, Francisce! tui vel plura merentur
Cum precibus gemitus, plura meretur amor.
Me patre, me tutore tuus novus Ordo triumphat,
Me tua sollicito remige puppis eat.
Tuque o chara mihi mater, sis mater, ut Ordo
Sit me patre meus, te quoque matre tuus.

B. Virgo ad Filium et Franciscum:

O fili dilecte mei, tu quid velle medullis
Materni melius pectoris esse queat?
Ordo tuus sit et Ordo meus, moderabor habenas
Illius et stygias hinc agitabo feras.
Pone metum, dilecte mihi Francisce! tuorum
Semper ero tutrix anxia: mater ero!

(Ex vetere poeta ignoto, cit. in Chronica Provinciae Capn. Helveticae.)

S. P. FRANCISCI

EPITAPHIUM A GREGORIO IX EXARATUM

V. S. C. A.

(Viro Seraphico Catholico, Apostolico)

FRANCISCI ROMANI
CELSA HUMILITATE CONSPICUI,
CHRISTIANI ORBIS FULCIMENTI
ECCLESIAE REPARATORIS
CORPORI NEC VIVENTI NEC MORTUO
CHRISTI CRUCIFIXI PLAGARUM
CLAVORUMQUE INSIGNIBUS ADMIRANDO
PAPA NOVAE FOETURAE COLLACRYMANS
LAETIFICANS ET EXULTANS
IUSSU MANU MUNIFICENTIA POSUIT
ANNO DOMINI M . CC . XXVIII .
XVI KALENDAS AUGUSTI .

ANTE OBITUM MORTUUS , POST OBITUM VIVUS .

PRECLARA AD S. FRANCISCUM

ORATIO

pro Ipsius in Ordine Successore et omnibus Filiis.

« Cibaris jam ex adipe frumenti, quondam famelice; jam torrente voluptatis potaris, hactenus sitibunde. Non sic te inebriatum credimus ab ubertate domus Domini, ut tuorum oblitus sis filiorum, cum et Ille, quem potas, nostri sit memor. Trahe nos igitur ad te, digne pater, ut in odorem unguentorum tuorum curramus, quos utique cernis desidia tepidos, pigritia languidos, negligentia semivivos . . . Innova dies nostros, sicut a principio, perfectorum speculum et exemplar, nec patiaris vita dissimiles eadem tibi professione conformes. Ecce jam prosternimus humilitatis precamina coram clementia majestatis aeternae pro Christi famulo Ministro nostro, successore tuae sanctae humilitatis, et verae paupertatis aemulatore, qui ovium tuarum sollicitam gerit curam affectu dulci pro charitate Christi tui; quem sic promovere petimus, et amplecti, ut tuis semper ipsis adhaerens vestigiis, laudem, et gloriam quam assecutus est, perpetuo consequatur ... Recordare universitatis filiorum tuorum, pater, qui inexplicabilibus vexati periculis, quantum a remotis tua vestigia insequantur, tu, sanctissime, perfecte cognoscis. Da vires, ut resistant; purifica eos, ut nitescant; laetifica, ut fruescant. Infunde super eos spiritum gratiae, et precum impetra pro vera humilitate habenda, quam habuisti, pro servanda paupertate, quam tenuisti, pro merenda charitate, qua Christum crucifixum semper amasti; qui cum Patre, et Spiritu Sancto vivit, et regnat in saecula saeculorum. Amen. »

[B. Thomas a Celano: Vita Secunda, in Fine.]

ACTA ROMANO-FRANCISCALIA

BULLA CANONISATIONIS S. CLARAE A FALCODUNO (MONTEFALCO) VIRGINIS (1)

LEO

EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus, haec, juxta SS. Patrum doctrinam, de catholica Ecclesia, immaculata Christi sponsa, in sacris scripturis praedicantur ut ea ab infidelium et haereticorum sectis distinguatur, hominesque sciant quos sequi, quos fugere oporteat in negotio aeternae salutis. Verumtamen iis verbis et sanctitatis notionem, et Sanctorum vitam adamussim exprimi eorundem Patrum auctoritate monemur. Quos enim aeternus animarum sponsus suos fore praenoscit, eos quodammodo secernit ab aliis mortalibus, id est angelorum praesidio cingit, eorumque opera, quae fontibus copia puritate et perennitate merito comparantur, suae virtutis sigillo obfirmat. Nemo enim divinae gloriae particeps esse potest, qui divinae non fuerit consors naturae.

His laudibus maxime insignes sunt qui caelestem in terris vitam egerunt et sese totos divinis rebus perspiciendis contemplandisque dediderunt. Hos enim praecipua caritate complectitur Sponsus; super his maxime gestit se ponere ut signaculum cordis eorum, ut signaculum brachii eorum. Testis est Clara a Cruce, incliti augustiniani Ordinis Virgo, cui maxima cum animi Nostri jucunditate et spe supremos caelitum honores decrevimus. Eam quippe jampridem diligimus et colimus; cumque Perusinam Dioecesim regebamus, sive illius facta vel potius miracula legeremus aut audiremus, (nam hominum linguis adhuc celebrantur), sive ejus sepulcrum pro Pontifice, pro re catholica, pro grege Nobis commisso in tantis Ecclesiae calamitatibus precaremur, dulcis subibat spes fore ut tam dilectae Christi Virginis intercessione misericordiarum dies maturaret, ejusque exemplo et praesidio tum christianae religionis hostes facilius profligarentur, tum christianorum animi ad veram virtutem erigerentur. Quamobrem ad Apostolicae dignitatis fastigium evecti de ejus culto promovendo solliciti fuimus, Praedecessorum Nostrorum exemplis etiam excitati. Quae res adeo prospere cessit et gestorum Clarae monumenta tam feliciter, tam integre reperta sunt, ut Deum ipsum ejus causam

(1) Bullam canonizationis S. Clarae de Montefalco hic inserendam putavimus, quia tantae Virginis glorificatio in totius Ordinis Franciscalis decorem redundat, cum ex authenticis documentis initia virtutum sub franciscalis legis directione fundamentaliter posuit. Hinc in Breviario Ordinis (append.) sub die XVIII augusti inscribitur festum « S. Clarae de Montefalco Virg. Tertii Ordinis S. Francisci »; in lectionibus II noct. legitur: « pene infans, ac Tertium Ordinem divi Francisci professa, ita pietati dedita fuit ut etc. »: in nostro Martyrologio, die 11 dec. 1884 a S. Rit. Cong. approbato, itidem asseritur iis verbis « Apud montem Falconem in Umbria, S. Clarae Virginis, quae primum Tertii Ordinis sancti Patris nostri Francisci Regulam professa, postmodum divino spiritu afflata, Ordinis Eremitarum S. Augustini Monialis effecta est.... electa Abbatissa etc. Denique idipsum fatetur P Ioannes Baptista Piergigli Ord. S. Augustini in suo libro « Vita della B. Chiara da Montefalco » cap. XV pag. 45. Nostrum quidem, et maius, erit gaudium Bullam Canonizationis S. Laurentii a Brundusio in *Analectis* referre statim ac emanata fuerit. Interim, et semper, omnes fratres satagant, ut S. Laurentii ardentissimum animarum zelum et S. Clarae a Montefalco erga SS. Trinitatem et Passionem Dni peculiarem devotionem imitentur (N. R.).

promovisse prudentissimus quisque judicaverit. Quamobrem alacriores facti Deo optimo maximo benediximus, quod Nobis licet immerentibus tantae rei explendae gaudium reservasset, et quodam quasi pignore meliores reipublicae christianae eventus spopondisset.

Falcoduni in Umbria, anno Domini MCCLXVIII, nata est Clara, ex piis honestisque conjugibus, Damiano et Jacoba. Ante rationis usum dies eluxit in mente ejus et lucifer ortus est in corde. Quotidie, summo mane surgebat, ut orationi vacaret, in qua vel in interioribus domi cubiculis, vel in Ecclesia S. Joannis, cum grandiuscula esset, plures horas immota perstabat. Nullus sermo nisi de Deo et de rebus ad pietatem pertinentibus; magnus amor erga Jesum Cristum ejusque vulnera. Hinc mirum poenitentiae studium, quo ab ea aetatula flagravit. A solatiis, levibusque oblectamentis, quibus pueri rapiuntur, non modo abstinuit, sed carnem jejuniis macerare, corpusculum verberationibus afflictare in deliciis habuit. Id mirata est ejus soror natu maior Joanna nomine et praestantissimae pietatis foemina, quam Clara propter virtutem in primis diligebat, quaque magistra et duce usa est ad perfectionis viam ingrediendam.

Hac auspice, cum vix sexennis esset, se totam Deo dicavit in pio virginum coetu ab ipsa Joanna ad majorem Dei gloriam rite coacto. Ibi septennio morata est, pietatis, obedientiae et poenitentiae mira praebens exempla. Columbae simplicitatem imitata a mendacio adeo abhorruit, ut neminem mentiri posse putaret: at prudentiam cum simplicitate conjungens silentium tam rigide servavit, ut, si quid inter loquendum ei excidisset, quod temere dictum arbitraretur, statim severissimas a se poenas exigeret, et tamdiu pedibus glacie immersis oraret, quamdiu sibi culpam satis expiasse videretur. Nec minus modestiae et verecundiae studuit. Ipsam matrem nunquam allocuta est nisi operto vultu; de quo cum a sorore suaviter reprehenderetur, suavius ipsa respondit: melius sermone quam vultu aperiri animum.

Septennio elapso in aliud monasterium transiit, quod a Joanna sorore eo loci aedificatum fuit, ubi signum Crucis apparere visum erat, quasi ad designandam piis foeminis aptiorem domicilii sedem. Ibi antistita Joanna, sub regula Eremitarum Augustinianarum vivere statuerunt. Novi domicilii et nondum perfecti incommoda non modo aequo animo tulit Clara, sed suis se exuit vestibus, ut sororibus ad frigus arcendum commodaret, iisque serviles etiam operas, delicato corpore puella, alacriter praestitit. Cum autem jussa esset, stipem ostiatim corrogare, quamquam ad Christi pedes advoluta orare maluisset, tamen libenter obedivit, suumque munus tanta diligentia et profecto executa est, ut ei gratularentur sorores; tanta humilitate et modestia, ut pervicacissimi etiam hominum commoverentur. Eos enim adire solita est, quos ad ludibria et contumelias propensiores noverat. Deinceps, hoc exonerata officio, numquam e monasterio pedem extulit, et in amatissima solitudine dies noctesque inter preces et rerum coelestium meditationem impendit. Dominicam autem passionem infusa virtute contemplabatur. Neque enim quae de ea legerat aut audierat mente recolebat, ut pietatem aleret, vitamque regeret, quod apud bonos commune est; sed supra se elata, rerumque externarum omni sensu carens, Christum ipsum, altissima redemptionis mysteria exequentem videbat cujus imago, intellectum ejus illustrantis et voluntatem ad mirificos amoris actus inflammantis, nec in vigilia nec in somno numquam excidebat animo. Clara autem sub umbra illius sedit et fructus ejus dulcis gutturi suo. Fructus autem poenitentia, quam cum

innocentia mire coniunxit, fere semper nudis pedibus incessit. Super genua inclinato ad parietem capite aut humi strata brevissimi indulsit sommo. Plebei panis frustulis, cum lautius se haberet, cruda olera, agrestia et decidua poma, sicca aut frigida, mollitas fabas addidit. Praeterea vigiliae, cilicia, cruentae verberationes.

Hanc vivendi rationem constanter retinuit, nisi forte aliud ad tempus conscientiae ejus moderator, vel valetudinis vel officii causa praescripsisset. Legitimam quippe obedientiam, more sanctorum, ceteris virtutibus praetulit, eaque inducta est, ut, defuncta Joanna, in Antistitae munere ei succederet. Quod per totam vitam ita exercuit, ut prudentiae et suavitatis mira praeberet exempla, subditisque magis exemplo quam imperio praeesset. Quo factum est ut monasterium a sorore ejus feliciter inchoatum, brevi, regente Clara, summum perfectionis apicem attigerit, et regularum observantia, jugi profectu, eximiarumque Virginum frequentia floruerit.

Hactenus Clara, fulcita floribus, stipata malis, nempe spiritualibus gaudiis superabundans, Sponso suo servierat, in ejusque dilectione suavissime conquiverat. At probationis tempus advenerat, quae quam necessaria sit ad virtutem perficiendam, optime his verbis monet Jacobus Apostolus: Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis, scientes quod probatio fidei vestrae patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habet: ut sitis perfecti et integri, in nullo deficientes. » Multum autem diuque probata est virtus Clarae ut nobilior esset et excelsior. Coelestium gaudiorum fons aruit; perspicuae supernarum rerum intelligentiae tenebrosa caligo, quieti taedium, consolationi angor successit. Quam in partem se verteret nesciebat Clara, innumeris tentationibus et carnis etiam stimulis agitata. Quotidie pessulum ostii sui aperuit dilecto: at ille declinaverat atque transierat: quotidie quaesivit et non invenit illusa, vocavit et non respondit. At ille dormiebat, sed cor ejus vigilabat.

Pluribus elapsis annis, gemitus dilectae turturis auditus est. Quodam die, cum Clara et ferventius oraret, et humilius Sponsi sui se subjiceret voluntati, Christus crucem gestans ei apparuit: columbam, amicam, immaculatam suam pectus aperire jussit, ut cordi signum redemtionis insculperet. Illa surrexit, ut aperiret dilecto suo, et exclamavit: — Ego Dilecto meo, et ad me conversio ejus. — Ex quo tempore, nempe anno decimo quinto ante obitum Clarae, vita ejus semper mirabilis, miraculum omnino extitit; vixit enim vita ipsa Christi, et coelestibus donis gaudiisque ita superabundavit, ut gloriam jam adepta videretur.

Eam autem adepta est die decima septima Augusti anno MCCCVIII, diuturni morbi doloribus sanctissime toleratis, tamque laeta ad Sponsum convolandi ut laetitia in corpus redundante, jam convaluisse Claram medicus ipse judicaverit. Ast illa sororibus lectulum gratulandi causa veluti obsidentibus: — Vere — ait — convalui ab omni mea infirmitate, quod scit Dominus meus crucifixus. — Deinde, cum paullum tacuisset, sublatis ad coelum oculis clara voce dixit: — Manete vos omnes cum Deo, ad quem ego nunc vado — statimque fulgore facies ejus resplenduit.

Cum autem nulla secutae mortis indicia apparerent, imo Clara sedens erecto capite elatisque oculis consisteret, sorores, antequam ejus corpus curarent, a medico certiores de obitu fieri voluerunt. Deinde in corpore curando nec membra riguisse nec carnes flaccuisse animadvertentes, venerationis et stuporis plenae, illud odoribus illinire et recludere

statuerunt ad cor inspiciendum, in quo Dominum Nostrum Jesum Christum crucem suam insculpsisse, Clara pluries, atque etiam morti proxima, testata erat. Et revera eo inspecto, ibi in ventriculi cavo, non modo crucem, sed Crucifixi imaginem et cunctorum Dominicae passionis instrumentorum formas, nempe clavorum, lanceae, spineae coronae, flagelli, columae mirabiliter impressas oculis suis tanto prodigio attonitis usurparunt. Tum cernuae genibusque provolutae Deum optimum maximum tam mirabilem in sanctis suis adoraverunt. Miri Falcudonensium et finitimae regionis incolarum ad monasterium concursus, mirae gratiarum actiones Deo tam insolito testimonio concivem suam honoranti, sibique tantam patronam largienti, cujus sanctitatis insignia ipse Deus ostenderet.

Quibus Spoletanus Antistes permotus, super Clarae virtutibus et miraculis legitimam inquisitionem instituit. Interim undique preces et vota ad Joannem XXII Summum Pontificem perveniebant, ut causam suprema suà auctoritate definiret. Qui, quamquam gravissimis premeretur negotiis et curis, ob maximas tum ecclesiasticae tum civilis reipublicae calamitates, quae brevi adeo exarserunt ut nullus saluti locus reliquus videretur, viris harum verum peritissimis causae cognoscendae curam commisit, instruendique summa cum diligentia processus. Quibus confectis, tribus sacri Senatus Patribus amplissimis, nempe Nicolao Episcopo Ostiensi, Vitalio, qui postea fuit Episcopus Albanensis, et Napoleoni Ursinio Apostolica auctoritate mandadavit, ut processibus ad trutinam revocatis, in Consistorio referrent quid sibi ea de re videretur viamque munirent ad causam definiendam. Ii tam graviter accurateque retulerunt de virtutibus et miraculis inclitae Virginis, ut, historicorum ejus temporis testimonio, nullam solemni definitioni morem interposuisset vehementer commotus Pontifex, nisi furentissimum schisma et mors ejus paullo post secuta impedivissent.

Verumtamem nec aetatum lapsus, nec rerum humanarum vicissitudines aut abolere aut imminuere potuerunt praeclara tantae Virginis facta: imo eorum celebritas in dies increvit et latissime propagata est. Quamobrem summus Pontifex Urbanus VIII anno MDCXXIV, primum cunctis Ordinis Eremitarum sancti Augustini Fratribus, deinde universae Dioecesi Spoletanae facultatem impertiit, ut Officio et Missae propria beatae Clarae oratio adderetur. Deinde anno MDCLXXIII, Clemens X Pont. Max. indulsit lectiones proprias in secundo nocturno recitandas in officio beatae Clarae, quas viderat probaveratque vir summus harumque rerum scientissimus Cardinalis Bona: item permisit ut in Martyrologio Romano inscriberetur beatae Clarae elogium, quod revera inibi legitur sub die 18 Augusti. Ut autem Eremitarum S. Augustini precibus, nec non plurium Episcoporum, Capitulorum, Magnatum, Municipiorum votis satisfaceret, quae cum suis optime congruebant, reassumptionem, ut aiunt, causae, impense suasit et magnopere curavit; jamque decretum de signatura commissionis in promptu erat, datum die 20 februarii anno MDCCXXXVII. Quo anno cum die 6 aprilis coram S. rituum Congregatione propositum esset dubium super approbatione cultus Beatae, seu de casu excepto a decretis Urbani VIII, eadem S. Congregatio respondit: *Constare*, decretumque ejus pontificia sanctione firmatum est a Clemente XII Pontif. Max. die decima tertia praedicti mensis. Tandem anno MDCCCL sa. me. Pius IX Praedecessor Noster, S. R. Congregationis consulto annuens, definivit, ita « constare de virtutibus, ut procedi possit ad ulteriora, et deveniri valeat ad

canonizationem beatae Clarae duobus tantum miraculis de more approbatis. »

Ita se res habebat, cum causae Postulator anno MDCCCLXXXI a Nobis instanter petiit, ut attento mox citato decreto de virtutibus b. Clarae, quod miracula attinet, causam retractari sineremus in statu et terminis, in quibus erat cum acta est in Consistorio Joannis XXII Decessoris Nostri. Nos, re mature perpensa, auditaque sapienti accuratissimaque dilecti filii Promotoris fidei relatione, tum recentibus exemplis inducti, nimirum causarum Martyrum Gorgomiensium aliorumque, tum maxime singularibus causae adjunctis permoti, annuendum censuimus. Itaque die 26 aprilis ejusdem anni decrevimus ut miracula, olim proposita in Consistorio Joannes XXII, iterum discutienda proponerentur in particulari sac. rituum congregatione, quam constare voluimus ex sanctae romanae Ecclesiae Cardinalibus Dominico Bartolini Praefecto, Aloisio Bilio Episcopo Sabinensi, Aloysio Serafini, Thoma Maria Martinelli causae relatore et Miecislao Ledochowski, ut de re decernerent, suffragium ferentibus etiam Praesulibus Officialibus, nempe Protonotario Apostolico, Secretario, Promotore fidei et Assessore. Interim, ut innuimus, ipsa beata Clara suae causae quodammodo patrocinata est. Etenim praeter spem reperti sunt Codices authentici supradictam relationem Consistorialem, nec non legitima omnium testium examina et responsa continentes, praesertim de signis passionis Dominicae in corde S. Clarae inspectis. Cum autem in ea relatione, ceterisque documentis plusquam tercentum miracula exhiberentur, triginta quinque tunc a PP. Cardinalibus selecta sunt in Consistorio proponenda, ex quibus particularis SS. Rituum Congregatio a Nobis indicta, sex utpote praestantiora secrevit, maturoque subjecit examini die 30 julii MDCCCLXXXI. De iis porro sex constare censuit, videlicet:

I. De repertis in corde beatae Clarae prodigiosis signis mysteriorum passionis et crucis Domini Nostri Jesu Christi in primo genere;

II. De instantanea perfectaque sanatione Cepti Speranza adolescentis a monstruoso varo pedum a nativitate contracto;

III. Antonii Romanoni adolescentis ab inveterata turpi claudicatione, cum sinistri cruris retractione, anchylosi aliisque gravibus symptomatibus;

IV. Florae Nicolai a completo et inveterato uteri prolapsu;

V. Pueri Lucarelli Jacometti a cancro oculorum, cum caecitate et enormi bulborum extra orbitam prolapsorum devastatione;

VI. Chini Raynaldutii Clerici ab hernia inguinali dextera inveterata.

S. Congregationis votum Nobis submissum implorato divini luminis auxilio, confirmavimus, et Dominica intra octavam Nativitatis beatissimae Virginis eodem anno MCCCLXXXI solemniter decrevimus: *Constare de sex relatis miraculis.* Simulque decrevimus, attenta approbatione virtutum, et peculiaribus causae adjunctis, *Tuto procedi posse ad beatae Clarae a Cruce canonizationem.*

Deinde in Consistorio coram Nobis coacto die 31 octobris ejusdem anni, Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium sententiam rogavimus, qui, audito dilecto filio Nostro causae Relatore, non modo adstipulati sunt, sed etiam petierut ut suis votis quamprimum Nostrae auctoritatis oraculum accederet. In quorum sententiam unanimiter mirificoque studio itum est a Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis in publico Consistorio habito coram Nobis die 25 novembris ejusdem anni, causam perorante dilecto filio Joanne Baptista De Dominicis Tosti Nostrae Consisto-

rialis Aulae Advocatorum Decano. Cujus rei instrumenta a dilectis filiis Sedis Apostolicae Notariis publice confecta in tabularium sac. rit. Congregationis relata sunt.

Ad solemnem hanc Canonizationem celebrandam diem statuimus octavum decembris, universi orbi catholico laetissimum faustissimumque, quippe dicatum recolendo celebrandoque mysterio immaculati Deiparae Conceptus, cujus patrocinium, tam dilectam Filii sui sponsam honorando, non modo festinare, sed quodammodo urgere voluimus. Indictis interea jejuniis, statutisque Ecclesiis ad sacras indulgentias lucrandas, hortati sumus omnes Christi fideles, ut precibus et obsecrationibus divinum Nobis numen in re tanti momenti propitium redderent.

Statuta die singuli romanae Curiae Praesules et Officiales, cuncti Ven. Fratres Nostri S. R. E. Cardinales, Patriarchae, Primates, Archiepiscopi, Episcpi in superiorem Vaticanae Basilicae Porticum, ad instar templi perbelle instructum (nam Basilicam publice adire in hac Nostra captivitate non decebat, nec tutum erat) convenerunt, quibus solemni supplicatione praeeuntibus, Nos ingressi sumus. Tunc dilectus filius Noster Dominicus Card. Bartolini, sacrae rituum Congregationis Praefectus et Canonizationi huic procurandae praepositus, perorante dilecto filio Joanne Baptista De Dominicis Tosti Consistorialis Aulae Advocatorum Decano, vota Nobis precesque detulit sacrorum Antistitum universique Eremitarum Augustinianorum Ordinis, ut beatam Claram e Cruce, cum aliis Beatis inferius nominandis, in Sanctorum numerum referremus. Cum vero iterum et tertio eadem vota delata, eaedem preces adhibitae fuerint, Nos primum universae coelestis aulae praesidio, dein divini Spiritus lumine ferventer implorato, ad honorem sanctae et individuae Trinitatis, ad catholicae fidei incrementum et decus, auctoritate Domini Nostri Jesu Christi, beatorum Petri et Pauli Apostolorum et Nostra, matura deliberatione et voto Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum, Episcoporum consilio, praedictam Claram a Cruce, monialem Augustinianam sanctarum Virginum albo adscripsimus.

Cui in sanctitatis honore sociavimus Joannem Baptistam de Rubeis presbyterum Canonicum S. Mariae in Cosmedin, Laurentium a Brundusio sacerdotem professum Ordinis Fratrum Franciscalium Capulatorum et benedictum Josephum Labre, singulos virtutum christianarum excellentia, imitatione Domini Nostri Jesu Christi et miraculorum gloria in Ecclesiae Dei insignes.

Ejusdem sanctae Clarae a Cruce memoriam quotannis die 18 Augusti in Martyrologio referri mandavimus, atque omnibus christifidelibus, qui eo die exuvias venerati fuerint, indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum in Domino largiti sumus. Gratiis deinde Deo optimo maximo habitis, Sacrum solemne operati sumus et, Evangelii lectione peracta, Clerum et populum ad venerandum novensiles Sanctos, eorumque patrocinium precibus bonisque operibus demerendum excitavimus. Plenariam denique indulgentiam solemni ritu praesentibus impertivimus, atque Apostolicas hasce litteras, manu Nostra et Sanctae Romanae Cardinalium signatas sub plumbo expediri mandavimus.

De sublimi honore ab hac sancta Apostolica Ecclesia filiis suis reddito gaudeamus in Domino, omnesque gestiant ad quos pergratum istud nuncium advenerit. Videte, filii carissimi, nonne Deus elegit pauperes ex hoc mundo divites fide et haeredes regni, quod repromisit diligentibusse? Imitamini igitur S. Claram, ut calcato diabolo, mundique

stultitia contempta, coronam securitatis accipiatis, quae est a Christo, qui Dei veritas et virtus est. Nolite audire Antichristos saeculi, qui quod ignorant blasphemant, quaecumque autem naturaliter norunt, in iis corrumpuntur. Ii sunt qui segregant semetipsos, animales spiritum non habentes. Vos autem superaedificantes vosmetipsos sanctissimae vestrae fidei, in Spiritu Sancto orantes, vosmetipsos in dilectione Dei servate, expectantes misericordiam Domini Nostri Jesu Christi in vitam aeternam.

Omnibus itaque quae inspicienda erant bene perpensis, certa ex scientia et Apostolicae auctoritatis Nostrae plenitudine, omnia et singula praedicta confirmamus, roboramus, atque iterum statuimus, decernimus, universaeque catholicae Ecclesiae denunciamus, mandantes ut earumdem praesentium transumptis, sive exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus fides habeatur, quae hisce Nostris haberetur si ostensae atque exhibitae forent.

Si quis vero paginam hanc Nostrae definitionis, mandati, relaxationis et voluntatis infringere, vel temerario ausu ei contraire voluerit, aut attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et sanctorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo octogesimo primo, decimo octavo kalendas Januarii, Pontificatus Nostri anno IV.

Ego LEO Catholicae Ecclesiae Episcopus.

Ego Camillus Episcopus Hostiensis et Veliternus Card. Decanus De Petro S. R. E. Camerarius.

Ego Carolus Episcopus Portuensis et S. Rufinae Card. Sacconi Pro-Datarius.

Ego Aloisius Episcopus Sabinensis Card. Bilio major Poenitentiarius.

Ego Antoninus Episcopus Praenestinus Card. de Luca Vice-Cancellarius.

Ego Jo. Baptista Episcopus Tusculanus Card. Pitra.

Ego Gustavus Episcopus Albanensis Card. Hohenlohe.

Ego Fr. Antonius M. tit SS. XII Apostolorum presbyter Card. Panebianco.

Ego Lucianus tituli S. Laurentii in Lucina presbyter Card. Bonaparte.

Ego Innocentius tit. S. Caeciliae presbyter Card. Ferrieri.

Ego Raphael tit. S. Crucis in Hierusalem presbyter Card. Monaco La Valetta.

Ego Flavius tit. S. Mariae de Populo presbyter Card. Chigi.

Ego Aloisius tit. S. Anastasiae presbyter Card. Oreglia.

Ego Fr. Thomas tituli S. Priscae presbyter Card. Martinelli.

Ego Rogerius tit. S. Laurentii in Pane Perna presbyter Card. Antici-Mattei.

Ego Miecislaus tit. S. Mariae in Aracoeli presbyter Card. Ledochowski.

Ego Joannes tituli S. Petri ad Vincula presbyter Card. Simeoni.

Ego Dominicus tituli S. Marci presbyter Card. Bartolini.

Ego Jo. Baptista tituli SS. Bonifacii et Alexii presbyter Card. Franzelin.

Ego Eduardus tituli SS. Joannis et Pauli presbyter Card. Howard.

Ego Aloisius tituli S. Hieronimi Illiricorum presbyter Card. Serafini.

Ego Lucidus M. tituli S. Sixti presbyter Card. Parocchi.

Ego Laurentius tituli S. Mariae Transtiberim presbyter Card. Nina.

Ego Caietanus tituli S. Mariae trans Pontem Ælium presbyter Card. Alimonda.

Ego Petrus Franciscus Tituli SS. Syl-

vestri et Martini presbyter Card. Meglia.

Ego Jacobus tituli S. Balbinae presbyter Card. Cattani.

Ego Ludovicus tituli S. Mariae de Victoria presbyter Car. Jacobini.

Ego Dominicus tituli S. Pudentianae presbyter Card. Sanguigni.

Ego Antonius tituli SS. Vitalis Gervasii et Protasii presbyter Card. Hassun.

Ego Theodulphus S. Mariae in Via Lata Card. Protodiaconus Mertel.

Ego Dominicus S. Mariae in Domnica Card. diaconus Consolini.

Ego Laurentius S. Mariae in Cosmedin Card. diaconus Randi.

Ego Æneas S. Mariae ad Martyres Card. diaconus Sbarretti.

Ego Federicus S. Angeli in foro Piscium Card. diaconus de Falloux de Coudray.

Ego Antonius S. Mariae in Aquiro Card. diaconus Pellegrini.

Ego Josephus S. Agathae ad Suburram Card. diaconus Pecci.

Ego Josephus S. Nicolai in Carcere Tulliano Card. diaconus Hergenroether.

Ego Fr. Thomas SS. Cosmae et Damiani Card. Diaconus Zigliara.

C. Card. Sacconi Pro-Datarius — Th. Card. Mertel. Visa De Curia I. De Aquila e Vicecomitibus. Loco ✠ plumbi. Reg. in Secret. Brevium. I. Cugnonius.

EX S. RITUUM CONGR.

MONITUM

quoad usum sacrorum paramentorum ex gossypio, lino, aut lana confectorum. (1)

Etsi S. Congregatio Rituum saepe illicitum declaraverit usum casularum, aliorumque similium sacrorum paramentorum ex tela gossypii aut lini aut etiam lanae confectorum: attamen a nonnullis fabricatoribus harum telarum, paramenta ejusmodi ita venumdantur quasi ab ipsa S. Congregatione nunc eadem permissa fuerint. Ad omnimodam igitur tollendam, in re tam gravi falsam opinionem, monentur Rmi Ordinarii Dioecesium, decreta jam emanata, quod hanc rem, ab eadem S. Congregatione, in sua plena permanere vi ac robore, neque ullam existere nuperrimam dispositionem, quae aliquo modo eadem modificaverit.

Ex Secretaria S. Congregationis Rituum, die 28 Iulii 1881.

Placidus Ralli *Secretarius.*

Avvertimento. — Quantunque la S. Congregazione dei Riti abbia più volte dichiarato illecito l'uso delle pianete e di altri simili sacri paramenti, fatti con tessuti di cotone o di lino od anche di lana, nondimeno da alcuni fabbricatori di tali tessuti vengono posti siffatti paramenti, quasi che essi dalla medesima S. Congregazione siansi ora permessi. A togliere pertanto qualsivoglia falsa opinione in una così importante materia, vengono avvertiti i Revmi Ordinarii Diocesani, che i decreti emanati già su questo argomento dalla stessa S. Congregazione rimangono in pieno vigore, nè esiste alcuna nuova disposizione, che li abbia in veruna guisa modificati.

Dalla Segreteria della S. C. dei Riti li 28 Luglio 1881.

Il Segretario Placido Ralli.

(1) Ex verbo facto, ad plurimorum nostrorum religiosorum instantiam, cum Emo Card. S. Rit. hodierno Praefecto, resultat Decretum illud aliaque eadem de re emanata, etiam pro Ordine nostro, quid quid in contrarium fuerit dictum et praetensum, suum habere robur plenissimum. (N. R.)

E S. CONG. INDULGENT.

ORATIO cum Indulgentia tercentum dierum ad S. Joseph, seu patronum Ecclesiae Catholicae.

Beatissime Pater

Episcopus Salfordien. ad pedes Sanctitatis Tuae exosculans, provolutus, humili Tibi demissione exponit, Angliae Episcopos in precum *Enchiridio* conficiendo adlaborare, eas praesertim seligentes, quas Rom. Pontifices sacris olim Indulgentiis ditarunt. Iam vero, quum in ea, quae nuper edita fuit, precum piorumque Operum collectione, Oratio ad S. Ioseph uti Ecclesiae universae Patronum nequaquam reperiatur, idem Episcopus Sanctitatem tuam supplex efflagitat, ut precationem, quam huc subdit, quibusvis recitantibus tercentorum dierum indulgentiam, quae animabus etiam piacularibus flammis addictis per fideles applicari possit, perpetuo concedere dignetur.

ORATIO
ad S. Ioseph M. V. Sponsum et Ecclesiae Patronum.

O beate Ioseph, quem Deus ad nomen officiaque Patris erga Iesum gerenda praestituit, deditque Mariae semper Virgini purissimum Sponsum, et Sacrae in terris familiae Caput; quem denique Christi Vicarius Ecclesiae universae, ab ipsomet Christo Domino fundatae, Patronum adsertoremque elegit; maximâ hic qua possum fiducia, eidem Ecclesiae, quae in terris militat, praepotens auxilium tuum imploro.

Tuere, quaeso, speciali cura, vereque paterno quo flagras amore, Rom. Pontificem, omnesque Episcopos ac Sacerdotes sanctae Petri Sedi coniunctos. Esto omnium defensor, qui salvandis animabus inter angores atque huius vitae incommoda laborant; omnesque ut populi Ecclesiae se sponte submittant efficito, quod est salutis assequendae medium omnino necessarium.

Donationem item mei, quam plene atque integre Tibi exsequor, sanctissime Ioseph, libens volensque excipito. — Tibi me totum dico, ut semper mihi Pater, Protector ac Dux in via salutis esse velis.

Eximiam cordis munditiem, atque incensum vitae interioris amorem mihi impetra. Fac ut ipse tua vestigia premens, omnes actiones meas ad maiorem Dei gloriam, divini Cordis Iesu et immaculati Cordis Mariae Virginis affectibus coniunctas dirigam.

Demum pro me ora, ut pacis et gaudii sim particeps, quibus ipse sanctissime moriens olim gavisus es. Amen. »

SSmus D. N. Leo Papa XIII in audentia habita die 18 Iulii 1885 ab infrascripto Secretario Sac. Congregationis Indulgentiis sacrisque Reliquis praepositae, omnibus utriusque sexus Christifidelibus praefatam orationem, corde saltem contrito ac devote recitantibus, Indulgentiam *tercentum dierum*, defunctis quoque applicabilem, semel in die lucrandam, benigne concessit. Praesenti *in perpetuum* valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Datum Romae ex Secretaria eiusdem Sac. Congregationis die 18 Iulii 1885.

I. B. Card. FRANZELIN *Praefectus.*

FRANCISCUS DELLA VOLPE *Secretarius.*

LAUDES in Christi Iesu et Mariae virginis honorem cum indulgentia centum dierum.

Beatissime Pater,

Romanus Presbyter Petrus Bogarini ad pedes Sanctitatis Tuae eosdem exosculans provolutus, ab Eadem, humili

demissione supplex efflagitat, ut aliquam de Ecclesiae Thesauro Indulgentiam omnibus Fidelibus precem quam vocant, *Encomium* seu Laudationem quae subjacet recitantibus, in laudem Christi Iesu et Mariae Virginis, ut convicia probraque quibus Iidem, blasphemiis praesertim impetuntur, concedere dignetur.

Laus Christi Iesu.

Laudetur Iesus Dei Filius — Verus Deus, verus Homo — Vitae auctor — Sapientia aeterna — Bonitas infinita — Deus Pacis — Pastor bonus — Pater benevolentissimus — Salvator noster — Spes nostra — Amor noster — Vita nostra — Nostrum principium — et Finis noster. (Quibus singulis respondetur — Laus aeterna Iesu).

Laus Mariae Virginis.

Laudetur Maria aeterni Patris Filia — Verbi Incarnati Mater — Sponsa Divini Spiritus — Mundo redimendo coadiutrix — Regina immaculata — Gratia plena — Refugium peccatorum — Mater clementissima — Miserorum solatrix — Afflictorum salus — Stella rebus in arctis propitia — Tutus viatornm portus — Solatium nostrum in vita. — Spes nostra in morte.

(Quibus singulis respondetur — Laudetur Maria — semper).

SSmus D. N. Leo Papa XIII in audientia habita die 18 Iulii 1885 ab infrascripto Secretario s. Congregationis Indulgentiis sacrisque Reliquiis praepositae omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui utramque suprascriptam laudem, corde saltem contrito ac devote recitaverint, Indulgentiam *centum dierum* semel in die lucrandam, benigne concessit. Praesenti *in perpetuum* valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Datum Romae ex Secretaria eiusdem Sac. Congregationis die 18 Iulii 1885.

I. B. Card. FRANZELIN *Praefectus.*

FRANCISCUS DELLA VOLPE *Secretarius.*

URITANA

DUBIA quoad paramenta induenda a Sacerdote pro lucranda Indulgentia plenaria Altaris privilegiati.

Cum in Theologia morali auctore Petro Scavini edit. 11. l. 3. pag. 229 § 283: apud Ernestum Oliva Mediolani bibliog. edita 1869 sic scriptum reperiatur: « Ex responsione S. Cong. Indulgentiarum 11 Apr. 1840. — Sacerdos debet celebrare in paramentis nigris, diebus non impeditis, ut lucretur Indulgentiam Altaris privilegiati. Hinc quaeritur 1. an niger color sensu exclusivo debeat intelligi, ita ut Indulgentiam Altaris privilegiati non consequatur qui v. g. ad ministrandam Eucharistiam per modum sacramenti cum paramentis violaceis Missam de Requiem celebret? 2. Utrum qui hac vel quacumque alia ratione Indulgentiam Altaris privilegiati non lucretur, possit satisfacere applicando aliam Indulgentiam plenariam defunctis, pro quibus ad altare privilegiatum celebrare debuerat? S. Congr. Indulgentiarum die 2 Maii 1852 respondit: Ad 1. ut fruatur Altari privilegiato Sacerdos, diebus non impeditis celebrare debet Missam defunctorum et uti paramentis nigris, vel ex rationabili causa violaceis. Ad 2. Negative. »

Ioseph Canonicus Ribezzo humillime postulat ut S. Congregatio Indulgentiarum declarare dignetur: Utrum haec responsio quoad 2. partem sit apocrypha? et quatenus negative, utrum intelligenda sit etiam de Sacerdotibus, qui ad Altare privilegiatum celebrare debuerant et iam celebraverint, sed non cum paramentis nigris a rubrica non impeditis? et qua-

tenus affirmative, quomodo ipsa conciliari possit cum decreto eiusdem S. Congnis Indulgentiarum 22 Februarii 1847 in quo ad quaesitum: Qui (sacerdos) diebus permissis non celebravit in paramentis nigri coloris in Altari privilegiato ad acquirendam Indulgentiam Plenariam ad quid tenetur? responsum fuit: debet lucrari indulgentiam plenariam pro iis defunctis quibus Missae fructum applicuit, toties quoties diebus non impeditis usus non est indumentis nigri coloris.

Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita die 24 Iulii 1885 proposito dubio respondit: *Responsio est authentica.* In decreto vero diei 22 Februarii 1847 tantummodo Sacerdotibus, pro quibus postulatatur de ratione qua compensare debebant Indulgentiam Altaris Privilegiati ad quam applicandam obligarentur, et quam bona fide errantes, non erant lucrati, concessit S. Congregatio ut compensatio fieret per applicationem alterius Indulgentiae Plenariae toties quoties illam Altaris privilegiati non fuerant lucrati. Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. Congregationis eadem die 24 Iulii 1885.

I. B. Card. FRANZELIN *Praefectus.*

IOSEPHUS M. CAN. COSELLI *Substitutus.*

DECRETUM

S. C. Indulg. concedens indulgentiam centum dierum pro oratiuncula quadam ad B. M. V. Immac.

Beatissime Pater! Procurator Generalis Congregationis Missionis ad osculandum pedem S. V. prostratus, nomine Filiarum Mariae centum millium et amplius a Filiabus Charitatis directarum et permultorum aliorum fidelium, supplicat S. V., ut velit indulgentia centum dierum ditare invocationem:

O Maria concepita senza peccato,
pregate per noi, che ricorriamo a Voi
O Maria sine peccato concepta,
ora pro nobis, qui ad Te confugimus. (1)

quae oratio jaculatoria in omni lingua et tam saepe quotidie recitatur. Pro qua gratia etc.

SSmus D. N. Leo PP. XIII in Audientia habita die 15 Martii 1884 ab infrascripto Secretario Sacrae Congregationis Indulgentiis sacrisque Reliquiis praepositae, omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui praefatam oratiunculam corde saltem contrito ac devote recitaverint, indulgentiam centum dierum semel in die lucrandam, benigne concessit. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sacrae Congregationis die 14 Martii 1884.

Al Card. OREGLIA a S. Stephano *Praef.*

FRANCISCUS DELLA VOLPE, *Secret.*

COLLECTANEA

INSTRUCTIONUM ET RESOLUTIONUM S. SEDIS

FRATRIBUS NOSTRIS SCITU ET MEMORATU UTILIUM.

Praenotandum. Quoniam modernis temporibus, ob infaustas rerum vicissitudines, archiviorum et bibliothecarum impiam dilapidationem, fratrum dispersionum, studiorumque intranquillam prosecutionem, innumerae fere SS. Congregationum instructiones et decisiones quasi ignoratae jaceant, quae tamen omnibus sacerdotibus nostris utilissima, imo haud raro om-

(1) Gallice: O Marie conçue sans péché, priez pour nous qui avons recours à Vous.

nino necessaria dici debent, sive ad meliorem interpretationem litterae et *sensus juris regularis*, sive ad perfectam decretorum S. Sedis observantiam, opportunum judicavimus, ex inconcussis monumentis et authenticis documentis, illa omnia intelligentiae et *memoriae* fratrum exhibere, quorum notitia *juris reverentiam, et regularem eruditionem* promovere possit. Objectum siquidem Analectorum (praeter alia) est publici juris facere et toti Ordini manifestare non solum « S. Sedis novissima Decreta et Acta, quae Ordinem aliqualiter respiciunt » sed etiam « ipsa Apostolica Decreta, quae, etsi non recentiora, tamen in memoriam revocari est opportunum », ut expresse declaratum fuit a Rmo P. Min. Generali in decreto 1 Nov. 1884 (Vid. Analect. pag. 6. I.). Quod si aliqua ex his decretis eruditissimos haud latent, meminerint omnes, nos debitores esse sapientibus et insipientibus.

I. — Sodales Scapularis B. M. V. dispensantur, gravi de causa, ab officio parvo et abstinentia.

S. Congregatio Indulgentiis Sacrisque reliquiis praeposita in una Ambianen. sub die 6 augusti 1841, proposito dubio: — An fideles dispensari possint ab obligatione vescendi ut dicitur *di magro* feria IV cujuslibet hebdomadae, quae praescripta est gestantibus sacrum scapulare? Respondit: — Accedente gravi impedimento non teneri confratres neque ad jejunium, neque ad recitationem horarum canonicarum, aut officii parvi B. M. V. neque ad abstinentiam diebus mercurii et sabati: consulendi tamen fideles, ut hoc in casu se subjiciant judicio docti, et prudentis confessarii pro aliqua immutatione impetranda. In quorum fidem.

2. Missa in nocte Nativitatis D. N. I. C. in oratoriis novitiatuum.

Congregationis clericorum regularium Sancti Pauli Barnabitarum — Quum in Ecclesia adjecta Collegio Novitiatus Clericorum Regularium Sancti Pauli Barnabitarum in Civitate Ianuen. in Nocte Nativitatis Domini nec Divina Officia, nec solemnis Missa locum habeant, id grave admodum experiens hodiernus Collegii ipsius Superior, propriae et Novitiorum pietati satisfacturus, superiori anno 1847, in hac ipsa sacratissima Nocte post Matutini recitationem, Missam cum cantu celebravit in Novitiatus ipsius Sacello ratus id exequi posse vi Privilegiorum Regularibus concessorum. Verum cum diversae circumferantur super facto opiniones inter Alumnos Collegii ipsius, ac ex eis aliquis contendat id omnino non licere, quia vetitum est in solemnitate illa celebrare in privatis Sacellis, et quia Sacellum istud non inservit Religiosae familiae, sed Novitiis tantum; ut indubia habeatur declaratio, quae futuris etiam temporibus, veluti norma servetur, Sacrorum Rituum Congregatio super facto ipso de sententia rogata, in Ordinariis Comitiis hodierna die ad Quirinale coadunata, ad relationem mei subscripti Secretarii, omnibus maturo examine perpensis consideratisque, rescribendum censuit: Posse juxta exposita.

Atque ita rescribere rata est, et declarare. Die 22 julii 1848.

3. — Uvarum usus apud Minores communi mensae, non vero eliciendo vino destinentur.

Bme Pater. P. Guardianus nostri coenobii Pergulani vites quasdam selectae uvae non ita pridem instituit in horto, ut harum uvarum usus non communi mensae ut assolet inter nos, sed eliciendo vino destinaretur. Quae res cum constitutionibus ordinis (et apostolicis addere

debuerat) adversetur, congruam idcirco a Sanctitate S. facultatem impetrare avet, ut tuto ac tranquille propositum suum perficere queat. Quod tantumdem est ne dicere, auferatur lex quae propriae cupidini opponitur; quae sententia si obtineret, actum esset de quocumque morali systemate, quod flentes nostris temporibus utique evenire perspicimus.

Antequam hisce precibus quid sit rescribendum aperiam, nonnulla observanda in antecessum pono, ac maxime opus est notare.

1. Quod conventus S. Antonii Pergulae satis superque vini habeat, et quidem bonae qualitatis ex sola mendicatione, ut plurium saeculorum experimento comprobatur, nec ulla proinde necessitate adigatur vel plantandi vineas, vel in vinum vertendi uvas in horto editas.

2. Quod nostrae leges permittunt profecto ut pometa ac vites in hortis instituantur sed tamquam necessaria hortalitia ut dicitur in Clem. Exivi, id est pro solo usu mensae communis instar fructuum, non vere ad venditionem vel ad vinum faciendum, excepto aliquo necessitatis casu , et haec observatio coercere quoque debet praedictorum quantitatem.

3. Quod guardiani Pergulani postulatum non tantum legibus verum naturae ipsi, ni fallor, repugnare videtur; eo namque tempore quo omnes homines etiam triviales, sive petendo sive emendo sive furando, uvas sibi comparant atque manducant, soli religiosi coenobii S. Antonii sub oculos habebunt optimas proprii horti uvas quin eas tangere vel degustare valeant ob interdictum improvidi superioris, qui subditos suos damnat poena Tantali, quem inter pomorum et aquae copiam fame sitique excruciari poetae fabulantur. Atque hinc eo in coenobio necessario exorientur lamentationes, carmen et voces, et quod pejus esset, occulta quoque fortasse uvarum ablatio; qui agendi modus toti religiosae familiae fastidium afferet. En quo tandem duceret ingratae gratiae impetratio.

Cum itaque allatae preces nulli necessitati nullique urgenti causae innitantur, et aliunde legibus, aequitati, prudenti regimini nec non communi religiosorum voto contrariatur quod petitur; apertissime inde sequitur easdem preces rejiciendas, ac oratori, adhuc juveni et inexperto rescribendum censerem: Memoratas uvas juxta leges pro usu publicae mensae loco fructuum adhiberi oportere, ne inter fratres perturbationibus obtrectationibusque sit locus, dummodo aliter non decernat sapientissima mens S. V. cujus S. P. maxime veneror.

Datum apud Aracoeli 14 julii 1843. Fr. Aloysius Flamini a Laureto procurator generalis ordinis.

Sacra Congregatio Episcoporum et Regularium (petitioni hujus Guardiani) rescribendum censuit: Non expedire. Romae, septembris 1843. (1)

4. Missa de requie in octiduo defunctorum. — Pulsatio organorum in Adventu et Quadragesima — Velatio imaginum in Sab. Sancto et Praeconium — Officium subdiaconi per clericum regularem.

Florentin. seu Ordinis Minorum de Observantia

Quum guardianus Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia coenobii

(1) *Concludendum*. I. « Haec videtur paupertas Fratrum Minorum, quae hic determinatur: Attenditur in duobus. Unum est, ut non recipiant aliquod fixum sicut redditum; et hoc est, quoniam tamquam peregrini, et advenae in paupertate debent Domino famulari. Aliud, quod debent habere paupertatem quantum ad usum, ut taliter sint pauperes quod sint mendici (IV Expositores *in Expos.* Reg. c. VII.).

II. Quod si in aliquibus conventibus (paucissimis quidem) elicitur vinum, etc; tunc Superiores habita ad hoc *necessaria licentia* per Min., Gen.,

omnium Sanctorum in civitate Florentina Sacrorum Rituum Congregationem enixe rogarit ut declarare dignaretur sequentia dubia nimirum:

1.) An adsit generale decretum permittens unicam missam solemnem de requiem in qualibet ecclesia octiduo defunctorum perdurante?

2.) An liceat in dominicis Sacri Adventus et quadragesima pulsare organa in missis solemnibus, praeter dominicas a rubrica exceptas? et quatenus hic usus in aliqua ecclesia vigeat, an sit eliminandus?

3.) Quum ex rubricis Sabbato *Sitientes* velantur Sacrae Imagines Altarium, quaeritur an liceat eas detegere feria sexta in Parasceve, et non ad hymnum angelicum in Sabbato Sancto, uti rubricae ipsae praescribunt?

4.) An tolerandus sit usus ut in Sabbato Sancto praeconium cantatur ab alio diacono diverso ab illo qui missae inservit, adeo ut duo sint diaconi, alter missae, alter vero praeconii?

5.) An pariter permitti possit ut clericus regularis interdum nec tonsura initiatus, subdiaconi officio fungatur in missa solemni, dum alter vel sacerdos vel in majoribus constitutus ordinibus adest, qui ut subdiaconus inservire potest eidem missae solemni?

Sacra eadem Congregatio in hodiernis ordinariis comitiis ad Quirinale coadunata, referente me suscripto secretario, respondendum censuit:

Ad primum, non adesse generale decretum.

Ad secundum, abusum esse eliminandum.

Ad tertium, velatas manere debere usque ad hymnum Angelicum Sabbati Sancti, juxta alias decreta.

Ad quartum, usum esse contrarium decretis.

Ad quintum, in casu necessitatis, dummodo non sit alter, sed debere esse clericum. — Atque ita rescripsit ac servari mandavit die 22 julii 1848.

5 — Imagines S. P. N. Franc. habitu Tertiariorum indutae.

Ordinum de Observantia, Conventualium et Capucinorum. — Procuratores generales ordinum S. Francisci de Observantia, Conventualium et Capucinorum, S. Rituum Congragationi exposuerunt novissime fratres tertiarios congregationis Galliae imaginem S Francisci confessoris pingere et sculpere inchoasse habitu, quem ipsi tertiarii gerunt, indutam. Quare humiliter supplicarunt iisdem hujusmodi abusum prohiberi. Et S. eadem Congregatio jussit, ut ordinarii in eosdem fratres tertiarios constitutionem sa. me. Urbani VIII, quae incipit: Sacrosancta Tridentina Synodus, sub datum Romae apud S. Petrum die 15 martii 1642, omnino exequantur. Die 8 junii 1658.

6 — Prohibentur imagines S. P. N. Francisci habitu tertiariorum indutae.

Ordinum de Observantia, Conventualium et Capucinorum. — Instantibus procuratoribus generalibus ordinum de Observantia, Conventualium et Capucinorum, S. Rituum Congregatio censuit, imagines S. Francisci confessoris impressas, sculptas, aut depictas a fratribus tertiariis Congregationis Galliae habitu quem ipsi tertiarii gerunt indutas omnino suspendendas et abolendas esse, injungendumque dictis fratribus tertia-

---

sedulam navent operam, ut charitas paterna erga subditos detrimentum nullatenus patiatur cum ex illa charitate temporalium etiam oritur abundantia, per misericordiam benignissimi Domini nostri. Subditi vero quae sua sunt minime quaerant, et memores quod « mortificatio maxima vita communis », agendi rationem Superiorum nullatenus judicent. Sic omnia pacifice, religiose et salutariter procedant. — (N. R.)

riis, ne sub poenis arbitrio hujus S. Congregationis, talia amplius audeant peragere, et ita omnino servari mandavit. Die 13 julii 1658.

7. — Officium super cadaver. quae tumulantur in eccl. reg. factum per Curatos.

Urbis — Commissarius generalis in curia minorum Observantium S. Francisci petiit definiri, an curati aliique clerici saeculares occasione funeralium possint in ecclesiis regularium sui ordinis officium facere super cadaveribus quae tumulantur in dictis ecclesiis, aut quidquam aliud exercere sine expressa licentia guardiani ecclesiarum praedicti ordinis; et Sacra Congregatio in omnibus respondit: *Negative, videlicet: Non posse. Die 21 junii 1636.*

8 — Libri liturgici Regularium, quoad examen ante emend. Cerem. Episc.

Coeremonialium Regularium. — Distribui ego secretarius inter Emos. PP. coeremonialia, officia, et ritualia propria uniuscujusque religionis usque in praesens mihi consignata et per eosdem Emos Patres dictum, non esse prius examinanda quam fuerit revisum, emendatum et approbatum Coeremoniale episcoporum, ideoque mandatum mihi ut de hoc faciam verbum cum Sanctissimo pro exquirenda mente Sanctitatis Suae. Die 12 martii 1632.

9. — Recitatio in choro officii non approbati, ratione devotionis, improbatur.

Mediolanen. — Provincialis ordinis servorum in Gallia Cisalpina, Sacrae Rituum Congregationi exposuit denunciatum fuisse in visitatione conventus S. Bernardi plebis Incini Mediolanen. dioecesis, fratrem Dionysium Bonfilium magistrum in theologia, et priorem dicti conventus, qui de anno 1601, sub die 23 augusti et per octo dies sequentes recitare fecit in choro officium beati Philippi ejusdem ordinis manuscriptum, et non approbatum, ob devotionem erga dictum beatum Philippum, cui officio alii fratres dicti monasterii interesse noluerunt, sed tantum interfuit ipse prior cum alio fratre, Josepho Garimberto vocato. Quare dictus provincialis petiit a S. Congregatione praedicta: an dictus prior meruerit poenam et quam?

Sacra Rituum Congregatio respondit mereri poenam, et privandum esse voce activa et passiva ad tempus, et ita declaravit die 23 novembris 1602.

10, Regulares episcopatum abdicantes tenentur ad claustra redire.

Decernimus, ut monachi, mendicantes, et cujuscumque alterius instituti regulares, specialissima etiam mentione digni, qui episcopatu sibi pridem collato, quacumque de causa, se in posterum abdicare permissi fuerint, claustra suae religionis repetere omnino teneantur et debeant, iis tantum exceptis, qui a nobis, sive a romanis pontificibus antecessoribus aut successoribus nostris, obtinuissent, vel obtinebunt facultatem expressam vivendi extra claustra, sacro alicui muneri, quod cum vita claustrali exerceri non posset, ex peculiari voluntate nostra, vel eorumdem antecessorum aut successorum nostrorum, speciatim addicti, quod quidem munus respiciat servitium et obsequium nostrum, vel successorum nostrorum sive hujus sanctae Apostolicae Sedis. (Ex Bulla Bened. XIII *Custodes*).

11. Regulares quoad titulum ad primam tonsuram et 4 min. — Iidem tonsurati... si dimitt.

Beatissime Pater. — Pius PP. VI per litteras apostolicas sub annulo Piscatoris motu proprio datas die 25 junii anni 1777, prohibuerat, ne cui episcopus Melitensis primam tonsuram conferret, nisi titulum substentationis habenti. Revera

quum in titulis hujusmodi describendis, non nisi beneficia, capellanias, pensiones et patrimonia memoret, directe de regularibus non videtur locutus. Tamen ex illo tempore in dioecesi Melitensi regulares non nisi cum titulo paupertatis nimirum, ad tonsuram ordinesque minores promoveri consueverunt. Quumque hic titulus per solemnem professionem acquiratur regulares nunquam heic nisi post emissam votorum solemnium professionem sunt promoti.

Nunc vero quaedam immutatio in ordinibus religiosis inducitur: Summus enim Pontifex Pius IX feliciter regnans decreto S. Congregationis super statu regularium die 19 martii 1857 praecepit, ut qui religiosam vitam in quocumque ordine profiteri vellet, emenso tyrocinii anno, ad vota simplicia dumtaxat admitteretur; post quorum emissionem adhuc ex ordine dimitti posset. Interim tamen permisit, ut superiores regularium litteras dimissorias ad primam tonsuram ordinesque minores hujusmodi professis concedere possent.

Ex expositis sequentia dubia exorta sunt, solutionem quorum a Sanctitate Vestra episcopus Melitae humillime expostulat, nempe:

I. Utrum praedictus motus proprius Pii VI respiciat regulares, ita ut sine titulo substentationis ad primam tonsuram ordinesque minores nequeant Melitae promoveri? Et quatenus affirmative.

II. Utrum Sanctitas Vestra in supra memorato decreto censeatur hac in parte motui proprio Pii VI derogare.

III. Sive motus proprius Pii VI regulares proprie non respiciat, sive Sanctitas Vestra hac in parte illi derogaverit, quid dicendum, si professi vota simplicia, postquam tonsuram ordinesque minores susceperint, ab Ordine dimittantur: eruntne recipiendi in clerum saecularem, ita ut habitum clericalem gestent, et in susceptis ordinibus ministrent, quamvis careant titulo substentationis?

Ex audientia Sanctissimi habita die 20 januarii 1860.

Ad I et II. Regulares non comprehendi, et etiam professos votorum simplicium de quibus agitur, posse admitti ad primam tonsuram et ordines minores non obstante dicto motu proprio.

Ad III. Affirmative in omnibus, nisi aliud judicio episcopi obstet; sed curandum esse ut quamprimum fieri poterit, de praescripto titulo provideantur. Minime vero ad ordines sacros promoveri posse nisi praescriptum titulum habeant:

A. Archiep. Philippen. secretarius.

12. Occurrentia Trium fest. 2.ae classis (SS. Cor Iesu, Visitatio B. M. V., Pret. Sanguinis D. N. I. C.)

Congregationis scholarum piarum. — Dubium I. Quum anno vertente 1859 tribus subsequentibus diebus occurrant tria festa ritus duplicis secundae classis, videlicet Sacri Cordis Iesu die prima julii, Visitationis Beatae Mariae Virginis die secunda, et Pretiosissimi Sanguinis Domini Nostri Iesu Cristi die tertia ejusdem mensis, quaeritur quomodo ordinandae sint vesperae praedictorum festorum in respectiva concurrentia?

Sacra Rituum Congregatio ad Vaticanum coadunata in ordinariis comitiis rescribendum censuit.

Ad I. Iuxta rubricas et hujus Sacrae Congregationis decreta festum Visitationis Beatae Mariae Virginis habere integras utrasque vesperas. — Die 26 martii 1859.

ACTA ORDINIS

Virtute Rescripti S. Congnis Episcoporum et Regularium, ad instantiam Rmi P. Procuratoris Ge-

neralis emanati, Rvmus P. Minister Generalis Ordinis *(et ipso absente P. Commissarius Generalis)* indulgere potest ut, in tempore proximi Adventus (1885) Fratres carneis cibis utantur, salva lege jejunii et exceptis pervigiliis Solemnitatum Ordinis ac diebus ab Ecclesia jejunio consecratis. Illi ergo recurrant Superiores quibus dictum Indultum, vera de causa, utile esse potest.

FRAGMENTA SERAPHICA.

MEMENTO PRO FRATRUM CONFESSARIIS.

Casus I. — *Non licet confessariis nostris exhibere Superiori nomina suorum poenitentium.*

Probatur ex gravissima declaratione S. C. Concilii. — « *Regularium. Casi-* « *bus reservatis.* — Viglevanensis Epi- « scopus exponit praelatos regulares, quo- « rum zelum vocat indiscretum, dum « casus quoad subditos sibi reservarunt « jubere quos ad confessiones regularium « audiendas exponunt ut verbo, aut scri- « pto declarent non solum numerum re- « ligiosorum, sed et nomina eorum, qui « regulariter iis confitentur. Hinc resul- « tare quod cum unus confessarius qua- « tuor vel sex poenitentes habeat, si con- « tingat ut petat licentiam absolvendi ab « aliquo casu reservato, jam praelatus « circiter quatuor vel sex scire debeat « quisnam illud commiserit, et cum longa « experentia mores singulorum percal- « leat, posset digito ostendere sine erroris « periculo quisnam iste sit, qui absolvi a « reservato valeat. Id putans repugnare « arctissimo confessionis secreto instat « decerni:

« *An liceat ut confessarii singuli ex-* « *hibeant superiori nomina eorum, qui ad* « *suos pedes gratia sacramentalis con-* « *fessionis accedunt?*

« Sacra Congregatio Concilii respondit: « *Non licere.* Die 26 Martii 1678. »

Unde paucorum illorum qui contra sentiunt opinio, damnata in conscientia haberi debet.

Casus II. — *Reprobatur quidquid confessionem odiosam quomodolibet reddat, ut constat ex magni momenti decreto in pleno vigore semper existenti, quo nonnulli abusus improbantur, ut sequitur:*

I. Ex qua die Fratres Minores S. Francisci Capuccinorum nuncupatorum comitia generalia an. 1613, in Alma Urbe celebrantes Decretum ediderunt sequenti formula conceptum: Confessarii a Superioribus deputati ad audiendas Fratrum Confessiones, eos etiam a casibus reservatis absolvere valeant, ea tamen lege, ut si Confessarius judicaverit poenitentem debere Superiori se praesentare, teneatur penitens, habita opportunitate ad talem Superiorem recurrere, ut iterum vel Sacramentaliter absolvatur, vel ut remedium salutare recipiat. Si vero id non expedire Confessario visum fuerit, liber omnino a tali obligatione remaneat, ita tamen ut confessarius ipse tempore congruo ad Superiorem recurrat, et salvo Confessionis sigillo, ac sine poenitentis nota, se illum a reservatis absolvisse manifestet, tum ut Praelatus in communi statum Religionis agnoscat; tum ut de salutaribus remediis, si opus fuerit, Confessarium instruat. Intimo doloris sensu iidem Fratres perpetuo conquesti sunt apud S. hanc Congregationem durissimum sibi videre impositum jugum, ademptam libertatem, et interceptum quodammodo hujus Sacramenti fructum, qui

post reconciliationem cum Deo totus est in conscientiae pace, ac serenitate, sed vehementi spiritus consolatione conjuncta. Non defuerunt etiam qui aperto nomine acerbius dolerent, Superiores suos, notitia, ut ipsi ajebant, in Sacramentali Confessione recepta ad exteriorem gubernationem usos fuisse, eo vel maxime quia legem praedictam nonnulli Superiores Ordinis latius, quam oportebat interpretati fuerint, et per plura additamenta exasperaverint. Ingruenti malo provide occurrens S. haec Congregatio, quamvis Decretum praefatum Capituli Generalis an. 1613, eodem quo prodiit tempore, die nempe 17 Decembris ejusdem anni in aliqua sui parte castigaverit, compertum tamen est in Bullario Ordinis praelo fuisse cusum sine ulla verborum immutatione, addita etiam nota, nullatenus ferenda, quod Congregatio S. Officii illud probaverit, prout jacet.

II. Biennio post instauratis in eadem S. Congregatione querelis nonnullorum Fratrum Capuccinorum per supplices libellos a se subscriptos non sine gemitu narrantium rigide fuisse in se ipsos animadversum, ab non servatum modum in absolutione a casibus reservatis, quo ipsi asseruerunt violari sigillum Confessionis; quamvis Sa. Mem Paulus V in Congregatione S. Officii habita die 9 Aprilis 1615, mandavit Cardinali Millino, ut facto verbo cum Superioribus Capucinorum eis injungeret observationem Decreti Clementis VIII, circa casus reservatos: experentia tamen compertum est, eos a semel proposita lege numquam descisse.

III. Contra periculosam, et fere senescentem hanc praxim majoris doloris sensu, quam hactenus factum sit, reclamarunt denuo an. 1757, in Congregat. S. Officii alii Fratres Ordinis praedicti per novas preces proprio nomine subsignatas, eadem semper regerentes, quae alias super gravi hoc negotio narrata fuerunt; potissime vero dolentes conscientias Oratorum perstringi, ac torqueri ab iis, quae nuperus scriptor Ordinis exposuit in libro, cui titulus: Lezioni sopra la Regola de' Frati Minori di S. Francesco, lez. 24. cap. 7 § 8. Pratica per l'assoluzione de' reservati; et id genus. Novae quaerelae ad S. Officium perlatae etiam sunt hoc ipso tempore, quo generalia Comitia Capucinorum in alma urbe de more habentur.

IV. Ad praecidendam itaque in re adeo momentosa quamcumque ansam querelarum, tuendamque necessariam libertatem in Sacramento Poenitentiae ad salutem, et consolationem eorum, qui ad cor revertuntur divinitus instituto, Emin. et Rever. D. D. Cardinales contra haereticam provitatem, Generales Inquisitores a Sede Apostolica specialiter deputati, negotio semel, atque iterum mature discusso, et ad peculiare examen revocata etiam praxi absolvendi a reservatis in Ordine praedicto regente, et usque ab anno 1757, in forma probanti a Definitorio Generali exhibita, haec quae sequuntur cum Oraculo S. D. N. statuenda, et decernenda esse duxerunt.

V. Primo quod in posterum F. M. S. Francisci Ord. Capuc. nuncupat, posthabita prorsus lege Capit, Gen. an 1613, quam S. Congregatio delet, et abrogat, observent quoad reservationem casuum omnia, et singula, quae praescribuntur in decreto S. Memor. Clementis VIII edito die 26 Maij an. 1593, et in declaratione S. Memor. Urbani VIII ad calcem illius apposita, itemque observent consentaneum decretum Pauli V jubentis per organum Cardinalis Millini parem observantiam decreti Clem. VIII et quia in eodem decreto Clementis §. V cavetur quod liceat Superioribus determinare poenitentias graves quibusdam peccatis etiam non reservatis a Confessario imponendas, quae subditos ab hujusmodi perpetrandis cohibere possint: S. Con-

gregatio decernit, et respective declarat, poenitentias hujusmodi in Confessione Sacramentali imponendas esse debere omnino occultas, ne quoquomodo notitia delictorum in Confessione prolatorum haberi, aut etiam indirecte inferri, aut conjici possit.

VI. Quod in Bullario PP. Capucinorum tom. VI. pag. 316, pentitus dematur nota marginalis, (1) qua asseritur, quod S. Congregatio an. 1613 approbaverit, prout jacet decretum Capituli Gen. ibid. relatum.

VII. Quod in libro praelo Mutinensi edito an. 1749, cui titulus: Lezioni etc: expungantur in citat. §. 8.; et expuncta censeantur omnia, et singula, quae contra vel etiam praeter Decretum Clem. VIII ab Auctore traduntur quoad absolutionem casuum reservatorum.

VIII. Abrogatam censeri debere praxim absolvendi a reservatis exhibitam, et subscriptam a Definit: Gen. sub die 27 Ianuar. an. 1757: nec ullam aliam praxim in hac materia absolvendi a reservatis introduci possit inconsulta S. Sede Apostolica, et absque illius expressa approbatione.

IX. Demum per Superiores Ordinis haec omnia esse significanda suis Subditis per litteras Encyclicas (quarum dabitur exemplar) exaratas idiomate vario pro varietate Nationum, illosque ad singulas Provincias esse transmittendas, ut ad omnes, et singulas praemissorum notitia deveniat, eosdemque Superiores S. Congregationem certiorem reddere debere de executione quorumcumque capitum, quae praesenti decreto continentur, et praescribuntur.

Feria 4. die 6. Maij 1761.

---

(1) Cum exemplaria aliqua Bullarii nostri ob calamitates elapsi et praesentis saeculi hinc inde vagabant, forte non in omnibus invenitur dempta nota de qua hic agitur. Unde, quoniam hodie Bullarium nostrum per Rmum P. Petrum Damiani a Munster usque ad nostra tempora completum sit, oportet, ut sedulo examinetur Bullarii tom VI pag, 316 (maxime si apud antiquos librarios emptum fuerit) et si nota praedicta adhuc exstat, calamo transverso penitus dematur, notato praesenti decreto.

MINORES CAPUCCINI
IN
ALMA DOMO LAURETANA
VII (1)

Antequam claudamus primam periodum existentiae Capuccinorum in Alma Domo Lauretana, quae periodus spatio triginta et trium annorum continetur, quo tempore Patres Capulati morati sunt in primo et secundo hospitio (2) nonullas penitiores notitias de hoc secundo hospitio, quos in Archivio particulari Capulatorum Laureti non pridem reperi in medium afferre juvabit (3).

Quae notitiae ad multa referuntur: ad situm in quo praecise secundum hospitium aedificatum fuerat: ad benefactores, qui eleemosinis ad ejusdem aedificationem contribuerunt; ad artifices Capuccinos qui ad opus adlaborarunt; ad causas, quibus Capulati illud hospitium reliquerunt, et ad alia plura. Hospitium erat intra maenia ad septentrionale latus Portae quae ducit ad mare, quaeque ideo, vulgo, porta marina vocatur, ita ut introeuntes in civitatem per illam portam ad dexteram, exeuntes vero e civitate ad sinistram haberent hospitium paucis passibus distans; quod que ad unum ordinem tantum cubiculorum extollebatur; ad

---

[1] Vide Anal. Fasc. X pag. 303 307.

[2] Vide Anal. Fasc. II pag. 81.

[3] Has notitias inveni etiam inter quaedam documenta, quae studiose collegerat A. R. P. Iesualdus a Polverisco ex-Provincialis Picenae Provinciae, qui per multos annos fuit economus Almae Domus et illius Conventus Guardanus, quique hoc ipso anno diem supremum obiit.

plagam mediam inter septentrionem et orientem campos habebat suppositos, qui certe tunc non ea qua nunc cultura florebant, sed multa erant arundineta sanitati aeris haud parum nociva: ad eamdem plagam in conspectu ex adverso erat Mons Anconae et (1) a radicibus hujus montis, fere usque ad fauces Truenti, mare adriacum: ad australem vero et occidentalem plagam Sanctuarium ipsi ita imminebat ut ex ea parte radiis solis hospitium semper privaretur: praesertim habebat contra sacristiam, quae Thesauri appellatur, et aediculam Sanctae Elisabeth.

In loco ubi hoc hospitium aedificatum fuit plures antea erant casulae, quarum una pertinebat ad sanctuarium et Capucinis ea donata fuit (2). Secundam Benefactores Capulatorum a quodam Hieronimo Perugini Molendario Sanctae Domus emerunt, pretio scutatorum 81: scilicet libellarum 424 et 30 centesimorum. Tertiam emerunt a quodam Pascali Cantagalli Maceratensi caementario Sanctae Domus, Laureti morante, pretio 150 scutatorum: idest libellarum 795. Quartam emerunt ab Equite Nuto Margaruce, septempedano, pretio 133 scutatorum; idest Libellarum 704,90; quintam ab Alexandro Castellacci Auriga Sanctae Domus pretio scutatorum 60 libellarum 318. Sextam a Victore Brunori Sancti Laurentis in campo sutore, pretio scutatorum 70, libellarum 371 (1).

Stipes qua hae domus emptae fuere, et ipsarum loco hospitium aedificatum, undique conlata fuit.

Inter benefactores quorum memoria tradita est praeter Sanctuarium et Cardinalem Galli tunc Almae Domus Protectorem, eminent Franciscus Cima Venetus, qui omnia ligna ad constructionem hospitii necessaria dedit pro valore 450 scutatorum libellarum 3223,85. Quidam dives romanus cujus nomen ignoratur dedit 200 scutata, libellas 1060. Marchio Antonius Doria Ianuensis, scutata 170 libellas (2) 901. Quidam Iuvenis fabrianensis, cujus nomen tacetur, qui tamen memoria proditur postea, nomen Ordini Capulatorum dedisse 150 scutata libellas 795. Cardinalis Montalto 100 scutata lib. 530 (3). Quaedam nobilissima faemina anconitana cujus ignoratur nomen scutata 55 - lib. 291,50 Petrus Duratti a Monte Cassiano 55 scutata - lib. 291,50; Petrus Fabri coripheus Almae Domus Lauretanae scutata 36 - lib. 191.

Cetera de hoc hospitio ad alium articulum differimus.

---

[1] Ad radices hujus montis quasi in littore maris est oppidum Siroli, in cujus Ecclesia principali veneratur antiquissimum perinsigne et prodigiosissimum simulacrum Sanctissimi Crucifixi ad quod peregrinationis causa undique gentes confluunt et Itali solent dicere —: Chi va a Loreto e non va a Sirolo — Vede la Madre e non vede il Figliuolo — Quod significat peregrinantes Lauretum nisi etiam ad Crucifixum Siroli pergant peregrinationem valde imperfectam peragere, quippe qui matrem non vero Filium visitant.

[2] Ex Rescripto Pauli Quinti dato die 29 Novembris 1608. Hoc Rescriptum non adhuc inveni, tamen ejus authenticitas non potest revocari in dubium.

[1] Haec omnia constant ex contractibus subscriptis a tabulario pubblico Benedicto Candia Auximano.

[2] Familia Doria Ianuensis inter praeclarissimas Italiae et fortasse totius Europae familias nulli omnigena virtute secunda, semper Capulatorum Ordinem singulari affectu prosecuta est.

[3] Cardinalis Montalto ita a Patria dictus Alexander Peretti vocabatur. Nepos Sixti V ex Patre ortus est anno 1470, decimum quintum annum agens evectus fuit ad Cardinalatum. Pius semper et in omnibus Virgini Lauretanae addictissimus fuit; illud propterea sanctuarium multis locupletavit donis, praesertim duobus simulacris argenteis, ponderis 150 librarum; praeterea bona ipsi sanctuario assignavit quorum fructus impenderentur ad celebrandum unam missam quotidianam in perpetuum in sancto sacello. Obiit die 2 Iunii 1623.

DE RITU ET USU

CEREARUM FORMARUM « *AGNUS DEI* »

QUAE BENEDICI ET CONSECRARI SOLENT

A ROMANO PONTIFICE

« Pervetustus in Ecclesia Romana ritus est ille, quo Summi Pontifices benedicere et consecrare solent cereas formas, quae *Agnus Dei* vulgo appellantur. In Ordine Romano qui eruditorum judicio antiquior est saeculo octavo innuitur praefatus ritus; in caeremoniali vero ejusdem Romanae Ecclesiae designantur materia, forma, et preces in hujusmodi consecratione adhibendae, quae sacras continent mysticasque significationes.

Conficiuntur hi Agnus Dei ex cera alba, pura, virginea, quo humana denotatur natura a Christo virtute Divina, sine ulla mixtione, aut contagione culpae in purissimo Mariae Virginis utero assumpta. Agni imago in illis imprimitur, Agni illius immaculati symbolum, qui pro humana reparatione in ara Crucis immolatus est. Adhibetur aqua benedicta, quo nimirum elemento tum in veteri, tum in novo Foedere praeclara Sacramenta, et prodigia a Deo effecta sunt. Miscetur in ea balsamum, quo bonus Christi odor significetur, quem in omni actu, et conversatione redolere debent Christifideles. Superfunditur chrisma, quo res aliae divino cultui specialiter addictae, veluti templa, altaria, sacerdotes praeparari solent, ac consecrari atque in eo praestantissima virtutum omnium charitas figuratur.

In aqua igitur prius benedicta, ac balsamo, et chrismate mixta Cerei illi Agnus Dei immerguntur, et Summus Pontifex tam ante quam post mersiones, sanctissimis precibus Deum exorat, ut eas Formas benedicere, sanctificare, et consecrare dignetur, iisque tantam impertiat virtutem, ut quicumque recta fide, ac vera pietate iisdem usus fuerit, haec dona ac beneficia consequatur:

I. Ut aspectu, vel contactu Agni in Cereis illis formis impressi, excitentur fideles ad memoranda sub eo symbolo redemptionis nostrae mysteria, conceptisque grati animi sensibus Divinam in nos bonitatem benedicant, venerentur ac diligant fidentes fore, ut per eam peccatorum veniam obtineant, et maculas omnes abstergant.

II. Ut vivificae Crucis Signum in iisdem Cereis impressum maligni spiritus contremiscant, et fugiant, facessant grandines, subsidant venti, dissipentur tonitrua, abigantur turbines, fulgura, et tempestates.

III. Ut divinae benedictionis virtute non praevaleant diabolicae fraudes, insidiae, aut tentationes.

IV. Ut parturientes cum foetu incolumes serventur, eumque feliciter in lucens emittant.

V. Ut iisdem devote utenti nulla dominetur adversitas, nulla noceat pestilentia, aerisve corruptio, nullus comitialis morbus eum corripiat, nulla maris tempestas, nullum incendium, nulla innundatio, nulla adversus eum praevaleat malignitas.

VI. Ut in prosperis, adversisque casibus divina protectione muniatur; ab humanis vel diabolicis insidiis, a subitanea, et improvisa morte, a cunctis denique malis, et periculis liberetur, per vitae ac passionis Iesu Christi mysteria.

Mirabiles hujus sacri virtutes explicatae jam olim fuere, atque in his versibus comprehensae:

Pellitur hoc signo tentatio Demonis atri,
Et pietas animo surgit, abitque tepor,
Hoc aconita fugat, subitaeque pericula mortis,
Hoc et ab insidiis vindice tutus eris.
Fulmina ne feriant, ne saeva tonitrua laedant,
Ne mala tempestas obruat, istud habe,
Undarum discrimen idem propulsat, et ignis.

Ullaque ne noceat vis inimica valet:
Hoc facilem partum tribuente, puerpera foetum
Incolumem mundo proferet, atque Deo.
Unde, rogas, uni tam magna potentia signo?
Ex Agni meritis, haud aliunde fluit.

Quae quidem beneficia, et gratiarum dona a bonorum omnium largitore Deo fidelibus tribui, ac concedi virtute hisce Sacris Cereis communicata per benedictionem, ac precationes in primis, quas Christi Vicarius Romanus Pontifex, Universae Ecclesiae nomine, in eorum consecratione fundere solet, res est firmiter omnino credenda, ac variis, eximiisque miraculis saepissime confirmata. Quod si optatus non semper obtineatur effectus, id non defectui virtutis rei sacrae, sed vel infirmae, exiguaeque utentium fidei ac devotioni, vel alteri occultae causae Deo compertae, ac probatae tribuendum est. » (*Ex typ. Camerae Apost.*)

CARMEN SERAPHICUM ACROSTICHUM

COMPOSITUM DECANTATUMQUE

A VENERABILI LAURENTIA STROZZIA MONIALI S. DOMINICI

Floret in mundo Seraphim colendus
Ille Franciscus pietate pollens,
Iustus et rectus, fideique sanctae
Lumine plenus.

Regis aeterni monumenta sacra
Primitus servans, inopum catervam
Pauper inquirit, subito relinquens
Omnia patri.

Ad Dei cultum properando currit,
Totus in Christi calefactus igne,
Sustinet saevi peritura mundi
Aspera cuncta.

Nempe dum Christum lacrymans pre-(catur
Aspicit templi penitus ruinam:
Imperat summus Deus ima tenens
Ut reget illud.

Cuncta quae dignus Sator omnis aevi
Fecerat terris, animata coelo,
Laudibus summis venerentur illum
Ore precatur.

Iste ferventer populi salutem
Expetens, normam instituit Minorum
Filios hortans, vitiis remotis,
Vivere juste.

Sentiens hostem sibi comminere
Praelium; carnis trepidans periculum,
Illico surgens nive se revolvit: (1)
Sic fugat illum.

Corde contemplans lacrimando Iesum
Adfuit laetus Seraphim coruscans,
Figit oranti memoranda semper
Stigmata Christi.

Voce praeclara populo fideli
Praedicat sancta documenta legis:
Inde coelorum modulans penetrat
Spiritus astra.

Sit tibi Patri, Genitoque magno
Flamini et sacro decus ac potestas
Dona qui tradis peritura nunquam
Te recolenti.

Oratio Fratrum Rectoribus et Consiliariis perutilis.

N.B. Ad unitatem animorum, et cordium strictiorem charitatem, nihil tam juvat, qnam totius Religionis traditiones accurate considerare et pro viribus ad continuam praxim reducere. Siquidem hac in re nihil parvum, nihil inutile, nihil despiciendum invenitur, cum Majorum nostrorum statuta et devota exempla, sint veluti amplissima et securissima via qua pervenimus ad perfectionem franciscalis vocationis. Iam vero apud nos haud semel habentur concilia

(1) Non tantum nive, sed et inter urticas quae in lilia ex hoc contactu evasere commutatae, ut refertur in vita S. Patris, et ut decantavit Biderman. Urticam fieri repente versa sentit nobile lilium figura.

secundaria sive ad conventus necessitates sublevandas, sive ad transitorios casus resolvendos, sive ad alia minoris vel majoris momenti pertractanda. Equidem certum est, Provinciarum et conventuum Praesides et consiliarios nullum *ex officio* congregationem perficere absque aliquarum precum recitatione, sed et in istis non raro deficit uniformitas et stabilitas et in aliis quasi *extra-officialibus* congregationibus nihil fixum forsan recitatur. Unde non abs re erit devotioni Consiliariorum quorumcumque proponere preces quae in praecipuis romanis congressibus maximeque in Rmi Definitorii Ord. nostri Congregationibus recitantur:

« **Oratio quae dicitur in Conciliis Genera-**
« **libus, et Congregationibus.**
« Adsumus Domine Sancte Spiritus:
« adsumus peccati quidem immanitate
« detenti, sed in nomine tuo specialiter
« congregati: veni ad nos, et esto nobi-
« scum, et dignare illabi cordibus nostris.
« Doce nos quid agamus, quo gradiamur
« et ostende quid efficere debeamus, ut
« te auxiliante, Tibi in omnibus placere
« valeamus. Esto salus, suggestor et
« effector judiciorum nostrorum, qui so-
« lus cum Deo Patre, et ejus Filio nomen
« possides gloriosum: non nos patiaris
« perturbatores esse justitiae, qui sum-
« mam diligis aequitatem: non in sini-
« strum nos ignorantia trahat, non favor
« inflectat, non acceptio muneris, vel
« personae corrumpat: sed junge nos ef-
« ficaciter tibi solito gratiae tuae dono,
« ut simus in te unum, et in nullo de-
« viemus a vero; quatenus in nomine tuo
« collecti, sic in cunctis teneamus cum
« moderamine pietatis justitiam, ut hic
« a te in nullo dissentiat sententia nostra
« et in futuro pro bene gestis consequa-
« mur praemia sempiterna. ℟. Amen. —
« (Romae, ex typographia Rev. Camerae
« Apostolicae, 1633.) ».

MISSIONES

RELATIO

DE SCHOLIS PP. CAPUCCINORUM

In Collegio S. Petri et Tyrocinio S. Pauli

IN INDIIS ORIENTALIBUS

Per annum 1883-84 et 1884-85

Il rettore del Collegio di S. Pietro e della Scuola di S. Paolo, è ben lieto nel presentare allo sguardo dei parenti e tutori degli alunni una relazione anche sulle istituzioni durante gli anni 1883-84, e 1884-85. Io avrei desiderato di presentare la consueta relazione nel passato dicembre, ma ne fui trattenuto da un cambiamento introdotto, il quale risguarda il periodo da esser considerato come l'anno scolastico. Fino al dì d'oggi questo anno fu computato dal 1. di ottobre fino ai 30 di settembre del seguente anno. D'ora innanzi però egli deve esser computato del primo giorno di marzo fino all'ultime giorno di febbraio. Quindi l'ispettore delle scuole non avendo tenuto alcun esame nello scorso ottobre, io fui astretto, affine di poter scrivere la presente Relazione, d'aspettare i risultati dell'esame, cui egli tenne nello scorso marzo. Il cangiamento fatto per l'anno scolastico è una cosa cui io non posso del tutto approvare, ed io farò ogni sforzo per indurre il governo a rimettere le cose nel primiero corso. Nondimeno, mentre il presente regolamento è in vigore, l'annuali vacanze avranno luogo durante il mese di giugno, mentre pel Natale non sarà data che una sola settimana di vacanza, durante la quale a nessun alunno sarà concesso di recarsi alla propria casa. Questo stabilimento si rende imperioso

dai presenti ordini del governo nell'educazionale dipartimento; e quantunque io deplori da un lato la necessità di un tale regolamento, pure, d'altro lato, io ardentemente desidero che i parenti e tutori dei ragazzi meco si adoperino nel promuovere i vantaggi dei ragazzi non meno che della Scuola, il che faranno col non levare i ragazzi dalle istituzioni, eccetto nel mese di giugno.

Condotta:

Riguardo alla condotta e deportamento dei ragazzi, in generale io fui molto soddisfatto; sfortunatamente vi furono alcune eccezioni, ma i colpevoli furono ben pochi, ed i più di essi con la loro susseguente buona condotta soddisfecero al mal'esempio che essi aveano dato ai lor compagni. Io devo, nondimeno, far osservare che l'applicazione di quasi la totalità degli studenti e dei pupilli fu soddisfacientissima, malgrado una certa indolenza di qualche allievo. La mia attenzione fu sovente portata a questo serio difetto per mezzo di professori e maestri. Io ed i maestri insieme d'accordo usammo ogni sforzo possibile, si con l'avviso che coll'incorreggiamento, per indurre i ragazzi a sottomettere codesta loro inclinazione di indolenza; ed io sono lieto nell'asserire, che i nostri sforzi, specialmente durante gli ultimi pochi mesi, ebbero un benefico effetto. A quest'energica applicazione egli è dovuto in gran parte il lodevole risultato degli esami dati dall'ispettore delle scuole nello scorso marzo.

Esami:

Nell'ottobre 1883, l'ispettore delle scuole certo R. Lloyd, esaminò le istituzioni. L'esame durò dal 29 ottobre fino ai 7 novembre. I risultati furono pienamente soddisfacenti, come appare da quanto segue:

(*a*) *Collegio di S. Pietro*

In soggetti elementari sopra
un numero di cento . . . . 82 — 3

In soggetti obbligatori sopra
cento . . . . 70 — 2

(b) Scuola di S. Paolo

In soggetti elementari o liberi,
sopra cento 81

In soggetti obbligatori sopra
cento 68

Qui cade in acconcio il produrre quanto disse una relazione sulla pubblica istruzione delle provincie del Nord-Ovest e Sud, riguardo alle nostre scuole di Agra fatta dal sig. Direttore generale R. F. H. Griffitl.

« In Agra, dice egli, vi sono molte famiglie cattoliche; i ragazzi delle quali, sia che essi abbisognino di un alta, o secondaria, o primaria educazione, possono trovarla nel Collegio di S. Pietro, sia come convittori, sia come alunni esterni; le ragazze pure possono avere la medesima educazione nella triplice scuola del convento, tenuta dalle monache. Purchè i parenti pagassero mensilmente circa L. 8, i lor fanciulli potrebbero esser ammessi a queste scuole come alunni esterni, ed anche con qualche riduzione. Oltre di ciò le scuole provvedono i veicoli per trasportare i fanciulli dalla casa alla scuola e da questa a quella, e vi si usa ogni mezzo affinchè i fanciulli non crescano illetterati. I protestanti medesimi si servono di queste scuole, sia come convittori, sia come alunni esterni ».

Riguardo poi agli esami tenuti dal sig. Lloyd, il medesimo scrivendo al Direttore dice quanto segue: « In una prima prova di un sistema di individuale esame, io non era certamente preparato per sentire un si felice eseguimento; per la qual cosa dopo gli esami io registrai i passaggi di ogni fanciullo nel suo proprio registro di scolare, e feci sapere al Rndo Rettore, il quale sempre mi sedette a canto, che a mio giudizio i ragazzi del Collegio di S. Pietro, avevano rimarcabilmente fatto bene, e che

tutti, tanto gli insegnanti che gli alunni. aveano fatto il possibile onde porgere a lui ed a me grande soddisfazione ».

Nel decembre 1883, quattro dei nostri studenti, cioè i signori E. Salt, I. Pawers E. Handinge e Sadu Lal, si presentarono all'esame per l'Università. Tutti e quattro passarono onoratamente, essendo i due primi stati posti nella prima Divisione, e ognuno ottenne uno stipendio per due anni, e gli altri due furono posti nella seconda Divisione.

Il Direttore della pubblica istruzione visitò le scuole in gennaio 1884; esaminò la classe di matricolazione in latino, e diede uno sguardo di volo su l'altre classi, e partendo disse di esser rimasto altamente soddisfatto dal profittto degli scolari.

Gli esami consueti delle varie classi durante l'anno, furono tenuti dal vice-Rettore, R. P. L. M. Carthy, e dal principale maestro, sig. M. Dunn B. A. e dai medesimi furono a me trasferite le relazioni dei suddetti esami.

Nell'aprile 1884 un pupillo della Scuola di S. Paolo, certo sig. F. Ross, passò gli esami per esser ammesso nel Collegio di medicina in Calcutta nel quale ora trovasi quale studente.

In gennaio 1885 il sig. P. Mc-Lean, altro dei nostri studenti, passò gli esami per esser ammesso nel Collegio degli ingegneri in Rurcki. Le sue operazioni furono rimarcabilmente lodevoli per modo da esser il primo nella lista dei candidati.

Nel secondo dello scorso marzo lo ispettore delle scuole, il sig. E. Constable, visitò le nostre istituzioni. Un'attenta lettura delle figure qui sottoesposte dimostrerà che i risultati dell'esame furono di molta soddisfazione.

(*a*) *Collegio di S. Pietro.*

Nelle materie libere, sopra cento 90

Nelle materie obbligatorie sopra cento 73 — 21.

Nelle materie di speciali soggetti sopra cento 81 — 25.

(*b*) *Scuola di S. Paolo*

Nelle materie libere sopra cento 75 - 44

Nelle materie obbligatorie sopra cento 69 — 85,

Nelle materie di speciali soggetti sopra cento 69 — 23.

Ai tredici dello scorso aprile sette dei nostri studenti furono candidati per l'esame di matricolazione nell'Università di Calcutta; ed io nutro ferma speranza che riusciranno felicemente. Essi sono i signori C. Peters. A. Awen, A. Hardinze, E. Verrieres, A. Iones, A. Parker, e B. Ross.

Addizione al corpo Insegnante.

In decembre 1883 io ebbi la consolazione di assicurarmi pei servigi del R. Padre L. Mc. Carthy O. C. come Vicerettore e professore di matematica, logica e scienza fisica; e nel seguente gennaio io fui parimenti fortunato per servigi del sig. Dunn B. A. come Capo maestro e professore di classici inglesi e latini, e storia. Un'altra accettabilissima addizione fu fatta alle nostre istituzioni nello scorso mese nella persona del R. Padre Raffaele O. C. il quale fu nominato cappellano delle istituzioni e prefetto di disciplina.

Classi.

In addizione alle sette classi stabilite in base al codice educazionale, e la classe di matricolazione, noi abbiamo parimenti stabilita una prima classe delle arti, una prima classe pel collegio di Rurki, ossia degli ingegnieri, ed una classe subordinata al medesimo collegio. Noi anco a desideriamo di aprire classi per l'Opio, per la Secretaria e Agrimensura se possiamo avere ragazzi bramosi di intraprendere gli studi per le medesime.

Ai quatordici di febbraio 1884 S. A. R. il Duca di Connought visitò le nostre scuole. Al suo passaggio sui viali che mettono al Collegio facevagli ala un

corpo di Volontarj, quasi tutti Alunni del Collegio; il restante dei ragazzi con la Banda stavano schierati lungo la principale entrata nella quale S. A. R. era per smontare. Alle quattro e mezzo pomeridiane il Duca col seguito metteva piede nel Collegio, dove la Banda suonò l'Inno Nazionale, e S. A. R, nello scendere fu ricevuto da S. E. Rma Mons. Jacopi, nostro Vescovo, e dal Vice Rettore e dai P. P. appartamenti alla Cattedrale e dal Corpo dei Maestri.

Un indirizzo scritto dal Capo-Maestro, Signor Dunn, fu presentato al Duca dal R. Rettore; poichè il breve tempo della visita non permise di leggerlo. Il Duca accompagnato dal Vescovo e dai P. P. del Collegio fece il giro del locale, e complimentò i Padri in modo completo riguardo ad ogni cosa, la quale gli sembrava ben diretta. Di poi il Reale corteo frà gli applausi dei Ragazzi si recò al Convento delle monache dove sono tre Scuole.

Ai 22 Ottobre S. E. il Vice Re visitò il Collegio di S. Pietro, accompagnato del Lord W. Benesford, dal suo Cappellano, dal Giudice Commissario, e dal Collettore, o Magistrato di Agra, e da parecchi altri Signori. Dal R. Padre Lorenzo Mc. Carthy fu letto un indirizzo a S. E., alla fine del quale il Vice-Re rivolse alcune parole ai ragazzi risguardanti i vantaggi dell'educazione, e concluse col domandare un giorno di vacanza per gli scolari.

(Sequitur)

MONUMENTA ANTIQUA

HEROICA

MINORUM CAPUCCINORUM CHARITAS
erga panormitanos pestifera lue infectos.

Grassante, praesentibus temporibus (1885) asiatica peste « cholera » in civitate Panormitana, fratres nostri dilectissimi ejusdem civitatis et Provinciae, quamvis tot dispersionum calamitatibus exturbati, mirabili fraternae charitatis exemplo Majorum suorum vestigia sectantur. Vix enim contagium Panormum invasit (initio septembris), considerantes quod « majorem charitatem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis », isti veri populorum amici, Emo. Cardinali Archiepiscopo sese ultro libenterque obtulerunt non solum ad spirituale solatium animarum sed et ad corporum peste infectorum juvamen, sive in antiquo coenobio nostro, sive ad Hospitale S. Annae, sive in domibus particularibus. Unde magis ac magis patet charitatis zelum nullatenus apud nos imminutum esse: tales sunt in charitate hodierni capuccini quales fuerunt praedecessores. Hac occasione et veluti ad antiqua cum novis charitatis monumenta socianda, sequens ineditumque documentum ex Archiviis Ordinis inserendum judicavimus:

Notizia di quei cappuccini che servirono agli appestati nel 1624 a Palermo.

« Fu predetta una tale e tanta calamità da molti servi di Dio allora viventi, come leggiamo nelle vite del P. Girolamo di Camerata, di Suor Serafina ministra delle terziarie cappuccine della città di Naro, in particolare dalla Madre Suor Emilia Cordici, la quale dopo riformato il monastero delle monache franciscane di S. Pietro nella città di Monte Ericino per opera di quel gran pred. apostol P. Salvatore di Alcamo, uomo veramente pieno di Dio, si nel fervente sermoneggiare, si nella bontà della vita, che passò con breve del papa alla città di Corleone per ivi fondare il monastero di S. Chiara e vi fu la prima abbadessa, donna di gran perfezione e molto illuminata nella via del Signore, come apparisce nella sua vita manoscritta dal P. Francesco

da Corleone, che conservasi nel convento di Palermo.

Or un giorno del 1623 ragionando con essa il R. D. Sebastiano Politino, lor cappellano, le addimandò: Che vuol dire che tutti i migliori uomini e donne di buona fama e timorati di Dio, per quello che si sente da Palermo, e si vede tuttora in questa città partono per l' altra vita ? Rispose Suor Emilia : Sovrasta a questa città un gran flagello ; devono passare grandissimi travagli e tribolazioni. — Sentendo un tanto vaticinio il Politino entrò in gran rammarico, e mai non potè dimenticarsi di quanto aveva inteso, sino a che vide verificate le parole della serva di Dio, la quale anche essa passò a miglior vita il 19 gennaio 1624, e nel giugno seguente seguì la pestilenza, che è il più gran flagello di Dio.

Allo stesso proposito l' anno innanzi dell'infezione vi fu una tal mortalità in Palermo, particolarmente fra cappuccini che nel libro dei frati morti si ritrovano dall' anno 1623 sino al giugno del 1624, sino a 74 cappuccini defunti, e tra questi molti di più distinto carattere in santità di vita. Onde alcune persone di spirito e molto illuminate vedendo spesso portare dall'infermeria al convento cadaveri di religiosi di gran concetto, sospirando dicevano: Mal per noi! Iddio si piglia gli uomini giusti; qualche gran castigo sovrasta. Questi discorsi non erano certamente senza un gran fondamento, ad evidenza delle storie ecclesiastiche e della sacra scrittura.

L'esitò poi comprovò il loro giudizio, perchè nei primi di giugno del 1624 vi capitò un galeone da Barbaria, il quale conducendo alcuni schiavi redenti dal paese di Numidia collo sbarco di esso e di alcune robbe infette portò in terra la pestilenza. Ed ecco cambiata quella metropoli, che fu sempre teatro della felicità, in un fetido lazzaretto di guai, di orrori e successivamente di morti.

Non si era ancora per evidenza conosciuto pestifero il malore, molto più per essere precedute altre infermità mortali; onde molte persone tra il sì ed il nò, di peste e non peste, per mettere in sicuro la lor vita, i forastieri fecero ritorno ai loro luoghi e molte famiglie dei nobili e degli altri cittadini, degli ecclesiastici, dalla patria ricorsero alle vicine città, castelli o ville; cosa che potea riuscire al crescere degli infetti di qualche mancanza al loro sovvenimento con non poca pena di governanti, e però subito vi opposero gli opportuni ripari.

Intanto i nostri padri risolsero attendere alla carità verso gl'infermi, che si faceano numerosi di giorno in giorno, essendone soprapieno l'ospedal grande, richiesti così dall'Eccmo senato, siccome essi solevano spesso praticare in caso di moltitudine d'ammalati.

Conosciutosi dopo, e concluso essere veramente contagio, il consiglio reale, i deputati della sanità, il senato, si applicarono colla maggior vigilanza a rimediare un sì pernicioso male, aprendo siccome gli occhi così gli erari alla comune necessità, ordinando lazzaretti, pubblicando editti, disponendo P.P. spirituali, medici, servienti di ogni professione, e certamente con tale splendidezza e generosità che fatto il conto per il tempo tutto che durò il contagio, che fu circa un anno giunse la spesa alla somma di 600,000 scudi; aggiungansi poi le molte e grosse limosine di più nobili in particolare.

Era in questo tempo nella città di Termini in atto di prendere i bagni per le sue indisposizioni l'eminentissimo arcivescovo di Palermo Cardinal Giannettino Doria, di quella famosa prosapia ad ogni altra superiore per la quantità di generali d'armate marittime, discendente di Andrea Doria, in varie guise benemerito della stabilita libertà della serenissima repubblica di Genova.

Or questo nobilissimo e degno prelato veramente Pastor Bonus posponendo la propria salute corse subito a curare quella dell'afflittissimo suo ovile sino a far lo sbarco nello stesso borgo di S. Lucia, ove era destinato il lazzaretto, e consolò molto con sante ed amorose esortazioni i poveri languenti con lasciarvi larghe limosine, e subito convocò tutti i superiori delle religioni nella sala arcivescovile, ove espose con tutte le tenerezze di vero padre e zelo la grave necessità del suo gregge, ben dimostrò ardergli in petto di vivo e vero amore quella sacra porpora che neppur una delle sue pecore volea perisse per difetto d'aiuti temporali o spirituali: tutto il suo dire fu rappresentare più cogli occhi lagrimosi che colla voce sospirante l' obbligo del suo ufficio pastorale, la miseranda costernazione di tanti meschini, parte infetti, parte sospetti, e di una giusta dimanda a tutti gli ordini regolari, acciò ognuno stendesse la mano alla grande opera di misericordia.

Due cose intendeva principalmente il piissimo cardinale; che si ricorresse a Dio colle orazioni in privato, e colle pubbliche al popolo, e che si soccoresse il necessario coll' amministrazione dei sacramenti e con altri ministeri di pietà cristiana.

. Parlò con tanta dolce dimestichezza e fervore del suo spirito, che tutti quei divotissimo padri e prelati diedero volentieri alle richieste del cardinale tutto il loro arbitrio, e tutti i loro religiosi, acciò disponesse come meglio giudicherebbe di ognuno di loro, per sì eccellente impresa di carità dovuta al prossimo.

Il solo provinciale dei cappuccini stavasi senza dir cosa alcuna. Era questi il M. R. P. Domenico da Palermo, soggetto riguardevole per quello che porta il possesso delle umane e divine lettere, il talento ne maneggi, e mansuetudine di tratto, ma molto più ammirato per l'esemplarissima bontà della vita e spirito veramente serafico. Queste sublimi prerogative del padre ben conosciute dal cardinale, gli faceano sperare dovesse egli essere il primo ad offerirsi in quell'opera di tanta pietà, essendo stati i PP. Cappuccini sempre profusi nel dare la stessa vita non che ad esibire i loro uffici e fatiche: onde ne rimaneva quasi stordito per non sapere indovinare il mistero della taciturnità del provinciale. Crebbe però tant' oltre la meraviglia dell'arcivescovo che non potendo contenerla in sè medesimo, l'espose con un simile dolce rimprovero:

Padre Provinciale dei cappuccini, sebbene quanto a me non posso dubitare punto della prudenza e spirito esemplare che è vostro proprio, e dimostrato con vantaggi gloriosi in varie esperienze, tuttavia non posso ben capacitare il mio intelletto sopra questa vostra azione seguita in faccia di questo venerabil consesso: e che saranno questi padri per giudicare dei cappuccini in vedere essi soli con importune cautele esentarsi da un impiego, per cui ogni altro fervore di carità e zelo per la salute delle anime, che è il più bel pregio del vostro istituto! oltre di che con simili corrispondenze di gratitudine non vi oblighereste voi assai più se la provvidenza di Dio come la divozione e l'amorevolezza di questo popolo!

Con queste e simili ragioni andava il prelato esponendo i propri stupori quando il P. Provinciale, chiesta ed ottenuta licenza di rispondere a giustificazione del suo procedere soddisfece col dire :

Quando udii l'Eminenza vostra cominciare il suo discorso col protestare che dubitava se alcun religioso fosse per ritirarsi da un'impresa di tanto servigio di Dio e salute delle anime, non mai avrei saputo immaginarmi venisse indirizzato quel suo dire a persuadere i cappuccini perchè a mio giudizio non

v'è fondamento da mettere in questione o dubbio la nostra volontà, stante che ciascuno di noi si tiene prontissimo a sacrificare la vita si in aiuto dei prossimi come per la gloria divina. Quanto a me credeva tal essere il concet o, che V. E. tenesse di me e de' miei relig osi da poterne disporre in questa congiuntura per qualsiasi più azzardoso impiego eziandio ove trovasi l'evidente pericolo di lasciarvi la vita, sapendo ella benissimo e l'istituto nostro e la mente del nostro serafico padre, o le prove di carità altre volte dalla mia congregazione date in simili congiunture, onde pensando che ad ogni altro fuorchè a me fossero indirizzate le di lei persuasive, per questo non mi son mosso a rispondere.

Udito un sì grandioso discorso del provinciale giubilò l'arcivescovo lodando con ammirazione quel nobile scherzo, ed abbracciatolo con somma tenerezza e non senza lagrime espressive del sommo piacere, che sentiva il suo cuore gli disse che andasse a disporre e scegliere quei religiosi giudicati più a proposito per quell'opera, che a suo tempo gli notificherebbe il capitale non ordinario, ch'egli faceva dei cappuccini in questo suo bisogno.

(Sequitur)

STATISTICA

(Continuatio)

XXXV. STATUS PROVINCIAE RHEGINENSIS.

[Reggio]

Provincia Rheginensis enumerat 13 Conventus, quorum nomina, fundationis annus et titulus Ecclesiae sunt:

1. **Cathacium** [*Catanzaro*] 1534. Maria SS. Angelorum.
2. **Claravallis** [*Chiaravalle*] 1594. S. Franciscus Seraph.
3. **Cropanium** [*Cropani*] 1619. Maria SS. Angelorum.
4. **Cutrum** [*Cutro*] 1600. Assumptio B. M. V.
5. **Flumaria** [*Fiumare*] 1532. S. Franciscus Seraph.
6. **Mayda** [*Maida*] 1582. Maria SS. Gratiarum
7. **Mesurga** [*Mesaraca*] 1574. Maria SS. Angelorum.
8. **Monsleo** [*Monteleone*] 1533. Immac. Concept. B. M. V.
9. **Neocastrum** [*Nicastro*] 1545. Maria SS. Angelorum.
10. **Quarteria** [*Quartieri*, hodie Rumbiolus] 1588. Maria SS. Angel.
11. **Rhegium Iulium** [*Reggio*] 1532. Maria SS. de Consolatione.
12. **Stylum** [*Stilo*] 1550. S. Maria de Burgo.
13. **Taberna.** [*Taverna*] 1550. S. Michael Archang.

Status personalis Provinciae Rheginensis.

Socerdotes in Conventibus . . .	37
Clerici Novitii in Convent . . .	3
Laici Professi in Conventibus . .	29
Sacerdotes extra Conventus . . .	18
Laici Professi extra Conbentus .	12
Tertiari in Conventibus	28
Summatim	124

NOTA. Antiquitus, id est ante annum 1873, quando fere tota Calabria per ingentem terraemotum concussa ruit, Provincia Rheginensis triginta quinque enumerabat conventus, et ante suppressionem, quae fuit anno 1867, viginti et unum; usque nunc autem prout Municipia Religiosos quaerunt, vel Religiosi ipsi acquirunt loca Conventuum a Gubernis Municipiis relicta, numerat tredecim Conventus supra notatos.

XXXVI. STATUS PROVINCIAE RHENO-WESTFALICAE.

Septembri 1885

*Provincia habuit 6 conventus, quorum 4 suppressi sunt per gubernationem Borussicam 1875, et qui sunt assignati cum *.*

1. **Werna** * [*Werne*], 1851. S. Petrus S. Paulus.
2. **Confluentia in Valle** * [*Ehrenbreitstein*] 1865. S. Philippus. Ap.
3. **Clivia** * [*Cleve*] 1865. SS. Cor Iesu.
4. **Dieburgum** [*Dieburg*] 1861. Sanctissimum Cor Iesu.
5. **Monasterium,** * [*Muenster i. W.*] 1862. B. V. Maria Immaculata

6. **Moguntia** [*Mainz*], 1853. B. V. Maria dolorosa.

Status personalis

Sacerdotes in Conventu	9
Laici in Conventu	9
Sacerdotes extra Conventum . .	4
Sacerdotes extra Provinciam . .	11
Laici	6
Sacerdos in Missionibus	1
Summatim	40

XXXVII. PROVINCIAE RUSSO-POLONAE

(*Sit silentium laus*)

XXXVIII. STATUS PROVINCIAE SABAUDAE SEU MISSIONIS

Provincia Missionis Sabaudiae enumerat decem Conventus quorum nomina, annus fundationis ac restitutionis et titulus Ecclesiae sunt:

In Gallia

1. **Albertopolis** [*Albertville*] anno 1626, sec. vice 1844, Alma domus Lauretana.
2. **Annecii** [*Annecy*] 1593, sec. vice anno 1874, Sacrorum Stygmatum S. P. N. Francisci.
3. **Camberii** [*Chambéry*] 1576, sec. vice 1818, Annuntiationis B. V. M.
4. **Meylani** [*Meylan* propé Gratianopolim] fundatus anno 1855, anno 1880 clausus, apertus veró 1884, sub titulo Immaculatae Conceptionis B. V. M.
5. **Rupis** [*La Roche*] 1617, restitutus 1824: S.ti Antonii Patavini.
6. **S.ti Ioannis Mauraniensis** [*S.t Iean de Maurienne*] 1580, sec. vice 1878: Immaculatae Conceptionis B. V. M.
7. **Thononi** [*Thonon*] 1602, sec. vice 1860, Septem dolorum B. V. M.
8. **Yennae seu Epaonae** [*Yenne*] 1659, restitutus anno 1822, Sancti Ioseph.

In Italia

9. **Castellionis** [*Châtillon*] 1626, restitutus anno 1817: Sancti Ioseph.
10. **Morgiaci** [*Morgex*] 1626, restitutus 1824; S.ti Grati.

Status personalis Provinciae Sabaudiae Missionis

Sacerdotes in Provincia	56
Extra Provinciam in Missionibus	20
Clerici Theologiae studiosi . . .	9
Clerici Philosophiae studiosi . .	8
Laici Professi in Provincia . . .	44
» extra Provinciam	5
Laici Novitii	3
Numerus summarius	145

BIBLIOGRAPHIA.

Isidoro da Guarcino (M. R. P.) — La Vita di Gesù Cristo adattata all'intelligenza popolare. Roma, Tip. dei Fratelli Monaldi, Via delle Tre Pile, 5. 1876.

Marianus (A. R.P P.) a Novana. — Ord. Capp. Picenae Prov. ex-Ministro provinciali, ac sac. theologiae Lectore emerito. De Originaria Lapsi Hominis conditione. Parisiis apud Lethielleux: 4 Via Cassette.

Matthias (P.) von Bremscheid. — Die christliche Familie. Wort der Unterweisung und Ermahnung fuer das christliche Volk. Von. P. Matthias von Bremcheid, Priester aus dem Kapuzinerorden Mit kirchlicher Approbation. Mainz, Varlag von Franz Krichheim. 1885. — 246 Seiten. Ladenpreis Mark 1,50.

Prosper (A. R. P.) de Martignè — La Scolastique et les Traditions franciscaines: **Saint Bonaventure**. Amiens. 1885.

Timotheus (A. R. P) a Podio Luperio — Minor. Capucc. Sacrae theologiae Lectore. De Ministro Sacramenti Poenitentiae: Dissertatio theologica e probatis auctoribus, praesertim Capuccinis, excerpta. (*Fasciculus primus*) Parisiis, typis Ioannis Mersch, 22 Via Denfert-Rochereau: 1885.

Vincenzo M. (P.) da Goglione. — Meditazioni per Novene, Feste, Ottave e Giorni Principali dell'anno, esposte dal P. Vincenzo M. da Goglione Cappuccino. Trovasi presso la Redazione degli *Annali Francescani*. Milano, Viale Porta Vittoria N. 54. Codogno Tipografia di A. G. Cairo 1885. Pag. 590, Prezzo L. 1,50.

Nihil obstat.

Fr. BERNARDUS ab ANDERMATT Min. Gen. Capucc.

Sacerdos Ioannes Savini, Director responsabilis

ANALECTA ORDINIS MINORUM CAPUCCINORUM

ACTA ROMANO-FRANCISCALIA

E SECRETARIA VICARIATUS S. S.

Jubilaeum anni proxime venturi.

Ssmus D. N. Leo Papa XIII, quo extraordinariis hujusce temporis necessitatibus per extraordinaria religiosae pietatis subsidia paterne provideat, peculiarem Jubilaei gratiam anno proxime venturo universis christiani orbis fidelibus elargietur. Quod jubilaeum S. S. speciali B. M. V. de Rosario patrocinio, quo uberiori fructu abundet, firmatum voluit: ideoque primum hujus tantae gratiae nuntium, sub ipsis primis Vesperis Festi Rosarii, vulgari decrevit. Omnibus igitur christiani orbis fidelibus, et imprimis Patribus Ordinis Predicatorum Sodalibusque Confraternitatis a Ssmo Rosario nuncup. necnon Ordinibus qui de Seraphico Patriarcha gloriantur, quum hocce anno coincidat utrumque Festum, Rosarii nempe et Divi Francisci Assisiensis, pergrata prorsus evadet Pontificiae dignationis notificatio; et inde animosiori conatu ad futuri jubilaei fructum largius assequendum corda sua disponent et opera.

(L. M. Cardinalis Vicarius).

EX S. CONGR. CONCILII

De Titulis honorificis raro et caute concedendis.

Perillustris ac reverendissime Domine, uti frater,

Quamvis ecclesiasticos viros maxime deceat humanos honores non quaerere, sed de benefactis retributionem a Domino unice expectare, consuevere tamen Ecclesiae praesules titulis, dignitatibus, aliisque honoris signis eos decorare, qui prae caeteris de re christiana meruerunt: dum enim praestantiores honorantur, virtutem ac scientiam in magno pretio esse habendas ostenditur, et insimul desides ad currendam viam Domini excitantur.

Ast non raro evenit, veluti nonnulli episcopi conquesti sunt, ut dum sacerdotes, aetate ac omni virtutum genere venerandi, amant nesciri et pro nihilo reputari, juniores et qui parum adhuc aut nihil in Ecclesiae bonum contulerunt dignitates appetant, insignia titulosque inhient. Et ubi nulla spes illis arrideat haec omnia apud suos obtinere, externos circumeunt pastores, qui aliquando decepti eorum vota facile excipiunt. Quo saepissime accidit, ut miseri isti in propria dioecesi, inscio ordinario, et omnibus admirantibus, vel irridentibus, se alienis vestibus indutos exhibeant, seque novis titulis praeditos jactent, et ita meliores despiciant.

Porro Eminentissimi Patres Tridentini juris interpretes ac vindices dum acerbe

deplorant, quod sensus Christi de die in diem in quibusdam evanescat, confidunt Amplitudinem Tuam nil intentatum relicturam, ut omnes de clero tibi concredito, aemulentur charismata meliora, terrena despiciant, ament coelestia, et nonnisi in cruce D. N. Jesu Christi glorientur.

Ne vero in posterum et dignioribus injuria fiat, et honores ecclesiastici vilescant, ipsi Em. Patres, Sanctissimi mandata exequentes, auctores tibi sunt, ut raro admodum et caute honoris titulos vel insignia clericis tuis impertias, sed probatissimis tantum et optime de Ecclesia meritis; clericis vero alienis nullum unquam conferas honoris signum vel titulum, inscio et invito ordinario, cujus potestati subduntur.

Haec dum tibi nomine hujus S. C. significo, impensum animi mei studium profiteor Amplitudini tuae. Romae 16 septembris 1884. Uti fr. stud.

✠ C. Santori, S. C. C. Secretarius.

COLLECTANEA

INSTRUCTIONUM ET RESOLUTIONUM S. SEDIS

FRATRIBUS NOSTRIS SCITU ET MEMORATU UTILIUM. (1)

13. Apostolica Sedes libentius permittit ut religiosi sublevent parentes in necessitate positos, « claustro non relicto ». (Et proinde absque ullo charitatis et filialis pietatis nocumento, innumera vitae claustralis bona nec ad tempus deperduntur).

Recollectorum. — S. Congregatio audito commissario generali curiae censuit committendum, prout praesentis decreti tenore benigne committit P. Ministro generali ordinis, ut veris, etc. et quatenus expedire censuerit, pro suo arbitrio et conscientia indulgeat, ut orator (fr. Benedictus Lucera) in sublevamen matris eleemosynas ex missae sacrificiis et praedicationibus retrahendas, pro quantitate per ipsum P. ministrum generalem praescribenda, per manus tamen syndici apostolici erogare possit et valeat. Non obstantibus quibuscumque, etc. Romae, februarii 1700.

14. Appellantes a mandatis Sup. Regularium, primum « pareant, deinde recurrant ».

Super appellationibus regularium. — Ex audientia SSmi die 6 julii 1754. Sanctitas sua, plaudentibus omnibus religionum superioribus, mandavit quod in recursibus regularium adversus obedientias suorum superiorum semper rescribatur: Pareant et deinde recurrant, ad formam cap. Repraehensibilis, de appellationibus: « Praecipue vero hoc in religiosis volumus observari, ne religiosi cum pro aliquo excessu fuerint corrigendi, contra regularem praelati sui et capituli disciplinam appellare praesumant, sed humiliter ac devote suscipiant, quod pro salute sua fuerit eisdem injunctum « Et ad formam cap. Ad nostram, de appellationibus, ibi: « Mandamus quatenus si quando quilibet subditorum tuorum ad remedium appellationis convolaverit, non ideo minus eum, juxta tenorem mandati quod in praedicta regula continetur et institutionem ordinis, corrigas et castiges. »

Die 11 junii 1754.

15. Sacerdos potest in die Nat. Dni. duas tantum Missas celebrare.

Lucerina. — De missis celebrandis in die Nativitatis Domini.

Rmus D. Joseph-Maria Cotellossa episcopus Lucerinus a S. Rituum Congregatione declarari petiit: « Utrum sacerdos possit duas tantum missas celebrare in die Nativitatis Domini nostri Jesu-Christi? » Siquidem cum privilegium ter ce-

(1) Cf. praenotandum ad Collectan. p. 333.

lebrandi eadem die repraesentet mysterium generationis aeternae, temporalis et per gratiam in anima justi, id non videtur significari si in praedicta festivitate duae tantum celebrantur missae.

S. vero Congregatio, audita relatione ab infrascripto secretario facta, re mature accurateque perpensa, rescribere rata est: « Affirmative, seu sacerdotem posse pro suo arbitrio in die Nativitatis Domini duas tantum missas celebrare: atque ita declaravit. Die 19 junii 1875.

16. Sacerdos qui die Nat. Dni. unam tantum Missam celebrat, quamnam legere debeat?

Ordinis Carthusianorum. — Rmus Pater hodiernus Procurator generalis ordinis Carthusianorum a sacra Rituum Congregatione humiliter declarari petiit: an sacerdos qui die natalis Domini unam missam celebrat, legere teneatur missam horae congruentem, scilicet primam ante auroram (ex privilegio); secundam, si in aurora; tertiam, si post auroram celebrat? an vero absolute legere debeat tertiam, quae cum officio canonico magis convenit, prout in quibusdam kalendariis praefertur, ubi legitur : Qui unam missam celebrat, tertiam legat cum evangelio Epiphaniae in fine. »

Sacra vero Congregatio audita Relatione ab infrascripto secretario facta, re mature accurateque perpensa, rescribendum censuit: Sacerdos qui unam tantum missam celebrat, legat missam, quae respondeat circiter horae juxta rubricas peculiares ejusdem diei. Atque ita rescripsit et servari mandavit. Die 19 junii 1875.

C. Epic. Ostien et Velitern.
Card. Patrizi, S. R. C. Praefectus.
Plac. Ralli S. R. C. Secretarius.

17. Non licet Provincialibus absentium suffragia in electionibus supplere...

Super electionibus. — Sacrosanctum Concilium Tridentinum, sess. 25, cap. 6 de regularibus, cum rationem eligendi superiores regulares praescriberet, sic decrevit: Nec in posterum liceat provinciales aut abbates, priores aut alios quoscumque titulares, ad effectum electionis faciendae constituere, aut voces et suffragia absentium supplere. Si vero contra hujus decreti constitutionem, aliquis electus fuerit, electio irrita sit... Cum itaque P. M. generalis totius ordinis minorum S. Francisci animadverterit in capitulis praesertim provincialibus abusus aliquot, ut sibi videbatur, contra hujusmodi decretum irrepsisse, et agnoscens quantum intersit, secundum praescriptam formam electiones celebrari, hanc S. C. rogavit ut decem questiones seu dubia quae sequuntur, declararet, videlicet:

1. An nomine absentium, quorum suffragia in electionibus supplenda non sunt ex Tridentini Concilii decreto, illi quoque intelligendi sint, qui vita functi fuerint ?

2. An sequuta post ultimam congregationem intermediam morte alicujus guardiani, praeses a ministro provinciali conventui administrando suffectus, habeat vocem in primo capitulo provinciali ?

3. An provincialis et definitores possint ante celebrationem capituli eumdem praesidem conventus, vel alium religiosum in guardianum eligere, et an post hujusmodi electionem ejusque publicationem novus guardianus jus ferendi suffragium in capitulo provinciali consequatur ?

4. Licebitne definitorio, vel immediate ante, vel in actu capituli, substituere religiosum idoneum in locum alicujus guardiani, qui vocem activam et passivam amiserit ?

5. Si quis ex definitoribus actualibus sit etiam coenobii guardianus, poteritne duplex suffragium ferre ? et si guardianatu se abdicaverit, poteritne alter substitui, ne ejus vox in capitulo desit ?

6. In iis provinciis ubi parvi conventus vel coenobia extant, quae hospitia appellari solent, poteritne minister provincialis decernere, ut praeses hujus vel illius parvi coenobii jus suffragii habeat?

7. Ubi statuta peculiaria vigent quae lectoribus jubilatis numerariis jus ferendi suffragii in electione ministri provincialis et definitorum provincialium tribuunt, si quis ex hujusmodi lectoribus sit etiam guardianus, poterit lector simpliciter jubilatus ei substitui cum jure suffragii?

8. Si guardianus a civili potestate suo munere interdicatur, quo se abdicare nolit, poteritne alter ejus vices supplere? Et si idem apud legitimos superiores munus suum sponte dimiserit, poteritne alter in ejus locum eligi ut suffragium ferat?

9. Quonam sensu intelligenda sunt illa verba decreti *ad effectum electionis faciendae*, utrum nempe ad ipsum tantummodo actum electionis, an vero etiam ad electores ante capituli celebrationem constitutos pertineant?

10. An consuetudo aut praescriptio possit efficere ut ratae et validae sint electiones quae contra formam decreti Tridentini factae fuerint?

Itaque S. C. in pleno auditorio die 11 martii 1836, referente Emo Card. Polidori, respondit:

Ad 1. Affirmative.

Ad 2. Negative.

Ad 3. Ad quodlibet fraudis discrimen avertendum, non eligantur novi guardiani post festum S. Francisci, sed per praesides regimini conventuum, ubi opus sit, rite consulatur juxta constitutiones ordinis.

Ad 4. Negative.

Ad 5. Negative in omnibus ad utramque partem.

Ad 6. Negative.

Ad 7. Negative.

Ad 8. Negative ad primam partem, ad secundam provisum in tertio.

Ad 9. Affirmative quoad utramque partem quatenus verba Concilii tum ad electores ita referenda sunt ut nec mere titulares, nec alii, qui vicem absentium suppleant, ad effectum electionis faciendae constitui possint.

Ad 10. Negative et supplicandum SSmo pro sanatione ad cautelam praeteritarum electionum, quae contra formam decreti Tridentini factae fuerint.

Et facta de praemissis relatione SSmo D. N. in audientia diei 25 martii 1836, S. S. responsiones et declarationes S. C. approbavit et confirmavit, et praesens decretum constitutionibus minorum S. Francisci tam observantium quam reformatorum adjungi jussit, sanando ad cautelam electiones quae usque adhuc aliter peractae fuerint, de quibus proinde nullo unquam tempore dubia ac quaestiones excitari posse districte prohibuit.

18. Fratres Minores non possunt exigere pensionem a Novitiis.

Super victu Novitiorum — In generali congregatione habita in palatio apostolico Vaticano die 30 martii 1838, relate ad consultationem: Ordinis Minorum, super pensione pro alimentis a novitiis persolvenda et illius erogatione favore conventus studiorum; proposita fuerunt sequentia dubia: 1 Se e come sia da tollerarsi la consuetudine di esigere la pensione dei novizi? 2. Quatenus affirmative: se e come il decreto in questione si sostenga? 3. Et quatenus negative; se e quale provvedimento convenga prendere? Emi et Rmi patres rescripserunt: Ad 1. Negative; ad 2. Provisum in primo: ad 3. Scribatur P. generali ad mentem.

Romae, etc,.

Generali observantium. — In seguito de' reclami presentati a questa S. C. per parte dei religiosi del convento di S. Bernardino di Saluzzo, nella generale

congregazione tenuta il giorno 30 del p. p. marzo, fu esaminato il decreto emanato dal definitorio provinciale nella adunanza che si tenne nel convento di S. Tommaso di Torino il giorno 15 novembre 1835, il quale è del seguente tenore : « Conventus Salutiarum S. Bernardini in quo circa decem novitii quotannis excipiuntur, cedere debeat annuam pensionem eorum novitiorum qui in dicto novitiatu ultra sex reperiantur. Haec autem pensio destinatur ad extinctionem debitorum conventus studiorum Vercellarum, tum in posterum in subsidium aliorum conventuum indigentium.» Proposti pertanto a questi Emi miei signori i dubi: 1. Se e come sia da tollerarsi la consuetudine di esigere la pensione dai novizi ? 2. Quatenus affirmative, se e come il decreto in questione si sostenga ? I medesimi, considerate le ragioni addotte dall' una et dall' altra parte ed inteso il P. procuratore generale, hanno rescritto:

Ad 1. Negative; ad 2, Provisum in primo, ordinando di manifestare a V. P. la suddetta risoluzione, acciocchè la P. V. scriva al P. provinciale che la S. C. ha disapprovata la consuetudine di esigere dai novizi la pensione per il vitto e manifesti questa risoluzione a tutti i conventi di noviziato di quelle provincie ed assolva, anche per mezzo di persona da suddelegarsi, quatenus opus sit, tutti i superiori che hanno esatto simili pensioni.

Romae, 7 aprilis 1838.

19. S. C. facillime permittit ut quaedam adhibeantur cautelae relate ad professionem novitiorum a servitio militari minime exempti.

Beatissime Pater. — F. Franciscus Regis, procurator generalis Trappensium ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus humiliter exponit.

Post completum novitiatum, novitii debent professionem facere intra sex menses; porro, ob vicissitudines temporum, juvenes ad militiam omni momento vocari possunt. In his conditionibus imprudens videretur superior qui tales ligaret vinculo votorum; idcirco orator supplex enixe deprecatur Sanctitatem Vestram ut concedatur superioribus facultas novitiatum continuandi, donec cesset periculum. Et Deus etc.

Ex audientia SSmi habita ab infra D. subsecretario Sacrae Congr. Episcop. et Regularium sub die 21 Aprilis 1871. Sanctitas Sua gratiam prout petitur haud concedendam esse existimavit, sed potius indulsit ut donec praefatum periculum perduraverit, novitii, qui tempus novitiatus rite expleverunt, admittantur ad professionem votorum simplicium ad sex menses valituram, ac de semestri in semestre renovandam. Contrariis quibuscumque non obstantibus. A. Card. Quaglia praef. — A. Tombetta subsecret.

20. Indultum pro dilatione professionis ad decennium (in Polonia)...

Super dilatione professionis. — Sacra Congregatio, attenta relatione P. procuratoris generalis ordinis (Conventualium), referente Emo Bertazzoli ponente, consideratis considerandis, et re mature perpensa, rescribendum censuit, prout rescripsit: *In voto Emi ponentis, et ad Dmnum Secretarium cum Sanctissimo.*

Romae, 20 januarii 1826.

Facta autem de praemissis relatione SS. D. N. in audientia diei 10 februarii ejusdem anni, Sanctitas Sua resolutionem S. Congregationis benigne approbavit et confirmavit, juxta modum, scilicet mandavit, attentis ac perdurantibus iisdem peculiaribus circumstantiis, in provinciis Poloniae et Lithuaniae Russiae remitti preces P. ministro generali ordinis cum suo definitorio, ut, firmo remanente decreto S. Tridentini concilii, sess. 25, cap. 15, de reg. quod incipit: *In quacumque religione*, pro suo arbi-

trio et conscientia concedere usque ad sexennium possit et valeat provincialibus respectivis conventuum de quibus supra, facultatem protrahendi vel imminuendi, usque ad annos decem, solemnem professionem novitiorum proprii ordinis, praevia tamen probatione, tempore sibi beneviso, praescribenda pro receptione ad habitum el vota simplicia, praemisso tamen integro anno legali immediate antecedente solemnium votorum professionem ad formam ejusdem S. Concilii et apostolicarum constitutionum.

Romae, etc.

21. Secularizati (et a fortiori exclaustrati) nequeunt per testamentum de bonis disponere.

Religiosi, qui vota solemnia Deo nuncupant, emissa professione, cujusvis dominii sunt incapaces, ideoque de bonis, nec per testamentum, nec alio quocumque modo disponere possunt, ita ut etiamsi deinde indultum perpetuae saecularizationis a S. Sede obtineant, ne de bonis quidem post dictum indultum acquisitis sive inter vivos, sive causa mortis, disponere valeant, nisi specialem ad hoc a S. Sede obtineant facultatem, quae solet certis et determinatis conditionibus, et cautelis coarctari.

Sed qui vota simplicia tantum in aliquo Instituto, vel pia Congregatione emittunt retinent dominium, ut aiunt, radicale, non vero administrationem. Quod si quaeratur quomodo de eorum bonis post emissam professionem disponere possint, nullum aliud responsum dari potest, nisi opus esse ut sedulo inspiciantur Constitutiones respectivi Instituti: non enim generalis aliqua dispositio habetur, ideoque Constitutionibus, et Statutis ab Apostolica Sede approbatis standum prorsus erit. Et revera aliud statutum est pro Clericis Excalceatis SS. Crucis, et Passionis D. N. I. C., aliud pro Presbyteris SSmi Redemptoris, et sic de aliis. — *Bizzarri.*

22. Reliquiae et suppellectilia regularium, Ordine restituto, restitui debent.

Super reliquiis et suppellectilibus. — Episcopo Tuden. in Hispania. — Relata sunt Smo D. N. quae ab amplitudine tua exponebantur circa sacra utensilia, vasa, suppellectiles et reliquias ad ecclesias regularium spectantes quae a privatis religiosis retinentur. Sanctitas sua, ne conscientiae plus aeque illaqueantur, et ad alia evitanda pericula, haud expedire existimavit ex praecepto compellere religiosos ipsos ad praefatas res tradendas, sed tibi significandum mandavit, ut, pro ea quae necessaria est prudentia, cures persuasione hujusmodi res colligere, ut eas provisorio modo, id est donec ordo ad quem spectabant isthic restitutus non sit, attribuas ecclesiis monialium; paroeciarum, seminariis, aliisque ecclesiis tibi benevisis; proviso tamen ne usurpentur vel vendantur, sed cultui divino addicta remaneant.

Romae, augusti 1858.

23. Ecclesiae et paroeciae res sacras et mobilia regularium possidentes, tenentur Ordine restituto, ipsa restituere — Superiores ipsa colligant et « modo provisorio » in ecclesiis collocent.... (Ut vitari possit dilapidatio per consanguineos fratrum extra claustra manentium).

Epistola Circularis. — Relatum est SSmo D. N. religiosos Hispaniarum suis domibus a civili potestate expulsos, omnia mobilia etiam sacro cultui dicata inter se divisisse, ex quo evenit ut sacra utensilia, vasa, suppellectiles, reliquiarum capsae et cetera hujusmodi, non secus ac libri conventualium bibliothecarum, vel dispersa fuerint, vel adhuc a privatis retineantur cum periculo dispersionis. Sanctitas sua itaque paternitati tuae signi-

ficandum mandavit, ut pro ea quae necessaria est prudentia, cures hujusmodi res colligere, et eas provisorio modo, id est, donec tuus ordo, ad quem spectabant, ishic restitutus non sit, attribuere ecclesiis monialium, paraeciarum, vel aliis tibi benevisis; proviso tamen ne usurpentur vel vendantur, sed cultui divino addictae remaneant. Haec igitur exequi curabis et Deus te incolumem reddat.

Romae, 24 augusti 1858.

— N. B. Hec circularis commissariis apostolicis regularium Hispanae Romae commorantibus communicata fuit.

24. S. C. improbat abusum non deferendi cadavera fidelium ad ecclesiam....

Fodiana. — Rmus D. hodiernus episcopus Fodianus quum in sua praesertim civitate morem invenisset non deferendi ad ecclesiam defunctorum corpora antequam sepulturae tradantur, sed statim a propriis domibus deferri ad coemeterium ac consequenter eosdem defunctos nullo fere fidelium suffragio juvari, a Sacra Rituum Congregatione suppliciter postulavit; ut Rmo ordinario pro tempore dioeceseos Fodianae liceret indulgere facultatem celebrandi in oratoriis privatis, auctoritate tamen apostolica erectis, eum numerum missarum qui ipsi ordinario videbitur.

Huic autem instantiae sub die 28 septembris anni elapsi sacra Congregatio respondit: Scribatur episcopo ad mentem. Mente Sacrae Congregationis eidem patefacta ejusque responsione accepta, Sacra eadem Congregatio, attentis noviter deductis, non solum petito indulto non esse annuendum censuit, sed etiam Rmum episcopum Fodianum esse cohortandum, ut inductum abusum ea qua praestat prudentia evellere curet, ac Ritualis Romani praescriptiones instaurare ut, quoad fieri potest, fidelium cadavera ad ecclesiam deferantur pro exequiis celebrandis. Die 28 aprilis 1873.

25. Pueri vagantes cum habitu formali Capuccinorum: abusus non tolerandus.

« Larinen. Episcopo — E stato rappresentato alla S. C. che nella terra di Serra Capriola luogo di cotesta diocesi, cinque ragazzi di 14 in 16 anni con non poca ammirazione dei secolari, portino con pretesto di voto l'abito formale dei cappuccini, e vadino di più questuando per la campagna con l'abuso e disprezzo dell'abito stesso. Questi Emi Signori quali ben prevedono una tal novità, benchè apparentemente pia, può degenerare in qualche scandalo, mi hanno incaricato di scrivere a lei che procuri di svellere dalle radici il male nascente, coi remedi legali, parte che incombe al di lei pastorale ministero. »

April. 1715.

26. Mutatio loci et temporis Capituli... an licita?

Congregatio Anglo - Benedictinae. — P. Laurentio Iennick praesidenti congregationis Anglo-Benedictinae. In S. Congregatione EE. et RR. ponente Emo Cardinali Tanario, inter alia dubia proposita in causa vertente inter paternitatem tuam, uti praesidem istius congregationis Anglo-Benedictinae, et PP. vocales recurrentes, fuerit quoque disputatum: An sit in facultate praesidis mutare locum et tempus proxime futuri capituli, quod fuit indictum Duaci; placuit eidem S. Congregationi respondere: Negative in casu de quo agitur, inconsulta ipsamet S. Congregatione: et hujusmodi resolutio emanavit sub die 22 februarii 1720, auditis partibus hinc inde informantibus. Cumque in praesenti ad aures pervenerit, velle fieri mutationem dicti loci pro celebrando capitulo, absque eo quod prius consulatur S. C. ad formam

praefati decreti: quod licet propter tuam religiositatem et debitam reverentiam dictis resolutionibus EE. PP. necessarium minime credant, attamen iidem te monitum hisce litteris voluerunt, non posse indicere mutationem loci et temporis praefati capituli illiusque celebrationem a Duacensi ad aliam civitatem transferre inconsulta hac Sacra Congregatione. Quod pro tua sedulitate et obsequio erga S. Sedem exequi non omittes, diuque vale in Domino. — Mart. 1721.

27. Non toleratur quod laici praecedant clericos.

Nota. Ex sequenti decisione probatur quo spiritu laici conversari debent et dignitas status clericalis a S. Sede tuetur adversus quamcumque consuetudinem *laicisationis* et incongruae democratiae formam praeseferentem. Clerici diligant ex corde fratres laicos; at isti, etiam illis consentientibus, non possunt clericaturae decorem statui laicali assimilare.

Unde data occasione, moneantur laici differentiam inter ipsos et clericos non esse minoris aestimationis sed religiositatis signum, quo Altissimi Dei ministri eorumque ecclesiastici ordinis coadjutores a reliquis hominibus cujuscumque sint dignitatis separantur.

« In causa praetensae consuetudinis praecedentiae vertente inter fratres clericos ordinis de Observantia provinciae Andalusiae ex una, et fratres laicos ejusdem provinciae ex altera, de et super infrascriptis dubiis, nempe:

1. An fratres laici ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, provinciae Beticae tam conventuum de Observantia quam recollectorum, praecedere debeant fratres clericos non in sacris constitutos, quando choristis sint receptione antiquiores ?

2. An fratres laici denominari debeant patres et titulo reverentiae frui, prout denominantur et fruuntur sacerdotes ejusdem ordinis et provinciae; vel potius contenti esse debeant titulo charitatis, sicut clerici seu choristae ejusdem ordinis ?

3, An sit imponendum perpetuum silentium in casu ?

Sacra Congregatio respondendum censuit:

Ad 1. Negative.

Ad 2. Negative quoad primam partem, et affirmative quoad secundam.

Ad. 3. Affirmative, et amplius hujusmodi causam non proponi mandavit.

Romae, etc.

Oblatis subinde precibus Sanctissimo Domino Nostro ex parte laicorum supplicantium pro suspensione Brevis confirmatorii praedictorum decretorum editorum die 31 augusti proximi (1774) et pro nova audientia, iisque per sanctitatem suam ad S. C. remissis, sub die 28 septembris ejusdem anni decrevit consulendum Sanctissimo pro expeditione Brevis. Et die 29 dicti mensis, facta de praemissis relatione Sanctissimo Domino nostro, Sanctitas Sua jussit expediri Breve non obstantibus quibuscumque.

Porro dicti Brevis tenor est iste :

Sacra Congregatio Episcoporum et Regularium, cui Sanctissimus Dominus noster supplicem hunc libellum remisit, visis relationibus commissarii generalis curiae ordinis Minorum Observantium, P. Procuratoris generalis Reformatorum et tertii ordinis S. Francisci, referente Emo Tannaro, censuit et decrevit supplicandum Sanctitati suae pro expeditione Brevis juxta votum eiusdem Emi Ponentis, nempe ut dignetur statuere per litteras in forma Brevis, quod superiores regulares in posterum non possint laicos quoscumque ad professionem admittere, nisi antea coram testibus emittant votum vel iuramentum cedendi clericis praecedentiam, iniuncta poena superioribus contrafacientibus privationis

officii et vocis passivae ipso facto incurrendae, laicis vero sine praefato voto seu iuramento profitentibus, nullitatis professionis, et interim superiores cogant laicos ad observantiam Brevium hac de re emanatorum. — Romae 29 novembris 1720. »

ACTA ORDINIS

MONITUM.

Sub primis hujus mensis diebus, Rmus P. Generalis, post peractam visitationem in residentia Missionariorum nostrorum Cephalodien. Siren. et Chio, ad Cretensem insulam appulit, ibique, nullo parcens labori, nostrates omnes in Canaea, sicut jam fecerat pro residentia Smyrnensi et de Budjah, personaliter audivit. Dein vero iter prosequens, stationem de Rettimo et Candiensem visitavit; posteaque navem iterum conscendens Constantinopolim, sub die 16, venit.

Rogamus iterum atque iterum omnes Fratres ut precibus suis ad Dominum, Beatissimam Virginem et S. Franciscum multiplicatis, huicce zelantissimi superioris nostri visitationi, largissimas impetrent benedictiones et fructus uberrimos

E Conv. Immac. Conc. B. M. V. Urbis, 25 Octobris 1884.

Fr. Bruno a Vintia,
Proc. et Commiss. Genlis.

XXXIII CAPITULUM PROVINCIAE HOLLANDICAE : *celebratum Tilburgi, die 16 Octobris 1885.*

Electi :

Min. Provincialis : A. R. P. Lambertus a Velp.
Definit. I. A. R. P. Iustinus a Roosendaal.
» II. » Albertus a Drunen.
» III. » Willibrordus a Cabaum.
» IV. » Raymundus ab Oerle.
Cust. Gen. I A. R. P. Benedictus ab Asten.
» II· » Archangelus a Macharen.

Erectio canonica novi Conventus.

Praevio Rescripto S.ͤ Congr. super Discipl. Regul. diei septembris 1885, canonice erectus fuit Conventus Legionensis *(Leon)* in Provincia Hispaniae SSmi Cordis Jesu.

FRAGMENTA SERAPHICA.

PACTUM CHARITATIS ET UNIONIS INTER IV ORD. MENDICANTES

(*Tempore Concilii Basileensis*)

« Universis et singulis fratribus sacrarum religionum et ordinum praedicatorum beati Dominici, minorum beati Francisci, heremitarum sancti Augustini, et carmelitarum beatae Mariae, fratres Bartholomaeus Texerii prior generalis, magister ordinis praedicatorum, Guillielmus de Casali prior generalis ordinis minorum, Gerandus de Arimino prior generalis ordinis heremitarum sancti Augustini, et Iohannes Phacii prior generalis ordinis carmelitarum, aeternae salutis, ac perpetuae pacis munus.

« Summa divinae bonitatis affluentia, fratres carissimi, quae multis modis peccatores ad poenitentiam evocans neminem vult perire, sed omnes homines salvos fieri, vel in eo quam latissime patet, quod in novissimis quoque diebus languenti jam morum sterilitate mundo remedia sanitatis afferre dignata est, humiles ac spirituales servulos sibi deligens, qui populum acceptabilem studiose et pararent ac fidelibus monitis instituerent; itaque quatuor ordinum mendicantium religiones sacras velut quatuor flumina paradisi in omnes suorum fidelium regiones mira benignitate diffudit, quae exemplo piae vitae doctrinaeque, ac praedicationis ubertate terrenorum hominum mentes velut caelesti quodam humore

foverent, mitesque ac saluberrimos aeternae vitae ederent fructus aegris peccatorum animis non opem modo, sed et divinae suavitatis gustum optimum allaturos, cujus dulcedine illecti fideles omnem diabolicae suggestionis infectionem vitare discerent, et in solo supernae voluptatis desiderio jucundari. Verum sanctissimae hujus nostrae irrigationis operationem tam prudenti, et concordi moderationi exerceri, et regi necesse est, ne ipsae religiones aut mutuo exhaustae penuria sacri humoris arescant, aut suis invicem fluctibus obruantur.

« Nam profecto si ullus ipsorum ordinum dum exuberare cupit, spernat aut impugnet caeteros, fama, honoribus, aut commodis ipsos evacuare laborans, necesse est illud accidere, ut altero repugnante, aut referire moliente multi utrinque ad contentiones, et adversas praedicationes incitentur; sicque studia, quae non ad propriam modo sed et alienam salutem et concordiam susceperunt, conversis inter se odiosis animis graves discordias nutriant, quo pessimo exemplo, et multorum fidelium mentes auctoritatem vitae ac doctrinae nostrae contemnunt, et nos ipsi alternis occursibus dissidentes in magna nostra scandala, ac damna praecipitamur. Quae mala ut in futurum Deo favente vitemus, omnesque intelligant sacrarum religionum vitas quamquam pulchra diversitate varias ex unico tamen divinae gratiae fonte profluere, atque eadem caritatis via unum finem, ac terminum petere, Nos praenominati quatuor ordinum mendicantium Priores generales, sanctissimorum patrum nostrorum vestigiis inhaerentes, qui unitatem spiritus et pacis vinculum cum omnibus tenentes ab omni semper fuerunt discordia remotissimi, habito in ea re multorum venerandorum provincialium et aliorum sacrae theologiae magistrorum qui ex diversis ipsorum ordinum provinciis, ad sacrum Basiliense concilium convenerant sano ac maturo consilio, nonnulla inter nos, ac religiones nobis creditas communi auctoritate, et consensu ordinanda, ac statuenda esse censuimus quae ab universis eorumdem ordinum fratribus ubique terrarum perpetuo observata, paci famae et commodo ipsorum et religionum toto orbe consulerent, et rebus quae inter fratres dissidium ullum, aut scandalum excitari possent, opportunis ordinationibus obviarent; earum autem ordinationum forma ac series talis est.

« Firmam sacrarum quatuor religionum pacem perpetuo duraturam, justa ac stabili fere conjunctura, dignum ducimus inde initium facere, unde nobis ad ipsam conservandam, tuendamque praestari auxillium cupimus, ab sanctis videlicet quos ipsae religiones veluti primos cujusque auctores aut illustratores cultu praecipuo venerantur, Nos enim, etsi aequum sit summis fratrum suorum laudibus celebrari, quos omnes eximia pietate colere, ac venerari debemus, tamen quoniam temerarium est tam sublimiter de unius meritis disputare, tamque excellenter sentire, ut alteri vel religioni, vel sancto in comparationem adducto derogetur, et ex caelestis regni beatitudine ubi summa pax, et aeterna felicitas est, causae litium contrahantur, unumquemque nostrarum religionum fratrem, qui in derogationem sanctorum alterius ordinis patronorum aut professorum, se universalis status et honoris ipsius scienter et publice linguam laxare praesumpserit, a priore seu guardiano aut altero superiori suo, ad quem pertineat, digna punitione volumus castigari, et nihilominus ad revocationem, aut aliam justam emendationem dicti sui eodem loco quo offenderat omnino compelli.

« Scolasticos quoque fratres, et si nemo prohibeat diversorum doctorum doctrinam, atque opinionem sequi, ea tamen moderatione linguam honestare praecipimus, ne quis aliorum ordinum docto-

res ullo contemptu, aut turpi dicto insectari praesumat, a quibus forte ipse aliorum imitator de veritate dissentit, illud vero vel maxime est cavendum, ne contra confirmationem, approbationemque alicujus harum sacrarum religionum quispiam aliorum ordinum frater aliquid praedicare, aut disseminare praesumat, sed magis omnes studeant illarum dignitatem invicem attollere, ac profiteri: quorum non dubitent caritatem sancto vinculo sociatam fortiorem ad commune praesidium posse succedere.

« Itaque et authoritatem audiendi confessiones et absolvendi, diligentissime omnes caveant ne... aut assertione sua in ullo aliorum ordinum minorem aut disparem faciant videri, sed alternae potestati, et auctoritati nonmodo consentiant, sed diligenter faveant, parique laude et approbatione aliis tribuant, quae ab illis ipsi desiderant; omnino autem in Romana curia unde.... fonte seu convictionis nostrae bona, seu dissentionis mala ad caeteras orbis partes facile derivari atque diffundi possunt, solidam partem, et tamquam individuam rerum, ac periculorum omnium servari convenit societatem ut quoties necessitas, et aequalis periculi metus impendat, procuratores ordinum qui in ipsa curia fuerint, cujusque alterius ordinis negotia non aliter quam sui curent, utque sustineant collatis insuper aequali sorte sumptibus ubi, causae magnitudo, et communis rei discrimen ita exigere videatur; in caeteris vero invicem sibi faveant, assistantque, quantum et honestas permiserit, et rerum opportunitas postulaverit, neque ullus ipsorum, acceptis a quibusdam fratribus, aut conventibus sui ordinis adversus fratres alterius religionis querelis litem contra illum moveat, aut moveri sinat, seu litteras impetrare, nisi provincialem aut alterum illorum praelatum contra quos querelae producuntur, ad quos pertinent prius ammonitum esse, et in amministranda justitia negligentem fuisse cognoverit etiam si ejusmodi causa sit quae videretur extra curiam commode agi non posse; illud praeterea in eo loco servari volentes, ut quicquid litis et controversiae inter duorum religionum fratres, ac perinde et inter earum procuratores suboriri videatur, alii duo procuratores omni diligentia et studio componere, et interceptam causam justa moderatione terminare procurent, illis qui litem acturi erant nihil interim moventibus; quibus praecipimus, et mandamus ut omnem causam suspensam teneant donec alii tentatae concordiae fortunam experiantur.

« Cum vero inter servos Dei qui non est Deus dissentionis sed pacis, aut nullae lites habendae sint, aut quam celerrime finiendae, decernimus tenore praesentium, et jubemus, ut si quando inter dictorum ordinum fratres super nimia vicinitate aut alis impedimentis ob quae aliorum loca commode aedificare non possint, controversia aliqua fuerit exorta, priores et ministri provinciales si super hoc se duxerint requirendos ad locum ubi litis occasionem nosci cognoverint intra duorum mensium spatium se personaliter transferant, et omnem controversiam subortam, curent unius mensis ab eorum adventu spatio terminare: qui si in unam sententiam convenire nequierint tres arbitros eligant, qui similiter intra mensem omnem litem justo fine decidere teneantur, et quicquid tres simul, aut duo eorum decreverint firmiter observetur; et si praedicti prior provincialis, et minister, ex justis causis et legitimis, illuc commode ire non poterint, aut noluerint se transferre, committant quibusdam fratribus amatoribus pacis et concordiae vices suas, qui susceptae causae arbitrium usque ad justam terminationem, et intra unius mensis spatium ut praediximus exequantur; et quicquid per eos vel per arbitros ab ipsis

electos ordinatum fuerit, robur obtineat firmitatis, ordinationibus quoque et inhibitionibus apostolicis parendum, ne ullius ordinis fratres ad constructionem monasterii, ecclesiae, seu oratorii locum praesumant accipere vicinum loco fratrum alterius ordinis infra centum quadraginta cannarum spatium per sedem apostolicam praetaxatum, sine ipsorum licentia et assensu; rogamus tamen ne se ad hujusmodi gratiam faciendam difficiles reddant, ubi ex dispositione situationum loci nullum aut exiguum ipsis praejudicium generatur; caveant insuper omnes diligenter ne alterius ordinis novitios zelo attrahendi ipsum ad suum ordinem quisquam suadeat primae religionis egressum, et si quis ita illectus exiverit non recipiatur infra annum in ordinem, cujus desiderio alium exire visus est, nisi de licentia illius ordinis quem reliquit; in qua re ne ulla injuria aut fraus fiat, inhibemus omnino ne de hujusmodi alienorum novitiorum receptione ulla dispensatio apostolica impetretur; praeterea cum quisque cavere debeat, ne alteri faciat quod sibi nolit fieri, neque electionem sepulturae alicujus personae apud fratres alterius ordinis factam, personis patris et matris, fratris, ac sororis dumtaxat exceptis immutari, neque legata eisdem relicta variari, vel minui quisquam per se aut alium procurare praesumat; attendant etiam singuli ne honori sui ordinis improvide providentes, in contentione et emulatione aliorum sermones praeripiant, vel impediant.

« Insuper cum securius sit consilium et firmius judicium quod plurimorum sententiis fuerit approbatum, circa observationem sententiarum excommunicationis et interdicti quae ab aliis quam a summo pontifice et legatis sedis apostolicae, quibus est simpliciter deferendum, pralatae fuerint, quaeque ullo modo vertuntur in dubium, inter omnium praedictorum ordinum qui in loco erunt fratres collatione praehabita, requisito etiam diligenter si necesse fuerit consilio sapientum quantum conscientia permiserit uniformitas observetur: caeterum quia quicquid in fidei christianae religionem committitur in omnium noscitur injuriam redundare, inquisitores haereticae pravitatis nullus impediat, vel perturbet, quin potius et ipsi sibi mutuo et aliis eisdem in prosecutione officii indefesse faveant, et assistant.

« Haec sunt quae exacta diligentia ab omnibus nostrorum ordinum fratribus volumus observari, et transgressores juxta culparum exigentiam debita castigatione puniri; quocirca omnibus et singulis eorumdem ordinum fratribus, provincialibus praesertim ministris, vicariis, et aliis rectoribus quibuscumque, harum serie praecipimus et mandamus, quatenus super praedictis et aliis quaecumque discrimen turbationis aut adducere consueverunt aut posse adducere videantur, omni diligentia studeant efficacibus monitis, et opportunis correctionibus totaliter providere, ut et coepta, si quae invenerint componentur, et in posterum similia non contingant, et ut firmius teneantur, atque serventur, quae semper repetita, ac memorata fuerint omnibus prioribus, et guardianis dictorum ordinum, ad quos praesentium nostrarum litterarum exemplare quod ipsos nihilominus diligenter volumus investigare pervenerit ut singulo anno quater capta aequali interpolatione mora ipsis prioribus, et guardianis singularum religionum qui eo loco fuerint simul, recitent et studiose perlegant, tenore praesentium praecipimus, et mandamus, ac si quid adversus communem pacem, et has nostras sanctiones iterum cognoverint accidisse illud reformare, et componere omni diligentia studeant, communique paci et concordiae ita consulere, ut ea integra et illibata perpetuis temporibus conservetur.

Datum Basiliae anno Domini millesimo

quadringentesimo tricesimo quinto, die secunda mensis aprilis sub impressione sigillorum trium generalium, qui tunc eo inventi sunt et testificatione ac sigillo vicarii generalis ordinis carmelitarum, cum generalis ipse, re cum aliis prius composita, postea discessisset.

Ego frater Bartholomeus Texerii sacrae theologiae professor ac ordinis praedicti magister et servus, supradicta approbo, ratifico et confirmo manu propria.

Ego frater Guillelmus de Casali sacrae theologiae magister ordinis minorum generalis minister et servus, omnia supradicta approbo, ratifico et confirmo manu propria.

Ego frater Gerandus de Arino sacrae theologiae professor, generalisque ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini et servus, omnia suprascripta approbo, ratifico et propria manu confirmo.

Ego frater Petrus de Nova ecclesia sacrae theologiae professor, provincialis Alamaniae inferioris fratrum Beatae Mariae Dei genitricis de Monte Carmelo, confisus de concessione reverendissimi magistri generalis qui huic concordiae interfuit, qui etiam vices suas mihi commisit in ordinatione suprascripta approbo, ratifico, et propria manu confirmo. »

(Ex antiquis Archiviis « des Grands-Augustins » juxta exemplar tabellionis Gratiani Capot an. 1669.)

MINORES CAPUCCINI

IN

ALMA DOMO LAURETANA

VII (1)

Historiam secundi Hospitii prosequimur, cui aedificando nonnulli Capuccini (quatuor scilicet in arte caementaria, unus in arte legnaria) sedulam operam navarunt per integros tres annos, qui in constructione illius hospitii insumpti fuerunt, (1) quo factum est ut citius absolveretur opus. et non parvis expensis parceretur.

Fratres structores fuere F. Gaspar a Mondulfo, F. Remigius a Montebello, F. Petrus a Bononia et F. Raphael a Senogallia: faber lignarius vero fuit F. Ioseph a Macerata, qui totum opus lignarium quod hospitio necesse fuit solus perfecit (2).

Iam articulo praecedenti notavimus situm illius hospitii haud fuisse salubrem, tum quia privabatur meridiana luce et calore et etiam occidentali, nam ex his partibus immensa moles templi prorsus ipsi imminebat et dominabatur: tum quia ex parte inter septentrionem et Orientem, habebat vicina arundineta et aquas stativas et putridas; inde febres et aliae infirmitates frequentes et aliquando mortiferae (3). Quapropter Capuccini post vi-

(1) Vide Anal. Fasc. XI pag. 341-341.

(1) Insumpti fuere tres anni idest ab anno 1608-1611.

(2) Ex Archivio Capuccinorum Laureti

(3) In hoc hospitio praeter eos quos jam notavi Fasc. IX pag. 272 mortui sunt:

Pater Bernardinus ab Orciano Sacerdos, Provinciae annalium scriptor et omnimoda virtute excellens (anno 1622).

P. Dominicus a Cupramarittima Sacerdos (anno 1622).

P. Ioannes Baptista a Pisauro, quem nonnulli, nescio quo errore capti, ab Arcevia dicunt; quam tamen fuisse a Pisauro authentica subscriptio ipsius, quae in documentis allatis, Fasc. IX pag. 272 et seq., invenitur procul dubio demonstrat. Religiosus eximia pietate, scientia et prudentia praeditus, pluries Guardianus, quo munere fungens mortuus est anno 1622.

P. Franciscus ab Offida Sacerdos (anno 1623).

P. Bernardinus a Carassai Sacerdos Guardianus (anno 1630).

P. Raineirus a Morro Esino Sacerdos Guar-

gintiquinque annos ex quibus ibi morabantur a Gubernatore et a Cardinali Protectore Almae Domus hospitium salubrius petierunt (1).

Erat tunc commissarius Picenae Provinciae A. R. P. Andreas ab Asculo Piceno, Religiosus multa virtute praeditus qui ab Eminentissimo Protectore facultatem obtinuit nominandi Syndicum Apostolicum, ut pro Sancta Sede secundum hospitium venderet (2). Ad hoc

---

dianus religiosae vitae exemplar absolutissimum anno 1633.

P. Ioannes a Nursia Sacerdos anno 1637.

Capuccini vero Lauretani qui obierunt inter hoc tempus sunt:

P. Ioseph a Laureto Sacerdos mortuus, in nostro conventu Montis - Sancti Picenae Provinciae (anno 1622).

P. Victorius a Laureto sacerdos, mortuus Senogalliae anno 1631.

[1] Tunc erat Protector Almae Domus Cardinalis Antonius Barberini Capuccinus, Urbani VIII Frater, et etiam nostri Ordinis protectionem agens, de eo jam diximus [Anal. Fasc. V. pag. 139 et seqq].

Gubernator autem Sanctae Domus erat Dominus Petrus Martyr Mulini a ForoLivii, quod munus ab Urbano Octavo acceptum die 24 Ianuarii 1635 usque ad diem 11 Septembris anni 1640 exercuit.

[2] Illis temporibus non habebantur syndici permanentes, sed adhibebantur solum in casibus expressis a Nicolao III et a Clemente V. Et sane negotium praecipuum Syndicorum erat bona non necessaria vendere et in alia bona necessaria convertere. Audiamus ad rem Ordinationes et Decisiones Generales datas in Capitulo Generali 44. N. 45, Patre Michaele a Ragusa Generali Ministro.

Quaeritur. An possit institui Syndicus pro venditione ipsarum rerum superfluarum et emptione aliarum necessariarum?

Respondetur: « Cum nobis Syndicus concedatur pro venditione rerum, quae nobis erant vere necessariae, successu vero temporis inutiles redditae fuere; non autem pro comestibilibus superflue acceptatis aut mendicatis, non videtur quod potestas Syndici se extendat ad talium rerum venditionem.

munus fuit electus quidam Ioseph Morico, firmanus, qui negotium sibi assumpsit coram Gubernatore Sanctae Domus, A. R. P. Andrea ab Asculo-Piceno Provinciae Commissario, P. Ioanne Baptista pariter ab Asculo Piceno Laureti Guardiano, (7) atque tribus testibus, videlicet Castagnoli Michaele, Mariani Ludovico, Iacobo Carelli a Petriolo.

Ipse Syndicus hospitium vendidit eidem Domino Gubernatori Sanctae Domus, qui ad horrea constituenda emit. Estimatores fuere duo architecti, quorum unus Nicola Serafini vocabatur, secundus Ioannes Branca, qui erat Almae Domus Architectus. Pretium ab ipsis constitutum fuit 140 scutatorum idest libellarium 732, sicut apparet ex contractu venditionis subscripto, die 16 Iulii anno 1640, apud publicum Tabularium Dominicum Pizzacalli Malianensem et Almae Domus Vice-Cancellarium.

Mirabitur fortasse aliquis hospitium tam parvi fuisse aestimatum et venditum, cum non parvis sumptibus fuisset constructum. Sed in primis notandum: illud parum aestimabile reddidisse insalubritatem aeris longa experientia pro-

---

1. Ab anno 1608 ad 1611 Laureti non habebatur Guardianus, quia erat ibi hospitium a Conventu Recineti dependens. Postea vero, cum Laureti Familia Religiosa fuerit canonice instituta, et a Conventu Recineti independens, semper fuere Guardiani, ita appellati in actibus publicis et authenticis, quidquid contra nonulli dicant.

Hoc munere ab anno 1611 ad 1141 functi sunt:

P. Ioannes a Pisauro per plura triennia.

P. Ludovicus a Monte-Lupone.

P. Bernardinus a Carassai.

P. Raineirus a Murro Esino.

P. Ioannes Baptista a Sancto Marino.

P. Franciscus a Camerino.

P. Ioannes Baptista ab Asculo Piceno.

Et alii quorum nomina e memoriis exciderunt.

batam praeterea sicut cautum erat in contractu, Capuccini transtulerunt in aedificationem novi conventus omnia quae utilia erant et transferri poterunt, portas fenestras et res ceteras infixas et etiam lateres; ita ut non relinquerint nisi tectum et muros exteriores.

MONUMENTA ANTIQUA

HEROICA
MINORUM CAPUCCINORUM CHARITAS
erga panormitanos pestifera lue infectos.

(Continuatio)

Molto più in appresso veniva edificato l'arcivescovo, quando seppe che il P. Provinciale, prima del lui arrivo in Palermo avea chiamato a capitolo tutti i suoi religiosi del convento, e fatto loro un simile ragionamento sopra la grave necessità del popolo palermitano tanto benemerito della religione, e sopra l'eccellenza della carità in simili circostanze di tempo praticata non senza grande edificazione del mondo dai nostri P.P. predecessori, e con tanta gloria di Dio e della religione. Seppe di più il Cardinale aver fatta la nota dei soggetti a proposito da mandarsi di tempo in tempo, secondo le maggiori emergenze dei lazzaretti. Seppe in oltre la lettera pastorale che il caritativo padre avea spedito a tutti i conventi della sua provincia per animare i religiosi al sovvenimento dei poveri appestati compartendo la sua paterna benedizione e merito di S. Ubbidienza a quelli che ispirati da Dio e per semplice carità volessero impiegarvisi. In quanto ai stessi cappuccini infetti se accadesse alcun caso in convento, ordina che il P. Guardiano fabbrichi nel giardino il lazzaretto, deputandoli un sacerdote ed un laico a servirlo per l' anima e pel corpo. Quanto al bisogno dei secolari, quando tutti volessero pigliarsi la cura, si eleggessero a sorte e che subito se ne desse notizia ai signori Deputati della sanità, che nei nostri conventi non dessero albergo a gente forastiera, con molti altri avvisi e provvidenza ed ordinazioni, che con molta maraviglia e non senza lagrime in quella lettera si leggono degne veramente di un tanto provinciale. Veramente è stato sempre della provvidenza divina nelle maggiori necessità e gravi tribolazioni della chiesa eleggere superiori a proposito secondo l'esigenza dei tempi, come osservai in tutte le storie ecclesiastiche.

Licenziato ch'ebbe l'arcivescovo il congresso assegnò poscia nel giorno seguente a ciascuno degli ordini religiosi un quartiere della città e destinò i cappuccini al lazzeretto detto di Zafondes a Santa Lucia, dove, si conducevano da tutti i lati gl'infetti per segregarli dal consorzio dei sani, e ad essi commise il governo del luogo, tanto nel spirituale quanto nel temporale. E subito congregatasi di nuovo la famiglia, il P. Provinciale non ebbe difficoltà a trovare operai accesi di fuoco tutto d'amor di Dio, che anzi ognuno cercava di essere preferito ad ogni altro, parte si elessero colla buona speranza, il rimanente che in qualche altro modo sarebbero consolati; e fra i tanti pretendenti riuscì cosa di gran maraviglia, che dei primi ad avervi luogo fu chi mai alcuno se lo sarebbe pensato. Questo fu il P. Arcangelo da Malta sac. il quale benchè fosse per altro buon religioso, non avea mostrato sino allora fervore straordinario nell'arringo della virtù e nella traccia della perfezione.

Or mentre stava il superiore proseguendo il sermone, chiesta licenza si partì dal refettorio, ed eccolo tosto di nuovo comparire in istrano portamento di penitenza e con grossa fune al collo,

colle mani legate addietro all'usanza dei rei, coi piedi trascinando un gran ammasso di catene, carpone per terra si presentò in mezzo al capitolo, accusandosi per la cagione principale di quel terribile castigo mandato da Dio sopra la città; epperciò essendo egli il colpevole di un tanto male, diceva di non poter ben soddisfarsi alla divina giustizia se non col sacrificare in servigio degli appestati quell'avanzo di vita che gli restava. Un si fervoroso ed insieme compassionevole spettacolo cavò lagrime di tenerezza a tutto quel divoto consesso, il provinciale medesimo non potè contenersi dal piangere, nè seppe negargli quanto chiedeva, onde lo scelse fra tutti i concorrenti ad una impresa si degna: ed assegnatoli per compagno un fratello laico per nome fr. Anselmo da Lombardia, uomo d'esperimentata carità, lo inviò col merito dell'ubbidienza al lazzaretto, perchè vi cominciasse la bramata carriera in aiuto degli appestati.

Nello stesso tempo il prudente provinciale, secondo i proposti desideri del cardinale, dispose una processione di religiosi mortificati da portarsi alla cattedrale per la gran via del Cassaro.

Uscì dal convento il 29 Giugno, all'ora 21, giorno di sabato, notabile ai cristiani, si per la divozione dalla SS. Vergine Maria, si anche per la solennità dei S.S, Apostoli Pietro e Paolo di cui così favella il Pontefice S. Leone: Omnium quidem sanctorum solemnitatum dilectissimi, totus mundus est particeps et unius fidei pietas exigit, ut quid quid pro salute universorum gestum recolitur, communibus ubique gaudiis celebretur.

Precedeva il divotissimo P. Provinciale e diffinitori tutti scalzi con corona di spine, fune al collo e croce in spalla; seguiva tutto il corpo dei religiosi in diversi divotissimi andamenti di penitenza, 4 sacerdoti, 2 al principio e 2 al fine, intonavano con tono flebile le litanie di tutti i Santi. Una gran moltitudine di persone ben composte e divote d'ogni condizione e stato andavano appresso con varie foggie di mortificazioni.

Al comparire nella gran strada si pietoso spettacolo di penitenza non vi fu chi non piangesse per contrizione, percotendosi ognuno il petto e le guancie imploravano a gran voci il perdono.

E molto più crescevano i pianti e clamori al cielo, quando da due dei nostri pred. nei luoghi pubblici alternativamente con breve e fervente sermone incitava agli atti di contrizione i colpevoli per placare l'ira divina; lo stesso fece il terzo padre giunta la processione nel duomo. Era grande ed innumerabile la moltitudine delle persone, quanto mai può pensarsi in una metropoli popolatissima ed in circostanze tali e molto più che già con editto pubblico erasi denunciato il contagio; onde chiusi i tribunali e le corti, interdetto ai mercatanti il commercio, sfacendati per tutto gli artisti, serrate tutte le scuole, ad altro non si attendeva che ha purificare coscienze, a visitare il Venerabile esposto in tutte le chiese per ordine del cardinale, e finalmente a guardarsi di non contrarre il già dichiarato morbo.

Non vi è dubbio esser stata la piissima funzione un gran stimolo di compiangersi, pentirsi e di ritornare al suo Dio, anche i più ostinati peccatori e di edificazione a tutta la città; n'ebbe a lagrimare per tenerezza lo stesso arcivescovo cardinale ed a renderne grazie ai nostri padri di si religiose condotte; seguirono poi ogni giorno con non dissimil portamenti e frutto abbondante di anime ravvedute, tutti gli altri ordini religiosi sino ai 15 di luglio in cui giorno di lunedì fu ordinata una solenissima processione di tutti gli ecclesiastici, regolari e intervenendovi lo stesso cardinale colle sante reliquie dell' ammirabile Cristina vergine e martire, altre volte sperimen-

tate benefiche in simili contingenze. Nel qual tempo ed ora mostrò Iddio ricevere comuni preghiere e lagrime, perchè con evidente miracolo in quel punto i quattro cantori ispirati solamente da Dio, e senza prevenirsi l'uno contro l'altro intonarono nelle Litanie tra il numero delle sante vergini, Sancta Rosalìa ora pro nobis; e rispondendo ad alta voce, come toccato nella parte più sensibile del cuore il popolo palermitano trovossi nella grotta del monte peregrino il preziosissimo tesoro del corpo di Santa Rosalia Vergine di Palermo, riservato per 464 anni al sovvenimento della patria in sì deplorabili sciagure, sicchè non sénza un grand'istinto divino si conservava nel cuore dei palermitani per tradizione di padre in figlio, doversi ritrovare l'incognito corpo della santa concittadina Rosalia in tempo di gran necessità, siccome realmente successe.

Operazione dei cappuccini nei lazzaretti.

Quei due ferventi operai, che furono i primi ad entrare nel lazzaretto di Zefontes, non può abbastanza esprimersi l'ardore con che abbracciarono un'opera tanto pericolosa dandosi talmente al servizio di quei miserabili, che senza far tregua o prender respiro non che riposo, stavan sempre sulle mosse per correre dove li chiamasse il bisogno degli ammalati, pigliando perfino quel poco cibo sempre in piedi, per essere più pronti all' adempimento del loro ministero. Andavano dall' un infermo all' altro provvedendoli di medicamenti e ristori, curando le loro piaghe, lavando i succidi stracci dei più meschini e rispettandoli, alla meglio a tutti davano aiuti e ricordi spirituali, confortavano i moribondi, e morti che erano li cavavano fuori dalle capanne, e colle proprie mani li seppellivano.

Intese dal cardinale le indefesse sollecitudini di quei buoni religiosi, pianse di conzolazione, e diede di più a loro tutto libero il governo di quel luogo con quanto vi si richiedeva di autorità per l'intero maneggio di esso, sicchè crescendo sempre più le fatiche degli infervorati discepoli della Croce, non avanza loro momento da respirare in simili impieghi, là durarono lo spazio dl 2 mesi, quando oppressi dall'intollerabile peso non men che dal male piacque a Dio di chiamarli a sè per contribuirle la corona di si costante e fedele operare. Colpiti dunque tutti e due in un medesimo tempo, al 4° giorno d'infermità presero unitamente il cammino all' altra vita, e seguì in un punto stesso mentre stavano alternativamente recitando l' ufficio della B. V. cooperando coll' efficacia all' istruzione degli ammalati così bene coll' esempio in morte, ccme avevano fatto colle fatiche in vita. A tale avvisoil cardinale sommamentè esaltando le virtù e commendabili azioni dei due defunti ordinò che fossero anche indivisi nella tomba, facendoli seppellire con molta pompa funebre, per quanto permetteva la triste congiuntura del tempo, con rialzare sul sepolcro una croce di pietra viva, acciò servisse a perpetua ricordanza dei posteri la memoria di tanta carità, col farvi l'iscrizione precisa dei loro nomi, i quali piamente credeva fossero segnati a caratteri di luce nei libri della vita, il 13 agosto 1624.

Quando si seppe dal P. Provinciale il malissimo stato in cui si trovavano i due fedelissimi compagni, e negli affanni della vicina morte, e nel bisogno di darle aiuto, spedì tre altri che già stavano all' ordine per supplire al pio ministero : il P. Mariano da Palermo, il P. Angelico da Partanna, e fr. Basilio dalla Marca chier. Questi con eguale spirito ed attenzione dei due predecessori si resero mirabili a tutto il lazzaretto, si per lo studio indefesso di giovare a tutti, come per la devotissima

esemplarità della vita nell' edificare titolati, grandi e piccoli.

(*Sequitur*)

MISSIONES

RELATIO
DE SCHOLIS PP. CAPUCCINORUM
In Collegio S. Petri et Tyrocinio S. Pauli
IN INDIIS ORIENTALIBUS
Per annum 1883-84 et 1884-85

(*Continuatio*)

Ai 9 del p. p. Febbraio le nostre istituzioni furono nuovamente onorate dalla presenza di un altro illustre personaggio, Monsignor Agliardi Arcivescovo di Cesarea e Deligato Ap. per l'India Brittanica. S. E. Illma. si recò al collegio nelle ore pomeridiane; sulla strada che mette al Collegio stava schierato, a due ali, il Corpo dei volontari, composto interamente dai fanciulli del Collegio, comandato dal Capitano Dunn, nostro primo Maestro, il quale in una con la Banda incontrò il Delegato sull'entrata di un Arco trionfale, eretto presso la Cattedrale. Dopochè il Corpo dei Volontari ebbe salutato S. E. il Delegato, a guisa di processione si avviarono verso il Collegio, dove S. E. Rma. fu ricevuto in una galleria decentemente adobbata dai ragazzi. Ivi il Delegato essendosi posto a sedere alla destra mano del nostro Vescovo, il Vice-Rettore, Padre Lorenzo lesse un indirizzo di congratulazione, al quale S. E. Rma. il Del. Ap. diede una chiara risposta in Inglese e concesse agli scolari un giorno di vacanza

Stato Sanitario.

Durante il periodo che comprende la presente Relazione, noi fummo visitati dalla mano del Signore, il quale tolse dal mezzo di noi uno dei nostri fratelli del Terzo Ordine, il Fratello Giovanni, e due piccoli fanciulli, certo E. Shanahan, e certo F. Fransis. Le nostre scuole soffersero una gran perdita nella morte del suddetto Fratello Giovanni; egli fu nelle nostre Istituzioni di Mussoorie e di Agra per lo spazio di quasi 36 anni. Il suo zelo, il suo desiderio per l'avanzamento dell'educazione, morale e fisica, degli alunni, era veramente ammirabile; e per la sua pietà ed affabilità di carattere si rendeva caro a tutti, ai Superiori, ai Confratelli ed ai ragazzi.

Ai 20 d'Aprile 1884, in un Villaggio di Cristiani Indigeni, posto a poca distanza dal Collegio, scoppiò il Colera. Ai due del seguente Maggio accadde un caso di Colera anche nella Scuola di S. Paolo; ma grazie a Dio, egli non fu fatale. Nondimeno per ordine del Medico, Signor Nilson, il Collegio fu chiuso fino a che il morbo non fosse scomparso dall' Istituzione e vicinanze, il che fu giudicato tale circa il 20 dello stesso mese. Questa vacanza a motivo del Colera, unita a quella delle feste Pasquali portò non piccolo sconcerto nella Scuola. I ragazzi in una settimana scordarono ciò che aveano acquistato in parecchi mesi. Inoltre, quantunque sembrasse che il Colera avesse abbandonato l'Istituzione e vicinanze, pure egli continuava le sue stragi nella Città, e quindi non vi era sicurezza alcuna che non fosse per riprendere le sue spaventevoli visite anche nell'Istituzione. Tale riflesso esercitò un si poderoso panico timore sui maestri e ragazzi che ci volle lungo tempo a sopprimerlo.

Finalmente, sempre durando il timore molti ragazzi furono mandati alle lor case, d'onde furono trasferiti altre Scuole in conseguenza dell'interompimento avvenuto negli studi, e per l'incertezza del quando fosse per cessare. Questo fatto rende ragione perchè il numero degli Alunni, fu minore durante l'anno 1884,

e perciò la diminuzione del sussidio per l'anno corrente. Però dal Maggio 1884 fino a questo punto, avemmo neppur un caso di qualsiasi malattia nella Scuola, come si potrà vedere da una lettera del Sig. Dot. Nilson, che riporteremo qui in fine.

Io poi sento il dovere di rendere i miei sinceri ringraziamenti al nostro Medico Condotto, Signor Nilson, per la sua premura e costante sollecitudine cui egli invariabilmente manifestò pel fisico ben'essere dei ragazzi, e per la sua perizia con la quale assistette i ragazzi bisognosi della sua cura. Io devo ancora ringraziare caldamente il medesimo per averci assegnato un Sostituto, nella sua assenza, in ogni cosa degno di lui, nella persona del Sig. Robinson, la di cui gentilezza, perizia e attenzione, durante il tempo che occupò il posto del Signor Nilson, gli guadagnò la stima di ognuno appartenente alla Istituzione.

Infine io mi sento obbligato a rendere sinceri, cordiali ringraziamenti a tutti i Professori, ai Fratelli e Maestri, individualmente, pel lodevole modo col quale essi compirono l'obbligo loro; ma soprattutto ringrazio il Vice Rettore, Padre L. M. Cartsy, ed il Capo Maestro Sig. Dunn, pel zelo dei quali il Collegio fece grande progresso. Parimenti io non devo dimenticare di esprimere il mio sommo piacere ai ragazzi della Banda col quale io ammirai la lor buona volontà dimostrata negli sforzi che fecero, fino al segno di postergare molte ore della lor ricreazione a fine di superarsi l'un l'altro nel maneggiare il proprio istrumento; e devo dire che in pochi mesi, dacchè cominciarono, fecero meravigliosi progressi, il che dà loro non leggier credito.

Padre Genesio Cappuccino

Rettore del Collegio di S. Pietro e Scuola di S. Paolo.

Agra. 31 Magio 1385.

RELAZIONE

Fatta dal signor Dottor Nilson.

Egli mi riesce grato nel far noto al pubblico che i pupilli del Collegio di S. Pietro e Scuola di S. Paolo si conservarono sani e robusti durante i due passati anni; non avemmo a deplorare che due soli casi di morte, avvenuti tra quelli nel lungo periodo di due anni, e questi pure non si devono attribuire all'epidemico morbo, il quale ivi fu assai leggero.

Le malattie pure ordinarie e bisognose di medica assistenza, furono ben poche.

L'igene è salutare, variata e ampiamente sufficiente; i dormitorj e le stanze per le classi sono chiare e ben ventilate; di quando in quando i ragazzi sono incoraggiti spendendo le loro ore libere nel d'intorno del locale in giuochi e corporali esercizi. Il loro aspetto vigoroso robusto, sul fine della stagione invernale, pienamente testificò la cura grande prodigata intorno ai ragazzi dal R. P. Genesio e dal Corpo insegnante.

(Segnato) A. Nilson M. D. Civile Chirurgo.

Agra 13 Maggio 1885

COM. ÆQUATORIS

Summarium. Defectus sacerdotum. Pauci multorum opera sustinent, ast « in variis regionibus » nec semel in anno videntur apostolici ministri, et existunt pueri 15 an. adhuc non baptizati.... Matrimonii sacramentum ibidem fere ignotum. — Quaedam vastissima dioecesis 60,000 hab. et vix 10 sacerdotes habet, postulat Missionarios, qui tamen nihil possunt, quia pauci — PP. Cap. aedific. duos conventus et 4 ecclesias, ipsis et magnatibus materialiter etiam ad id laborantibus. — 6,000 tertiarii in duobus district. convent. Cantus officii B. M. V. per Indos.... Modus vestiendi — Patriarcalis forma faciendi orationes per totum popolum indigenam — Peregrinationes apostolicae: amor et reverentia indorum erga Missionar: 5,000 communiones.

En gracia de la verdad debo asegurar que en ninguna parte quizás se realiza

Non est magni negotii statuere, qualem sit speciem formamque habitura civitas, gubernante christiana philosophia rem publicam. — Insitum homini natura est, uti in civili societate vivat: is enim necessarium vitae cultum et paratum, itemque ingenii atque animi perfectionem cum in solitudine adipisci non possit, provisum divinitus est, ut ad coniunctionem congregationemque hominum nasceretur cum domesticam, tum etiam civilem, quae suppeditare *vitae sufficientiam perfectam* sola potest. Quoniam vero non potest societas ulla consistere, nisi si aliquis omnibus praesit, efficaci similique movens singulos ad commune propositum impulsione, efficitur, civili hominum communitati necessariam esse auctoritatem, qua regatur: quae, non secus ac societas, a natura proptereaque a Deo ipso oriatur auctore. — Ex quo illud consequitur, potestatem publicam per se ipsam non esse nisi a Deo. Solus enim Deus est verissimus maximusque rerum dominus, cui subesse et servire omnia, quaecumque sunt, necesse est: ita ut quicumque ius imperandi habent, non id aliunde accipiant, nisi ab illo summo omnium principe Deo. *Non est potestas nisi a Deo* (1). — Ius autem imperii per se non est cum ulla reipublicae forma necessario copulatum: aliam sibi vel aliam assumere recte potest, modo utilitatis bonique communis reapse efficientem. Sed in quolibet genere reipublicae omnino principes debent summum mundi gubernatorem Deum intueri, eumque sibimetipsis in administranda civitate tanquam exemplum legemque proponere. Deus enim, sicut in rebus, quae sunt quaeque cernuntur, caussas genuit secundarias, in quibus perspici aliqua ratione posset natura actioque divina, quaeque ad eum finem, quo haec rerum spectat universitas, conducerent: ita in societate civili voluit esse principatum, quem qui gererent, ii imaginem quamdam divinae in genus humanum potestatis divinaeque providentiae referent. Debet igitur imperium iustum esse, neque herile, sed quasi paternum, quia Dei justissima in homines potestas est et cum paterna bonitate coniuncta: gerendum vero est ad utilitatem civium, quia qui praesunt ceteris, hac una de caussa praesunt, ut civitatis utilitatem tueantur. Neque ullo pacto committendum, unius ut, vel paucorum commodo serviat civilis auctoritas, cum ad commune omnium bonum constituta sit. Quod si, qui praesunt, delabantur in dominatum iniustum, si importunitate superbiave peccaverint, si male populo consuluerint, sciant sibi rationem aliquando Deo esse reddendam, idque tanto severius, quanto vel sanctiore in munere versati sint, vel gradum dignitatis altiorem obtinuerint. *Potentes potenter tormenta patientur* (1). — Ita sane maiestatem imperii reverentia civium honesta et libens comitabitur. Etenim cum semel in animum induxerint, pollere, qui imperant, auctoritate a Deo data, illa quidem officia iusta ac debita esse sentient, dicto audientes esse principibus, eisdemque obsequium ac fidem praestare cum quadam similitudine pietatis, quae liberorum est erga parentes. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit* (2).

(1) Rom. XIII, 1.

(1) Sap. VI, 7.
(2) Rom. XIII, 1.

— Spernere quippe potestatem legitimam, quavis eam in persona esse constiterit, non magis licet, quam divinae voluntati resistere: cui si qui resistant, in interitum ruunt voluntarium. *Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit; qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt* (1). Quapropter obedientiam abiicere, et, per vim multitudinis, rem ad seditionem vocare, est crimen maiestatis, neque humanae tantum, sed etiam divinae.

Hac ratione constitutam civitatem, perspicuum est, omnino debere plurimis maximisque officiis, quae ipsam iungunt Deo, religione publica satisfacere. — Natura et ratio, quae iubet singulos sancte religioseque Deum colere, quod in eius potestate sumus, et quod ab eo prafecti ad eumdem reverti debemus, eadem lege adstringit civilem communitatem. Homines enim communi societate coniuncti nihilo sunt minus in Dei potestate, quam singuli: neque minorem, quam singuli, gratiam Deo societas debet, quo auctore coaluit, cuius nutu conservatur, cuius beneficio innumerabilem bonorum, quibus affluit, copiam accepit. Quapropter sicut nemini licet sua adversus Deum officia negligere, officiumque est maximum amplecti et animo et moribus religionem, nec quam quisque maluerit, sed quam Deus iusserit, quamque certis minimeque dubitandis indiciis unam ex omnibus veram esse constiterit: eodem modo civitates non possunt, citra scelus, gerere se tamquam si Deus omnino non esset, aut curam religionis velut alienam nihilque profuturam abiicere, aut asciscere de pluribus generibus indifferenter quod libeat: omninoque debent eum in colendo numine morem usurpare modumque, quo coli se Deus ipse demonstravit velle. — Sanctum igitur oportet apud principes esse Dei nomen; ponendumque in praecipuis illorum officiis religionem gratia complecti, benevolentia tueri, auctoritate nutuque legum tegere, nec quippiam instituere aut decernere, quod sit eius incolumitati contrarium. Id et civibus debent, quibus praesunt. Nati enim susceptique omnes homines sumus ad summum quoddam et ultimum bonorum, quo sunt omnia consilia referenda extra hanc fragilitatem brevitatemque vitae in caelis collocatum. Quoniam autem hinc pendet hominum undique expleta ac perfecta felicitas, idcirco assequi eum, qui commemoratus est, finem, tanti interest singulorum, ut pluris interesse non possit. Civilem igitur societatem, communi utilitati natam, in tuenda prosperitate reipublicae necesse est sic consulere civibus, ut obtinendo adipiscendoque summo illi atque incommutabili bono quod sponte appetunt, non modo nihil importet unquam incommodi, sed omnes quascumque possit, opportunitates afferat. Quarum praecipua est, ut detur opera religioni sancte inviolateque servandae, cuius officia hominem Deo coniungunt.

Vera autem religio quae sit, non difficulter videt qui judicium prudens sincerumque adhibuerit; argumentis enim permultis atque illustribus, veritate nimirum vaticiniorum, prodigiorum frequentia, celerrima fidei vel per medios hostes ac maxima impedimenta propagatione, martyrum testimonio, aliisque similibus liquet, eam esse unice veram, quam Iesus Christus et instituit ipsemet et Ecclesiae suae tuendam propagandamque demandavit.

Nam unigenitus Dei filius societatem in terris constituit, quae Ecclesia dicitur, cui excelsum divinumque munus in omnes saeculorum aetates continuandum transmisit, quod Ipse a Patre acceperat. *Sicut misit me Pater et ego mitto vos* (1).

(1) Ibid. v. 2.

(1) Ioan. xx, 21.

— *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi.* (1) Igitur sicut Iesus Christus in terras venit ut homines *vitam habeant et abundantius habeant,* (2) eodem modo Ecclesia propositum habet, tanquam finem, salutem animorum sempiternam: ob eamque rem talis est natura sua, ut porrigat sese ad totius complexum gentis humanae, nullis nec locorum nec temporum limitibus circumscripta. *Predicate Evangelium omni creaturae.* (3) — Tam ingenti hominum multitudini Deus ipse magistratus assignavit, qui cum potestate praeessent: unumque omnium principem, et maximum certissimumque veritatis magistrum esse voluit, cui claves regni caelorum commisit. *Tibi dabo claves regni caelorum* (4) — *Pasce agnos..... pasce oves:* (5) — *Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.* (6) — Haec societas, quamvis ex omnibus constet, non secus ac civilis communitas, tamen propter finem sibi constitutum, atque instrumenta, quibus ad finem contendit, supernaturalis est et spiritualis: atque idcirco distinguitur ac differt a societate civili: et, quod plurimum interest, societas est genere et iure perfecta, cum adiumenta ad incolumitatem actionemque suam necessaria, voluntate beneficioque Conditoris sui, omnia in se et per se ipsa possideat. Sicut finis quo tendit Ecclesia, longe nobilissimus est, ita eius potestas est omnium praestantissima, neque imperio civili potest haberi inferior, aut eidem esse ullo modo obnoxia. — Revera Iesus Christus Apostolis suis libera mandata dedit in sacra, adiuncta tum ferendarum legum veri nominis facultate, tum gemina, quae hinc consequitur, iudicandi puniendique potestate. « *Data est mihi* « *omnis potestas in caelo et in terra:* « *euntes ergo docete omnes gentes... docen-* « *tes eos servare omnia quaecumque man-* « *davi vobis* » (1) Et alibi: « *Si non* « *audierit eos, dic Ecclesiae.* » (2) Atque iterum: « *In promptu habentes ulcisci* « *omnem inobedientiam.* » (3) Rursus: « *Durius agam secundum potestatem,* « *quam Dominus dedit mihi in aedifi-* « *cationem et non in destructionem.* » (4) Itaque dux hominibus esse ad caelestia, non civitas sed Ecclesia debet: eidemque hoc est munus assignatum a Deo, ut de iis, quae religionem attingunt, videat ipsa et statuat: ut doceat omnes gentes: ut christiani nominis fines, quoad potest, late proferat; brevi, ut rem christianam libere expediteque iudicio suo administret. — Hanc vero auctoritatem in se ipsa absolutam planeque sui iuris, quae ab assentatrice principum philosophia iamdiu oppugnatur, ecclesia sibi asserere itemque pubblice exercere numquam desiit, primis omnium pro ea propugnantibus Apostolis, qui cum disseminare Evangelium a principibus Synagogae prohiberentur, constanter respondebant, *obedire oportet Deo magis, quam hominibus.* (5) Eamdem sancti Ecclesiae Patres rationum momentis tueri pro opportunitate studuerunt: romanique Pontifices invicta animi constantia adversus oppugnatores vindicare numquam praetermiserunt. — Quin etiam et opinione et re eamdem probarunt ipsi viri principes rerumque publicarum gubernatores, ut qui paciscendo, transigendis negotiis mittendis vicissimque accipiendis legatis, atque aliorum mutatione officiorum,

(1) Matth. XXVIII, 20
(2) Ioan. X, 10.
(3) Marc. XVI, 15
(4) Matth XVI, 19.
(5) Ioan. XXI, 16-17.
(6) Luc. XXII, 32.

(1) Matth XXVIII, 18-19-20
(2) Matth. XVIII, 17.
(3) II Cor. X, 6.
(4) II Cor. XIII, 10.
(5) Act. V, 29.

agere cum Ecclesia tamquam cum suprema potestate legitima consueverunt. — Neque profecto sine singulari providentis Dei consilio factum esse censendum est, ut haec ipsa potestas principatu civili, velut optima libertatis suae tutela muniretur.

Itaque Deus humani generis procurationem inter duas potestates partitus est, scilicet ecclesiasticam et civilem, alteram quidem divinis, alteram humanis rebus praepositam. Utraque est in suo genere maxima: habet utraque certos quibus contineatur, terminos, eosque sua cuiusque naturâ caussâque proxima definitos; unde aliquis velut orbis circumscribitur, in quo sua cuiusque actio iure proprio versetur. Sed quia utriusque imperium est in eosdem, cum usuvenire possit, ut res una atque eadem, quamquam aliter atque aliter, sed tamen eadem res ad utriusque ius iudiciumque pertineat, debet providentissimus Deus, a quo sunt ambae constitutae, utriusque itinera recte atque ordine composuisse. *Quae autem sunt a Deo ordinatae sunt* (1). Quod ni ita esset, funestarum saepe contentionum concertationumque caussae nascerentur nec raro sollicitus animi, velut in via ancipiti, haerere homo deberet; anxius quid facto opus esset, contraria iubentibus binis potestatibus, quarum recusare imperium, salvo officio, non potest. Atqui maxime istud repugnat de sapientia cogitare et bonitate Dei, qui vel in rebus phisicis, quamquam sunt longe inferioris ordinis, tamen naturales vires caussasque invicem conciliavit moderata ratione et quodam velut concentu mirabili, ita ut nulla earum impediat ceteras, cunctaeque simul illuc, quo mundus spectat, convenienter aptissimeque conspirent. — Itaque inter utramque potestatem quaedam intercedat necessse est ordinata colligatio: quae quidem coniunctioni non immerito comparatur, per quam anima et corpus in homine copulantur. Qualis autem et quanta ea sit, aliter iudicari non potest, nisi respiciendo, uti diximus, ad utriusque naturam, habendâque ratione excellentiae et nobilitatis caussarum; cum alteri proxime maximeque propositum sit rerum mortalium curare commoda, alteri caelestia ac sempiterna bone comparare. — Quidquid igitur est in rebus humanis quoquo modo sacrum, quidquid ad salutem animorum cultumve Dei pertinet, sive tale illud sit natura sua, sive rursus tale intelligatur propter caussam ad quam refertur, id est omne in potestate arbitrioque Ecclesiae: cetera vero, quae civile et politicum genus complectitur, rectum est civili auctoritati esse subiecta, cum Iesus Christus iusserit, quae Caesaris sint, reddi Caesari, quae Dei, Deo. — Incidunt autem quandoque tempora, cum alius quoque concordiae modus ad tranquillam libertatem valet, nimirum si qui principes rerum publicarum et Pontifex romanus de re aliqua separata in idem placitum consenserint. Quibus Ecclesia temporibus maternae pietatis eximia documenta praebet, cum facilitatis indulgentiaeque tantum adhibere soleat, quantum maxime potest.

Eiusmodi est, quam summatim attigimus, civilis hominum societatis christiana temperatio, et haec non temere neque ad libidinem ficta, sed ex maximis ducta verissimisque principiis, quae ipsa naturali ratione confirmantur.

Talis autem conformatio reipublicae nihil habet, quod possit aut minus videri dignum amplitudine principum, aut parum decorum: tantumque abest ut iura maiestatis imminuat, ut potius stabiliora atque augustiora faciat. Immo si altius consideretur, habet illa conformatio perfectionem quamdam magnam, qua carent ceteri rerum publicarum modi: ex eâque fructus essent sane excellentes

(1) Rom. XIII, 1.

et varii consecuturi, si modo suum partes singulae gradum tenerent, atque illud integre efficerent, cui unaquaeque praeposita est, officium et munus. — Revera in ea, quam ante diximus, constitutione reipublicae, sunt quidem divina atque humana convenienti ordine partita: incolumia civium iura, eademque divinarum, naturalium, humanarumque legum patrocinio defensa: officiorum singulorum cum sapienter constituta descriptio, tum opportune sancita custodia. Singuli homines in hoc ad sempiternam illam civitatem dubio laboriosoque curriculo sibi sciunt praesto esse, quos tuto sequantur ad ingrediendum duces, ad perveniendum adiutores: pariterque intelligunt sibi alios esse ad securitatem, ad fortunas, ad commoda cetera, quibus communis haec vita constat, vel parienda vel conservanda datos. — Societas domestica eam, quam par est, firmitudinem adipiscitur ex unius atque individui sanctitate coniugii: iura officiaque inter coniuges sapienti iustitia et aequitate reguntur: debitum conservatur mulieri decus: auctoritas viri ad exemplum est auctoritatis Dei conformata: temperata patria potestas convenienter dignitati uxoris prolisque: denique liberorum tuitioni, commodis, institutioni optime consulitur. In genere rerum politico et civili, leges spectant commune bonum, neque voluntate iudicioque fallaci multitudinis, sed veritate iustitiaque diriguntur: auctoritas principum sanctitudinem quamdam induit humana maiorem, contineturque ne declinet a iustitia, neu modum in imperando transiliat: obedientia civium habet honestatem dignitatemque comitem, quia non est hominis ad hominem servitus, sed obtemperatio voluntati Dei, regnum per homines exercentis. Quo cognito ac persuaso, omnino ad iustitiam pertinere illa intelliguntur, vereri maiestatem principum, subesse constanter et fideliter potestati publicae, nihil seditiose facere, sanctem servare disciplinam civitatis. — Similiter ponitur in officiis caritas mutua, benignitas, liberalitas; non distrahitur in contrarias partes, pugnantibus inter se praeceptis, civis idem et christianus: denique amplissima bona, quibus mortalem quoque hominum vitam christiana religio sua sponte explet, communitati societatique civili omnia quaeruntur: ita ut illud appareat verissime dictum, « pendet a religione, qua Deus co- » litur, rei publicae status: multaque in- » ter hunc et illam cognatio et familia- » ritas intercedit (1). » Eorum vim bonorum mirabiliter, uti solet, persecutus est Augustinus pluribus locis, maxime vero ubi Ecclesiam catholicam appellat iis verbis: « Tu pueriliter pueros, forti- » ter iuvenes, quiete senes, prout cuius- » que non corporis tantum, sed et animi » aetas est, exerces ac doces. Tu femi- » nas viris suis non ad explendam libi- » dinem, sed ad propagandam prolem, » et ad rei familiaris societatem, casta » et fideli obedientia subiicis. Tu viros » coniugibus, non ad illudendum imbe- » cilliorem sexum, sed sinceri amoris » legibus praeficis. Tu parentibus filios » libera quadam servitute subiungis, » parentes filiis pia dominatione prae- » ponis... Tu cives civibus, tu gentes » gentibus, et prorsus homines primo- » rum parentum recordatione, non socie- » tate tantum, sed quadam etiam fra- » ternitate coniungis. Doces reges pro- » spicere populis, mones populos se sub- » dere regibus. Quibus honor debeatur, » quibus affectus, quibus reverentia, qui- » bus timor, quibus consolatio, quibus ad- » monitio, quibus cohortatio, quibus disci- » plina, quibus obiurgatio, quibus sup-

---

(1) Sacr. Imp. ad Cyrillum Alexand. et Episcopos metrop. — Cfr. Labbeum Collect. Conc. T. III.

» plicium, sedulo doces; ostendens quemadmodum et non omnibus omnia, » et omnibus caritas, et nulli debeatur » iniuria » (1). — Idemque alio loco male sapientes reprehendens politicos philosophos: » Qui doctrinam Christi » adversam dicunt esse reipublicae, dent » exercitum talem, quales doctrina Christi esse milites iussit, dent tales provinciales, tales maritos, tales coniuges, » tales parentes, tales filios, tales dominos, tales servos, tales reges, tales » iudices, tales denique debitorum ipsius » fisci redditores et exactores, quales » esse praecipit doctrina christiana, et » audeant eam dicere adversam esse » reipublicae, immo vero non dubitent » eam confiteri magnam, si obtemperatur, salutem esse reipublicae » (2).

Fuit aliquando tempus, cum evangelica philosophia gubernaret civitates: quo tempore chistianae sapientiae vis illa et divina virtus in leges, instituta, mores populorum, in omnes reipublicae ordines rationesque penetraverat: cum religio per Iesum Christum instituta in eo, quo aequum erat, dignitati gradu firmiter collocata, gratia principum legitimâque magistratuum tutelâ ubique floreret: cum sacerdotium atque imperium concordia et amica officiorum vicissitudo auspicato coniungeret. Eoque modo composita civitas fructus tulit omni opinione maiores, quorum viget memoria et vigebit innumerabilibus rerum gestarum consignata monumentis, quae nulla adversariorum arte corrumpi aut obscurari possunt. — Quod Europa christiana barbaras gentes edomuit, easque a feritate ad mansuetudinem, a superstitione ad veritatem traduxit: quod Maomethanorum incursiones victrix propulsavit: quod civilis cultus principatum retinuit, et ad omne decus humanitatis ducem se magistramque praebere ceteris consuevit: quod germanam libertatem eamque multiplicem gratificata populis est: quod complura ad miseriarum solatium sapientissime instituit, sine controversia magnam debet gratiam religioni, quam ad tantas res suscipiendas habuit auspicem, ad perficiendas adiutricem. — Mansissent profecto eadem bona, si utriusque potestatis concordia mansisset: maioraque exspectari iure poterant, si auctoritati, si magisterio, si consiliis Ecclesiae maiore esset cum fide perseverantiaque obtemperatum. Illud enim perpetuae legis instar habendum est, quod Ivo Carnutensis ad Paschalem II Pontificem maximum perscripsit, « cum regnum et sa» cerdotium inter se conveniunt, bene » regitur mundus, floret et fructificat Ec» clesia. Cum vero inter se discordant, » non tantum parvae res non crescunt, » sed etiam magnae res miserabiliter » dilabuntur. » (1).

Sed perniciosa illa ac deploranda rerum novarum studia, quae saeculo XVI excitata sunt, cum primum religionem christianam miscuissent, mox naturali quodam itinere ad philosophiam, a philosophia ad omnes civilis communitatis ordines pervenerunt. Ex hoc velut fonte repetenda illa recentiora effrenatae libertatis capita, nimirum in maximis perturbationibus superiore saeculo excogitata in medioque proposita, perinde ac principia et fundamenta *novi iuris*, quod et fuit antea ignotum, et a iure non solum christiano, sed etiam naturali plus una ex parte discrepat. — Eorum principiorum illud est maximum, omnes homines, quemadmodum genere naturâque similes intelliguntur, ita reapse esse in actione vitae inter se pares' unumquemque ita esse sui iuris, ut nullo modo sit alterius auctoritati obnoxius: cogitare de

(1) De moribus Eccl. cath. cap. XXX, n. 63.
(2) Epist. CXXXVIII (al. 5.) ad Marcellinum, cap. II. n. 15.

(1) Ep. CCXXXVIII.

re qualibet quae velit, agere quod lubeat, libere posse: imperandi aliis ius esse in nemine. His informata disciplinis societate, principatus non est nisi populi voluntas, qui, ut in sui ipsius unice est potestate, ita sibimetipsi solus imperat: deligit autem, quibus se committat, ita tamen ut imperii non tam ius, quam munus in eos transferat, idque suo nomine exercendum. In silentio iacet dominatio divina, non secus ac vel Deus aut nullus esset, aut humani generis societatem nihil curaret; vel homines sive singuli sive sociati nihil Deo deberent, vel principatus cogitari posset ullus, cuius non in Deo ipso caussa et vis et auctoritas tota resideat. Quo modo, ut perspicitur, est respublica nihil aliud nisi magistra et gubernatrix sui multitudo: cumque populus omnium iurium omnisque potestatis fontem in se ipse continere dicatur, consequens erit, ut nulla ratione officii obligatam Deo se civitas putet; ut religionem publice profiteatur nullam; nec debeat ex pluribus quae vera sola sit, quaerere, nec unam quamdam ceteris anteponere, nec uni maxime favere, sed singulis generibus aequabilitatem iuris tribuere ad eum finem, dum disciplina reipublicae ne quid ab illis detrimenti capiat. Consentaneum erit, iudicio singulorum permittere omnem de religione quaestionem; licere cuique aut sequi quam ipse malit, aut omnino nullam, si nullam probet. Hinc profecto illa nascuntur; exlex uniuscuiusque conscientiae iudicium; liberrimae de Deo colendo, de non colendo, sententiae; infinita tum cogitandi, tum cogitata publicandi licentia.

His autem positis, quae maxime probantur hoc tempore, fundamentis reipublicae, facile apparet, quem in locum quamque iniquum compellatur Ecclesia. — Nam ubi cum eiusmodi doctrinis actio rerum consentiat, nomini catholico par cum societatibus ab eo alienis vel etiam inferior locus in civitate tribuitur: legum ecclesiasticarum nulla habetur ratio: Ecclesia, quae iussu mandatoque Iesu Christi docere omnes gentes debet, publicam populi institutionem iubetur nihil attingere. — De ipsis rebus, quae sunt mixti iuris, per se statuunt gubernatores rei civilis arbitratu suo, in eoque genere sanctissimas Ecclesiae leges superbe contemnunt. Quare ad iurisdictionem suam trahunt matrimonia christianorum, decernendo etiam de maritali vinculo, de unitate, de stabilitate coniugii: movent possessiones clericorum, quod res suas Ecclesiam tenere posse negant. Ad summam, sic agunt cum Ecclesia, ut societatis perfectae genere et iuribus opinione detractis, plane similem habeant ceterarum communitatum, quas respublica continet: ob eamque rem si quid illa iuris, si quid possidet facultatis ad agendum legitimae, possidere dicitur concessu beneficioque principum civitatis. — Si qua vero in republica suum Ecclesia ius, ipsis civilibus legibus probantibus, teneat, publiceque inter utramque potestatem pactio aliqua facta sit, principio clamant, dissociari Ecclesiae rationes a reipublicae rationibus oportere; idque eo consilio, ut facere contra interpositam fidem impune liceat, omniumque rerum habere, remotis impedimentis, arbitrium. — Id vero cum patienter ferre Ecclesia non possit, neque enim potest officia deserere sanctissima et maxima, omninoque postulet, ut obligata sibi fides integre religioseque solvatur, saepe sacram inter ac civilem potestatem dimicationes nascuntur, quarum ille ferme est exitus, alteram, ut quae minus est opibus humanis valida, alteri ut validiori succumbere.

Ita Ecclesiam, in hoc rerum publicarum statu, qui nunc a plerisque adamatur, mos et voluntas est, aut prorsus de medio pellere, aut vinctam adstrictamque imperio tenere. Quae publice aguntur,

eo consilio magnam partem aguntur. Leges, admistratio civitatum, expers religionis adolescentium institutio, spoliatio excidiumque ordinum religiosorum, eversio principatus civilis Pontificum romanorum, huc spectant omnia, incidere nervos institutorum christianorum, Ecclesiaeque catholicae et libertatem in angustum deducere, et iura cetera comminuere.

Eiusmodi de regenda civitate sententias ipsa naturalis ratio convincit, a veritate dessidere plurimum. — Quidquid enim potestatis usquam est, a Deo tamquam maximo augustissimoque fonte proficisci, ipsa natura testatur. Imperium autem populare, quod, nullo ad Deum respectu, in multitudine inesse naturâ dicitur, si praeclare ad suppeditandum valet blandimenta et flammas multarum cupiditatum, nulla quidem nititur ratione probabili, neque satis habere virium potest ad securitatem publicam quietamque ordinis constantiam. Revera his doctrinis res inclinavere usque eo, ut haec a pluribus tamquam lex in civili prudentia sanciatur, seditiones posse iure conflari. Valet enim opinio, nihilo principes esse, quam delectos quosdam, qui voluntatem popularem exequantur: ex quo fit, quod necesse est, ut omnia sint pariter cum populi arbitrio mutabilia, et timor aliquis turbarum semper impendeat.

De religione autem putare, nihil inter formas dispares et contrarias interesse, hunc plane habet exitum, nolle ullam probare iudicio, nolle usu. Atqui istud ab atheismo, si nomine aliquid differt, re nihil differt. Quibus enim Deum esse persuasum est, ii, modo constare sibi nec esse perabsurdi velint, necessario intelligunt, usitatas in cultu divino rationes, quarum tanta est differentia maximisque etiam de rebus dissimilitudo et pugna, aeque probabiles, aeque bonas, aeque Deo acceptas esse omnes non posse

Sic illa quidlibet sentiendi litterarumque formis quidlibet exprimendi facultas, omni moderatione posthabita, non quoddam est propria vi sua bonum, quo societas humana iure laetetur: sed multorum malorum fons et origo. — Libertas, ut quae virtus est hominem perficiens, debet in eo quod verum sit, quodque bonum, versari: boni autem verique ratio mutari ad hominis arbitrium non potest, sed manet semper eadem, neque minus est, quam ipsa rerum natura, incommutabilis. Si mens adsentiatur opinionibus falsis, si malum voluntas adsumat et ad id se applicet, perfectionem sui neutra consequitur, sed excidunt dignitate naturali et in corruptelam ambae delabuntur. Quaecumque sunt igitur virtuti veritatique contraria, ea in luce atque in oculis hominum ponere non est aequum: gratia tutelave legum defendere, multo minus. Sola bene acta vita via est in caelum, quo tendimus universi: ob eamque rem aberrat civitas a regula et praescriptione naturae, si licentiam opinionum praveque factorum in tantum lascivire sinat, ut impune liceat mentes a veritate, animos a virtute deducere. — Ecclesiam vero, quam Deus ipse constituit, ab actione vitae excludere, e legibus, ab institutione adolescentium, a societate domestica, magnus et perniciosus est error. Bene morata civitas esse, sublata religione, non potest: iamque plus fortasse, quam oporteret, est cognitum, qualis in se sit et quorsum pertineat illa de vita et moribus philosophia, quam *civilem* nominant. Vera est magistra virtutis et custos morum Ecclesia Christi: ea est quae incolumia tuetur principia, unde officia ducuntur, propositisque caussis ad honeste vivendum efficacissimis, iubet non solam fugere prave facta, sed regere motus animi rationi contrarios etiam sine effectu. — Ecclesiam vero in suorum officiorum munere potestati civili velle esse subiectam, ma-

gna quidem iniuria, magna temeritas est. Hoc facto perturbatur ordo, quia quae naturalia sunt praeponuntur iis, quae sunt supra naturam: tollitur aut certe magnopere minuitur frequentia bonorum, quibus, si nulla re impediretur, communem vitam Ecclesia compleret: praetereaque via ad inimicitias munitur et certamina, quae quantam utrique reipublicae perniciem afferant, nimis saepe eventus demonstravit.

Huiusmodi doctrinas, quae nec humanae rationi probantur, et plurimum habent in civilem disciplinam momenti, romani Pontifices decessores Nostri, cum probe intelligerent quid a se postularet apostolicum munus, impune abire nequaquam passi sunt. Sic Gregorius XVI per Encyclicas litteras hoc initio *Mirari vos* die XV Augusti anno MDCCCXXXII, magna sententiarum gravitate ea perculit, quae iam praedicabantur, in cultu divino nullum adhibere delectum oportere: integrum singulis esse, quod malint, de religione iudicare: solam cuique suam esse conscientiam iudicem: praeterea edere quae quisque senserit, itemque res moliri novas in civitate licere. De rationibus rei sacrae reique civilis distrahendis sic idem Pontifex: « Neque laetiora et re- « ligioni et principatui ominari possemus « ex eorum votis, qui Ecclesiam a regno « separari, mutuamque imperii cum sa- « cerdotio concordiam abrumpi discu- « piunt. Constat quippe, pertimesci ab « impudentissimae libertatis amatoribus « concordiam illam, quae semper rei et « sacrae et civili fausta extitit et salu- « taris ». — Non absimili modo Pius IX, sut sese opportunitas dedit, ex opinionibus falsis, quae maxime valere coepissent, plures notavit, easdemque postea in unum cogi iussit, ut scilicet in tanta errorum colluvione haberent catholici homines, quod sine offensione sequerentur (1).

Ex iis autem Pontificum praescriptis illa omnino intelligi necesse est, ortum publicae potestatis a Deo ipso, non a multitudine repeti oportere: seditionum licentiam cum ratione pugnare: officia religionis nullo loco numerare; vel uno modo esse in disparibus generibus affectos, nefas esse privatis hominibus, nefas civitatibus: immoderatam sentiendi sensusque palam iactandi potestatem non esse in civium iuribus neque in rebus gratia patrocinioque dignis ulla ratione ponendam. — Similiter intelligi debet, Ecclesiam societatem esse, non minus quam ipsam civitatem, genere et iure perfectam: neque debere, qui summam imperii teneant, commitere ut sibi servire aut subesse Ecclesiam cogant, aut minus esse sinant ad suas res agendas liberam, aut quicquam de ceteris iuribus detrahant, quae in ipsam a Iesu Christo collata sunt. — In negotiis autem mixti iuris, maxime esse secundum naturam itemque secundum Dei consilia non secessionem alterius potestatis ab altera, multoque minus contentionem, sed plane concordiam, eamque cum caussis proximis congruentem, quae caussae utramque societatem genuerunt.

Haec quidem sunt, quae de constituendis temperandisque civitatibus ab Ec-

(1) Earum nonnullas indicare sufficiat:

Prop. XIX — Ecclesia non est vera perfectaque societas plane libera, nec pollet suis propriis et constantibus iuribus sibi a divino suo Fundatore collatis, sed civilis potestatis est definire quae sint Ecclesiae iura ac limites, intra quos eadem iura exercere queat.

Prop. XXXIX — Reipublicae status, utpote omnium iurium origo et fons, iure quodam pollet nullis circumscripto limitibus.

Prop. LV — Ecclesia a Statu, Statusque ab Ecclesia seiungendus est.

Prop. LXXIX. — . . . . falsum est, civilem cuiusque cultus libertatem, itemque plenam potestatem omnibus attributam quaslibet opiniones cogitationesque palam publiceque manifestandi, conducere ad populorum mores animosque facilius corrumpendos, ac indifferentismi pestem propagandam.

clesia catholica praecipiuntur. — Quibus tamen dictis decretisque si recte diiudicari velit, nulla per se reprehenditur ex variis reipublicae formis, ut quae nihil habent, quod doctrinae catholicae repugnet, eaedemque possunt, si sapienter adhibeantur et iuste, in optimo statu tueri civitatem. — Immo neque illud per se reprehenditur, participem plus minus esse populum rei publicae: quod ipsum certis in temporibus certisque legibus potest non solum ad utilitatem, sed etiam ad officium pertinere civium. — Insuper neque caussa iusta nascitur, cur Ecclesiam quisquam criminetur, aut esse in lenitate facilitateque plus aequo restrictam, aut ei, quae germana et legitima sit, libertati inimicam. — Revera si divini cultus varia genera eodem iure esse, quo veram religionem, Ecclesia iudicat non licere, non ideo tamen eos damnat rerum publicarum moderatores, qui, magni alicuius aut adipiscendi boni, aut prohibendi caussa mali, moribus atque usu patienter ferunt, ut ea habeant singula in civitate locum. — Atque illud quoque magnopere cavere Ecclesia solet ut ad amplexendam fidem catholicam nemo invitus cogatur, quia, quod sapienter Augustimus monet, *credere non potest homo nisi volens* (1).

Simili ratione nec potest Ecclesia libertatem probare eam, quae fastidium gignat sanctissimarum Dei legum, debitamque potestati legitimae obedientiam exuat. Est enim licentia verius, quam libertas; rectissimeque ab Augustino *libertas perditionis* (2), a Petro Apostolo *velamen malitiae* (3) appellatur: immo, cum sit praeter rationem, vera servitus est: *qui, enim, facit peccatum, servus est peccati* (4). Contra illa germana est atque expetenda libertas, quae si privatim spectetur, erroribus et cupitatibus, teterrimis dominis, hominem servire non sinit: si publice, civibus sapienter praeest, facultatem augendorum commodorum large ministrat: remque publicam ab alieno arbitrio defendit. — Atqui honestam hanc et homine dignam libertatem, Ecclesia probat omnium maxime, eamque ut tueretur in populis firmam atque integram, eniti et contendere numquam destitit. — Revera quae res in civitate plurimum ad communem salutem possunt: quae sunt contra licentiam principum populo male consulentium utiliter institutae; quae summam rempublicam vetant in municipalem, vel domesticam rem importunius invadere: quae valent ad decus, ad personam hominis, ad aequabilitatem iuris in singulis civibus conservandam, earum rerum omnium Ecclesiam catholicam vel inventricem, vel auspicem, vel custodem semper fuisse, superiorum aetatum monumenta testantur. Sibi igitur perpetuo consentiens, si ex altera parte libertatem respuit immodicam, quae et privatis et populis in licentiam vel in servitutem cadit, ex altera volens et libens amplectitur res meliores, quas dies afferat, si vere prosperitatem contineant huius vitae, quae quoddam est velut stadium ad alteram eamque perpetuo mansuram. — Ergo quod inquiunt, Ecclesiam recentiori civitatum invidere disciplinae, et quaecumque horum temporum ingenium peperit, omnia promiscue repudiare, inanis est et ieiuna calumnia. Insaniam quidem repudiat opinionum: improbat nefaria seditionum studia, illumque nominatim habitum animorum, in quo initia perspiciuntur voluntarii discessus a Deo: sed quia omne, quod verum est, a Deo proficisci necesse est, quidquid, indagando, veri attingatur, agnoscit Ecclesia velut quoddam divinae mentis vestigium. Cumque nihil sit in rerum natura veri,

(1) Tract. XXVI in Ioan., n. 2.
(2) Epist CV, ad donatistas cap. II n. 9.
(3) I. Petr. II, 16.
(4) Ioan. VIII, 34.

quod doctrinis divinitus traditis fidem abroget, multa quae adrogent, omnisque possit inventio veri ad Deum ipsum vel cognoscendum vel laudandum impellere, idcirco quidquid accedat ad scientiarum fines proferendos, gaudente et libente Ecclesia semper accedet: eademque studiose, ut solet, sicut alias disciplinas, ita illas etiam fovebit ac provehet, quae positae sunt in explicatione naturae. Quibus in studiis, non adversatur Ecclesia si quid mens reperit novi: non regugnat quin plura quaerantur ad decus commoditatemque vitae: immo inertiae desidiaeque inimica, magnopere vult ut hominum ingenia uberes ferant exercitatione et cultura fructus: incitamenta praebet ad omne genus artium atque operum: omniaque harum rerum studia ad honestatem salutemque virtute sua dirigens, impedire nititur, quominus a Deo bonisque caelestibus sua hominem inteligentia atque industria deflectat.

Sed haec, tametsi plena rationis et consilii, minus probantur hoc tempore, cum civitates non modo recusant sese ad christianae sapientiae referre formam, sed etiam videntur quotidie longius ab ea velle discedere. — Nihilominus quia in lucem prolata veritas solet sua sponte late fluere, hominumque mentes sensim pervadere, idcirco Nos conscientia maximi sanctissimique officii, hoc est Apostolica, qua fungimur ad gentes universas, legatione permoti, ea quae vera sunt, libere, ut debemus, eloquimur: non quod non perspectam habeamus rationem temporum, aut repudianda aetatis nostrae honesta atque utilia incrementa putemus, sed quod rerum publicarum tutiora ab offensionibus itinera ac firmiora fundamenta vellemus: idque incolumi populorum germana libertate; in hominibus enim mater et custos optima libertatis veritas est: *veritas liberabit vos* (1).

(1) Joan. VIII. 32.

Itaque in tam difficili rerum cursu, catholici homines, si Nos, ut oportet, audierint, facile videbunt quae sua cuiusque sint tam in *opinionibus* quam in *factis* officia. — Et in opinando quidem, quaecumque Pontifices romani tradiderint vel tradituri sunt, singula necesse est et tenere iudicio stabili comprehensa, et palam, quoties res postulaverit, profiteri. Ac nominatim de iis, quas *libertates* vocant novissimo tempore quaesitas, oportet Apostolicae Sedis stare iudicio, et quod ipsa senserit, idem sentire singulos. Cavendum, ne quem fallat honesta illarum species: cogitandumque quibus ortae initiis, et quibus passim sustententur atque alantur studiis. Satis iam est experiendo cognitum, quarum illae rerum effectrices sint in civitate: eos quippe passim genuere fructus, quorum probos viros et sapientes iure poeniteat. — Si talis alicubi aut reapse sit, aut fingatur cogitatione civitas quae christianum nomen insectetur proterve et tyrannice, cum eaque conferatur genus id reipublicae recens, de quo loquimur, poterit hoc videri tolerabilius. Principia tamen, quibus nititur, sunt profecto eiusmodi, sicut ante diximus, ut per se ipsa probari nemini debeant.

Potest autem aut in privatis domesticisque rebus, aut in publicis actio versari. — Privatim quidem primum officium est, praeceptis evangelicis diligentissime conformare vitam et mores, nec recusare si quid christiana virtus exigat ad patiendum tolerandumque paulo difficilius. Debent praeterea singuli Ecclesiam sic diligere, ut communem matrem: eiusque et servare obedienter leges, et honori servire, et iura salva velle: conarique, ut ab iis, in quos quisque aliquid auctoritate potest, pari pietate colatur atque ametur. — Illud etiam publicae salutis interest, ad rerum urbanarum administrationem conferre sapienter operam: in eaque studere maxime et ef-

ficere, ut adolescentibus ad religionem, ad probos mores informandis, ea ratione, qua aequum est christianis, publice consultum sit: quibus ex rebus magnopere pendet singularum salus civitatum. — Item catholicorum hominum operam ex hoc tamquam angustiore campo longius excurrere, ipsamque summam rempublicam complecti, generatim utile est atque honestum. *Generatim* eo dicimus, quia haec praecepta Nostra gentes universas attingunt. Ceterum potest alicubi accidere, ut, maximis iustissimisque de caussis, rempublicam capessere, in muneribusque politicis versari, nequaquam expediat. Sed generatim, ut diximus, nullam velle rerum publicarum partem attingere tam esset in vitio, quam nihil ad communem utilitatem afferre studii, nihil operae: eo vel magis quod catholici homines ipsius, quam profitentur, admonitione doctrinae, ad rem integre et ex fide gerendam impelluntur. Contra, ipsis otiosis, facile habenas accepturi sunt ii, quorum opiniones spem salutis haud sane magnam afferant. Idque esset etiam cum pernicie coniunctum christiani nominis: propterea quod plurimum possent qui male essent in Ecclesiam animati; minimum, qui bene. Quamobrem perspicuum est, ad rempublicam adeundi caussam esse iustam catholicis: non enim adeunt, neque adire debent ob eam caussam, ut probent quod est hoc tempore in rerum publicarum rationibus non honestum; sed ut has ipsas rationes, quoad fieri potest, in bonum publicum transferant sincerum atque verum, destinatum animo habentes, sapientiam virtutemque catholicae religionis, tamquam saluberrimum succum ac sanguinem, in omnes reipublicae venas inducere. — Haud aliter actum in primis Ecclesiae aetatibus. Mores enim et studia ethnicorum quam longissime a studiis abhorrebant moribusque evangelicis: christianos tamen cernere erat in media superstitione incorruptos semperque sui similes animose, quacumque daretur aditus, inferre sese. Fideles in exemplum principibus, obedientesque, quoad fas esset, imperio legum, fundebant mirificum splendorem sanctitatis usquequaque; prodesse studebant fratribus, vocare ceteros ad sapientiam Christi, cedere tamen loco atque emori fortiter parati, si honores, si magistratus, si imperia retinere, incolumi virtute, nequivissent. Qua ratione celeriter instituta christiana non modo in privatas domos, sed in castra, in curiam, in ipsam regiam invexere. « Hesterni sumus, et vestra om-
« nia implevimus, urbes, insulas, castella,
« municipia, conciliabula, castra ipsa,
« tribus, decurias, palatium, senatum,
« forum (1): » ita ut fides christiana, cum Evangelium publice profiteri lege licuit, non in cunis vagiens, sed adulta et iam satis firma in magna civitatum parte apparuerit.

Iamvero his temporibus consentaneum est, haec maiorum exempla renovari. — Catholicos quidem, quotquot digni sunt eo nomine, primum omnium necesse est amantissimos Ecclesiae filios et esse et videri velle: quae res nequeant cum hac laude consistere, eas sine cunctatione respuere: institutis populorum quantum honeste fieri potest, ad veritatis iustitiaeque patriocinium uti: elaborare, ut constitutum naturae Deique lege modum libertas agendi ne transiliat: dare operam ut ad eam, quam diximus, christianam similitudinem et formam omnis respublica traducatur. — Harum rerum adipiscendarum ratio constitui uno certoque modo haud commode potest, cum debeat singulis locis temporibusque, quae sunt multum inter se disparia, convenire. Nihilominus conservanda in primis est voluntatum concordia, quaerendaque agendorum similitudo. At-

(1) Tertull. Apol. n 37

que optime utrumque impetrabitur, si praescripta Sedis Apostolicae legem vitae singuli putent, atque Episcopis obtemperent, quos *Spiritus sanctus posuit regere Ecclesiam Dei* (1). — Defensio quidem catholici nominis necessario postulat ut in profitendis doctrinis, quae ab Ecclesia traduntur, una sit omnium sententia, et summa constantia, et hac ex parte cavendum ne quis opinionibus falsis aut ullo modo conniveat, aut mollius resistat, quam veritas patiatur. De iis quae sunt opinabilia, licebit cum moderatione studioque indagandae veritatis disputare, procul tamen suspicionibus iniuriosis, criminationibusque mutuis. Quam ad rem ne animorum coniunctio criminandi temeritate dirimatur, sic intelligant universi: integritatem professionis catholicae consistere nequaquam posse cum opinionibus ad *naturalismum* vel *rationalismum* accedentibus, quarum summa est tollere funditus instituta christiana, hominisque stabilire in societate principatum, posthabito Deo. — Pariter non licere aliam officii formam privatim sequi, aliam publice, ita scilicet ut Ecclesiae autoritas in vita privata observetur, in publica respuatur. Hoc enim esset honesta et turpia coniungere, hominemque secum facere digladiantem, cum contra debeat sibi semper constare, neque ulla in re ullove in genere vitae e virtute christiana deficere. — Verum si quaeratur de rationibus mere politicis, de optimo genere reipublicae, de ordinandis alia vel alia ratione civitatibus, utique de his rebus potest honesta esse dissensio. Quorum igitur cognita ceteroqui pietas est, animusque decreta Sedis Apostolicae obedienter accipere paratus, iis vitio verti dissentaneam de rebus, quas diximus, sententiam iustitia non patitur: multoque est maior iniuria, si in crimen violatae suspectaeve fidei catholicae, quod non semel factum dolemus, adducantur. — Omninoque istud praeceptum teneant qui cogitationes suas solent mandare litteris, maximeque ephemeridum auctores. In hac quidem de rebus maximis contentione nihil est intestinis concertationibus vel partium studiis relinquendum loci,sed conspirantibus animis studiisque, id debent universi contendere, quod est commune omnium propositum, religionem remque publicam conservare. Si quid igitur dissidiorum antea fuit, oportet voluntaria quadam oblivione conterere: si quid temere, si quid iniuria actum, ad quoscumque demum ea culpa pertineat, compensandum est caritate mutua, et praecipuo quodam omnium in Apostolicam Sedem obsequio redimendum.

Hac via duas res praeclarissimas catholici consecuturi sunt, alteram, ut adiutores sese impertiant Ecclesiae in conservanda propagandaque sapientia christiana: alteram ut beneficio maximo afficiant societatem civilem, cuius, malarum doctrinarum cupiditatumque caussa, magnopere periclitatur salus.

Haec quidem, Venerabiles Fratres, habuimus, quae universis catholici orbis gentibus traderemus de civitatum constitutione christiana, officiisque civium singulorum.

Ceterum implorare summis precibus oportet caeleste praesidium, orandusque Deus, ut haec, quae ad ipsius gloriam communemque humani generis salutem cupimus et conamur, optatos ad exitus idem Ipse perducat, cuius est illustrare hominum mentes, permovere voluntates. Divinorum autem beneficiorum auspicem et paternae benevolentiae Nostrae testem vobis, Venerabiles Fratres, et Clero populoque universo vestrae fidei vigilantiaeque commisso, Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum I Nov. an. MDCCCLXXXV. Pontificatus Nostri Anno octavo.

LEO PP. XIII.

(1) Act. XX, 28.

ACTA ORDINIS

Monitum

